




**Ad Roberti Bellarmini disputationes theologicas De rebus in
religione controuersis Lamberti Danæi responsio, cum
indicibus locupletissimis.**

<https://hdl.handle.net/1874/416834>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.


2023

U.B.U.



13
11
Tertius
serius
Zurui





202
Dne omni tempore sed in hoc po
est equum et salutare. De quibz
unum et ubi
Divus agnus dno no
us nobili
Divina terra scilicet


E Theologia
Octavo n°. 202.


2

10

11

9





N. 30. A.

AD TOMVM
SECVNDVM CON-
TROVERSIARVM
Roberti Bellarmini
Responsio

L. AMBERTI DANÆI BREVIS
ac necessaria. Totus hic Tomus agit de
Sacramentis,

*Quam controversiam facit Bellarminus unicam duci-
ta. cat: sed eam in varios tractatus dividit:
unumquemque autem tractatum in li-
bros plures, vel unum congesit,
& tribuit.*

Cum Indice locupletissimo.



Ex dono Duchety

Excudebat Ioannes le Preux.

MDLXXXVIII.





T Y P O G R A P H U S C A N

didolator, s. v. 11

Vos in p[ro]p[ri]o Bellami-
 narium d[is]c[ri]p[ti]onum
 volumine non in dolo-
 re acerbissim[is] diximus
 de op[er]e clarum viri, & doctissi-
 mi Theologi D. Lambert[is] D[omi]ni
 hoc tempore & loco, reuerendum
 videtur, lector est: si enim mors
 nobis, non praesiquisset, habuisset
 Bellarminus, reliquias si-
 miles s[er]uasse, cum quo se exercere
 possent. His enim per D[omi]n[u]m
 debent multa doct[ri]na & co[m]muni viri, qui
 nichil, quae illi d[omi]n[u]m s[er]uasse
 tantus solent, & d[omi]n[u]m d[omi]ni
 ni verbiluce d[omi]n[u]m s[er]uasse
 quis vir ille doctissimus & acutis-
 mus inter ceteros d[omi]n[u]m s[er]uasse
 us, erat lectio[n]is p[ro]p[ri]e & laboris
 p[ro]p[ri]e iactantia, dubiu[m] n[on] est, quod



TYPOGRAPHVS CANDIDO Lectori, S.



VOD in priore Bellarminiarum disquisitionum volumine non sine dolore acerbissimo diximus de obitu clarissimi viri, & doctissimi Theologi D. Lamberti Danæi, hoc tempore & loco, repetendum videtur, Lector cædide: si eum mors nobis non præripuisset, habuisset Bellarminus, reliquique ipsius similes Sophiste, cum quo se exercere possent. Etsi enim per Dei gratiã nõ desint multi docti & cordati viri, qui nebulas, quas illi offundere soliti sunt, sua solertia & sanctissima diuini verbi luce dissipare possint: tamẽ quia vir ille doctissimus & acutissimus inter cætera à Deo recepta dona, erat lectionis multæ & laboris propè inexhausti, dubiũ nõ est, quin,

AD LECTOREM.

si longior ei vita contigisset, vanita-
 tem argumentorū, quibus suum ca-
 tholicismū labentē fulcire conatur
 Pseudomonachorū Iesuiticorū ma-
 le nata cohors, fuisset demonstratu-
 rus & refutaturus. Sed quonia visum
 est summo omnium Imperatori Deo,
 eū euolare ex statione hac terrena,
 ad sublime cœlitū consortium, vbi
 veritatē, cuius acerrimus propugna-
 tor extitit, corā videt & amplectitur:
 orandus est Deus, vt illius Apellisto
 co multos alios exeret, qui susce-
 ptu, & non perfectū, opus ad exitum
 optatum perducāt. Interea perplexā
 & difficilē de sacramētis quæstionē
 à Danæo in præsentia explicata acci-
 pe, vt Monachi veteratoris artes de-
 testas possis agnoscere. In primis au-
 tē illius petuicaciā non tam mirare,
 quā impudētiā de testare: & men-
 dicio Pontificiæ idololatriæ veritati
 renatæ citatio Deo auctore & auspi-
 ce Christo. Vale.

INDEX RERUM MEMORABI-

lium in hoc secundo Tomo Responsionis Danai,

ad Robertum Bellarminum.

A		Sacram. explosa	79. 213
	Belis sacri-	Anabaptistarum error.	352.
	ficiū 293	vnde profecti	353
	Abraha-	Anabaptistarum argumen-	
	mus cur	ta aduersus p̄dobapti-	
	Pater fi-	smium 356. & deinceps ad	
	deliū 91.	pag.	367
	circumcisus	Ananias Paulum baptizat	
	226	347	
	Accidens an subiectū ac-	Andree cuiusdam testimo-	
	cidentis	nium	600
	209	Angelus aquam piscinæ	
	Actus vere religionis	turbans	132
	277	Angelus minister manne	
	Aduerbia quæ situm cor-	ordinariæ	133
	poris ponunt quomodo	Angeli an possint Sacram.	
	de Christi carne dicantur	ministrare	132. 133
	498	Animam esse gratiæ Dei	
	Adulti cæci, surdi & muti	fontem blasphemè dicit	
	non baptizantur	Bell.	210
	367	Animi morbus	157
	Agnus paschalis an typus	Apostolice ceremoniæ	
	S. Coenæ 503. 504. an me-	282. 285	
	lius quàm panis carnem	Apostoli quædam impera-	
	Christi representarit 504.	runt Eccles.	300
	tropice dicitur transitus	Apostoli Ioannis baptismo	
	51. consecratus	baptizati	424
	569	Apostoli Samariam missi	
	Albigensibus infestior Ber-	ad iā baptizatos 443. 476	
	pardus	Apostolos in Episcoporum	
	139	ordinem Bell. cogit	477
	Albigenses quando fuerint	Apostolis Christū figuratè	
	426	loquutum	537
	Alexander I. Pontifex	Applicatio formæ & mate-	
	33	riæ Sacram.	161. 162.
	Ambrosialis festa		
	283		
	Ambrosii locus de iotētio-		
	ne ministri		
	153. 154. 156		
	Ambrosius Lipsientis		
	51		
	Amentes an baptizari pos-		
	sunt		
	187		
	Anabaptistarum opinio de		

Vale. Christo.

Aqua & fides opponuntur 196	sanati	178	
Aquæ benedictæ quantum tribuant Papistæ	28	Aquæ rufa & aqua zeloty- piæ	97
Aquæ baptismi an Christus benedixerit	541	Aquæ vacæ ruffæ cum A- qua bap. collatio	177.178
Aqua benedicta an ex Chri- sti præcepto	37	Aquæ zelotypiæ vis	119
Aqua pro Dei Spiritu	169.93	Arca Noë cū aqua Baptif- mi confertur	172
Aqua in baptifmo 14. quo- modo feruet 93. cōfeca- ri quomodo dicatur ab Auguft. 117. mundare ani- mas docet Bell.	118	Areiatenfe concilium	448
Aqua pifcinæ 132. maris ru- bri	176	Athanaſij baptifmus	149
Aquæ renafci 168. cor ab- luere	207	Auguftini locus de Baptif- mo 107. ætas 454. testimo- nia aduerfus Bell. 196. 197. 198. 199. de Confirm. Sa- cram. testimonium 454. verba Crede & mandu- caſti	524 525
Aquæ baptismi cum aquis diluij confertur	172	Auguftino Bell. conuitia- tur	568
Aquæ è petra 177. 230. 322. 333		Aurelianenfe conciliū	449
Aqua non immutari fed fi- de homines	196	B	
Aqua balneari fieri poſſe baptifmum	315	B Alſamum verum peritæ 469. neceſſarium ne in Confirmatione	469.
Aqua baptismi instrumen- tum ſalutis	312. 324	Baptifmi vox	311
Aqua bapufimi non ſemper dat vitam	522	Baptifmus aquæ & Spiritus 417. tria genera	334
Aquæ an ſeruandi vim ha- beant.	à 173. ad 176	Baptifmi & verbi collatio 255. definitio 113. vnū 250 idem Moſis & Dauidis & noſtro tempore 421. in- fantium 89. obſignatio gratiæ Dei	199
Aqua baptismi diei ne de- beat corpus	533	Baptifmi forma	111
Aqua ex Petra conſecrata 569		de Baptifmi materia erro- res 315. hæreſes	316.
Aqua bapufimi quomodo conſecratur	569	Baptifmus <i>æritumox</i> ſalutis 93. initium Euangelij 69. quis ſaluet 324. lauacrum regenerationis 62. ſignū rece-	
Aquæ purgatoriæ à Deo promiffæ	173. 174		
Aquæ quibus multi loti &			

- receptionis in gratia 314:
 & initiationis 314
 Baptismus- ne quis lotio
 Baptismi Ioannis & Christi
 collatio 409. 410. 411. 412.
 413. 414. 416. 419. 421. 422.
 423. Ioannis 409. an a
 Deo ib. & 410. an Sacra-
 mentum Noui Test. 411.
 416. 417. 418. Ioannis 166.
 & Christi idem 166. 167.
 Baptismus & Circumcisioni
 substitutus 253
 Baptismo adiuncta promif-
 sio de Dei gratia 70
 Baptismi actio signū ado-
 ptionis non prædestina-
 tionis 14
 Baptismo adiecta præter a-
 quam quo loco habenda
 an Baptismate fœdus cum
 Deo contrahatur 252
 Baptismus Christi, baptis-
 mus penitentiae 420
 Baptismus Christi spolia-
 tus 434
 Baptismus Christi, quando
 institutus 332. 333. 334. quo
 modo necessarius ad sa-
 lutem 333
 Baptismus Ioannis qualis
 Baptismus cur detur infan-
 tibus 277
 Baptismus bonæ conscien-
 tiæ testimonium 93
 Baptismus character di-
 ctus 238
 Baptismus fidem sequitur
 in adultis 167
 Baptismus penitentiae 333
 Baptismo non liberari ho-
 mines ab observatione
 disciplinae 390. 391
 Baptismus an infallibile si-
 gillum ad salutem 358
 Baptismus Christi tollat ne
 peccata 378. 380. 381. 382
 Baptismi remissio an
 iustificet 278
 Baptismus characteri con-
 fertur 244. cōferatne cha-
 racterem 245. 246. 254
 sine Baptismo morientes
 325. & 331
 Baptismus cur non repeta-
 tur 247. 248. 249. 250. 251.
 252. 253. 254. Ioannis an re-
 petitus 253. an differendus
 in longam ætatem 360.
 in finem vite dilatus 406
 Baptismus laicorū 339. 342
 Baptismi necessitas quæ 29.
 159. 321. 322. & deinceps.
 Baptismi repetendi auto-
 res 133. cur non repetitur
 255. a nō ministro dati nō
 potest 334. non habet o-
 mnia quæ Eucharistia 105
 per locum datus 149. 151.
 152. eibus ut sit 366. offert
 remissionē peccatorum
 ib.
 Baptismi & fidei diuersitas
 108. opus operatum 400.
 effectum ib. actio an gra-
 tiam conferat 173
 Baptismus regenerat, pec-
 119.

I N D E X.

carra abluit	165	ſua	346
Baptiſmum non infundere		Baptizari in nomen Patris,	
fidem	32	Filij, &c.	112
Baptiſmi effecta ex Bellar.		Baptizari in remiſſionē pec-	
378		catorum	181
Baptiſmus cū verbi diuini		Baptizatus, quomodo ſer-	
auditione confertur	249	uetur	167. an legibus Ec-
Baptiſmo inferimur Chri-		cleſiaſticis aſtringatur	
ſto	ibid.	397. an perire poſſit	385.
Baptiſmo non fieri irrita		386	
vota	324 326	non Baptizati an damnati	
Baptiſmo ſine fide nō com-		194	
municatur	246. an red-	Baptizati multi contem-	
dantur homines impe-		ptores Dei	245
cabiles	384	Baptizati multi exeunt	87
Baptiſmi effectum quouſ-		Baptizati poſt Baptiſmum	
que extenditur	404. 405.	peccantes	401. 402. 403
406. rem qui accipiāt	365	Baptizati ab hæreticis	248
quomodo obliget ad le-		Baptizatus an obligatus ad	
gis obſeruationem	389	obſequendum Deo	387
Baptiſmus ab Athanaſio		388	
collatus	149	quando Baptizent Miniſtri	
Baptiſmus hæreticorum	38	106	
Baptizandi vox æquiuoca		qui Baptizari dicantur	312
167		Bellar. blaſphemus in Deū	
Baptizandi poteſtas quibus		184. Pontificia Sacra e-	
data	134. 135. 340. 350. 351	nerit 130. etiā ſuos carpit	
Baptizandi omnes an prius		317. ſibi ipſi cōtrarius	318.
docendi	356. 357	ſalaris	574. Neſtorianus
Baptizandi formula quæ		& Eutychianus	495.
317. 318. 320. quæ verba ne-		papæ mancipium	310. ſe-
ceſſaria	ibid.	cū puſnat	85. 86. ſeiſtini
Baptizandi ritus Suitarum		euertit	142. & ſuos
multos ſimul oblatos	348	cōtradicit in re Sacram.	
Baptizare omnes poſſe quo		49. 50. 96 ſibi cōtrarius	
modo Luth. dicat	131. 135	185. 208. 223. 247. 370. 373.	
Baptizatorum tempus	431	376. 488. 527. 529. 561. 563.	
Baptizare an liceat non ba-		581	
ptizato	342. ſermones		
cuius docenti in Eccele-		Bellar. error in Sacram. er-	
		rorib. recensendis	21. 22

- Bellar. inconstantia 234. 239
 & 275
 Bellar. inter se in re Sacra-
 mens. discrepantia 65. &
 deinceps.
 Bellarmini prauaricatio
 608
 benedicere calicē quid 569
 benedictio signorum non
 facit mutationem 541
 benedixit Christus panē 120
 beneuolentia Dei erga ho-
 mines 85
 Berēgarius Archidiaconus
 486
 Berengarij confessio 500
 Bernardi locus 199
 Bertramus Presbyter sub
 Caluo 485
 bibliorum versio 296
 Biel de fide speciali in Sa-
 cramentis 41
 blasphemij Pontificij in Sa-
 cram. doctrina 88
 bona opera fidei effecta
 seu fructus 77
 Bucerus de efficacia Sacra-
 mentorum 82
 C
 Cæremoniarū vox 276.
 277
 Cæremoniarū baptismo ad-
 iunctæ 425. 426. 427. aliæ
 puerorum, aliæ adulter-
 rum propria 427. liberae
 fuerunt 287. 288. Pontifi-
 ciarū quales 304. hinc ibid.
 multitudo 305. an ab ho-
 minib. cōstituantur 279.
 283. aliquæ à Christo in-
 stituta non scriptæ 280.
 286
 Cæremoniarū Sacram. pon-
 tificiorum. 276. veteres
 218. non iustificarūt. lb.
 Cæremonia cum baptismo
 adiunctarum. numerus.
 428. obruit memoriā.
 289. utilitas ex Bellar. 288.
 289. 290. cultus Dei partē
 facit Bell. 292. meritorias
 291. multæ à Papis in-
 uectæ pro Apostolicis.
 281. humanis non coli
 Deum. 292. 293. 300. & de-
 inceps.
 Calix benedictionis. 568
 Calvinus de effectis Sacra-
 mentorum. 159. cum Lu-
 thero concordia. 82. de
 Sacram. effectis doctrina
 17. à Bell. carpitur. lb.
 in Caluinum Bellar. calum-
 nia 31-32
 in Caluino Bellar. iudiciū
 reprehendit 17
 Calumnia Bellar. 13
 Canon Missæ 619
 Canonistæ de numero Sa-
 cram. 262
 Capernaitarum error 514
 Carolostadius 487. cum Lu-
 thero contentio. 5
 Caro Christi in pane ex
 Bell. 496. in Sacramento
 id. non editur carnaliter
 588. nusquam est inuisibi-
 liter 584. quomodo eda-
 tur 499 504. 516. 517. 518.
 quomodo nō prodest 588

I N D E X.

- manducationem esse spi-
ritualem 523. 524. 525. ore
sumpta quid fiat 581. non
semper edi in Cœna 520.
eibus vt dicatur 514. 516
de Carne Christi dici non
posse propriè quæ de pa-
ne 500
Carnales nos Bell. immeri-
tò vocat 589
Catechismus Romanus 518
Causa causæ, causa causati
197
Causæ rerum quatuor 95
Certitudo in Sacramentis
150. 151
Character quid 236
Character relatio ne an
qualitas 238. officia huius
characteris 239. in qua a-
nimæ parte 240. an inde-
lebilis ib. quot Sac. illi
imprimant 240. ex qui-
bus locis Serip. eruatur
242
Character animæ 236. an
imprimatur à signis 238
Character baptismus 238
Character ne per Sacram.
imprimatur 245. 247
Character patris Christus
236
Character Sacram. 235
Characteris Sacramentalis
typi 242. quibus patrum
testimoniis confirmetur
243. 244. quibus rationi-
bus 245
Christina an Sacramentū 34
Christina cōfirmationis cōn-
secrandum 460. 461. pon-
tificiū 456. quo loco ap-
plicandum 463. ritus 481
482. saluatio lb. cuius in-
uentum 465. non esse Sa-
cram. 464. 465. 466. nec ab
Apost. vsurpatam. 457
Christus anno 30. baptisatus.
362. character patris
136. melioris fœderis spō-
sor. 221. mundum reli-
quit. 591. 592. an omnia
decreuerit ad Dei cultū.
301. pascha nostrū 221. per
mediam turbam euadēs,
587. post resurrectionem
edens 582. pro nobis pec-
cator factus 422. cur ba-
ptisatus & circumcisus 422.
quibus iouilis 31. Sacra-
mentorum Ver. & Nouo-
rum scopus 228. & de in-
ceps ad pag. 234. se à Ma-
ria eor tangi noluerit 593.
non habitat in templis
manufactis 594. an conti-
neatur specie panis & vi-
ni 494
Christi caro quatenus viuifi-
ca 495. quomodo Patres
eam manducarunt 594
Christi in Cœna præsentia
quæ 580
Christi contactu an aquæ
sanctificatæ 423
Christi corpus non attri-
tur dentibus 620. non esse
vbique. 580. 581. 582. & de-
inceps. quotidie creari
619. verè esse in Cœna 578
Christi

- Christi facta non omnia
sunt imitanda 429
- Christi gloria 590. huma-
nitas an ubiq; 580. mors
228. eius participes quo-
modo siamus 20
- in Christum baptizare 320
- Christum escā patrū fuisse
Bell. negat 507
- Christum esse in mēsa Cœ-
næ 573
- Christum ex tactu corporis
non probasse veritatem
corporis ait Bell. 582
- Christum oportere cœlo
contineri 591
- Christum sui ipsius signum
facit bell. 563
- Christiani vnde dicti 462
- Chrysostronus de intētio-
ne Ministri in Sacra. 155. lo-
cus explicatus 573. de Eu-
char. 649
- Circumcisio sigillum fidei
216. ob signatio iustitię
194. fœdus tropicè dici-
tur 532. 566. an signum re-
generationis 313. in pecca-
torum remissionem data
331. quando Abrahamo
collata 226. signum con-
firmatiuum non comme-
moratiuum tantum 91
- Circumcisio veterum 344
- Circumcisionis & Aquę ba-
ptismi collatio 176
- Circumcisionis & baptismi
an eadem ratio 194
- Circumcisionis & baptismi
collatio 254
- Circumcisioni annexa spi-
ritualis promissio 225. 226
- Circumcisione carentes sub
lege 227
- Clanium ius 407
- Cœna cur credentibus de-
tur 492. an instituta Ioan-
6. 51. à p. 511. ad 529. non est
miraculum 561. significa-
tionē mne habeat rei fu-
turę 510. an in ea sit pro-
missio de Dei gratia 69.
70. an vsus declaratus in
eius institutione 120. ef-
fectum ex Paulo 17. effe-
ctū vbi Christus docuerit
519. præceptum de Cœna,
vbi ibid.
- in Cœna consensus ortho-
doxorum 530. piorū sen-
tentia 488. à Bellar. malè
intellecta 492
- de Cœna Domini Pontifi-
ciorum sententia 492. re-
futata 493
- de Cœna vbi Ioannes seri-
pserit 519
- Columba in baptismo
Christi 55
- de Communicatione sub
vtraque specie 24
- Communio sanguinis &
corporis Christi 571
- Concilium Carthaginense
de oleo confir. 457. Elibe-
rinum 349. Carthaginen-
se ibid. Florentinum de
Sacram. 99. Florentinum
& Tridentinum 262
- Concilij Constantiensis &

- Basiliensis repugnātia 24
 Concilij Niceni locus 180.
 Constantinopolitani 181.
 Tridentini de Sacram.
 reclinā 127. 128.
 Concilia quæ de confirm.
 agunt 448.
 Concionem & Sacramen-
 tum idem facere Calui-
 num mentitur Bell. 121
 Concupiscentia tollatur in
 baptismo 379. 380. 381. 383.
 385.
 Confici verbi expositio 458
 Confirmatio 459. 432. 434.
 435. an Sacramentum 34.
 quando institutū 439. 436.
 quis eius minister 475.
 477. 478. 479. nullo Scri-
 pturæ loco probari po-
 test 469. quibus patrum
 dictis firmetur 449. 450.
 quid propriè fuerit 455.
 sit nō Sacramentum 437.
 439. & deinceps ad p. 446.
 447.
 Confirmationis & olei bal-
 samati congruentia 458.
 & 459. materia 456. for-
 ma 470. & 471. 472. 481.
 482. quæ Concilia loquā-
 tur de illa 443. baptismo
 præfertur à Pontif. 436
 Confirmationis vis ex mi-
 nistri dignitate 454
 Coniugij formā 66. sacra-
 menti dignitas ex Richar-
 do 36.
 Conscientia quomodo tra-
 quilla 93.
 Conscientiæ an obstringan-
 ter mandatis hominum
 392. vnu; Conscientia-
 rum legislator. ibid. non
 redigendæ in seruitutem
 302.
 Consecrationis verborum
 effectum 494.
 Consecrare quid sit 569
 Consecratio ignora ita. nō
 Consecrationis vox quo-
 modo intelligenda 114
 Consilia Pauli. consilia Do-
 mini 300
 Consubstantionis doctrina
 per Lutherum 5. 6. funda-
 menta 6
 Contentiones in Sacramen-
 tis vade. 4. & quot 6
 Conversio signorum in Coe-
 na quando fiat 558
 Coniugia Bellarmini in nos-
 tra 42
 Cornelius baptisatus à pri-
 uatis 347
 Corporalis non agunt in
 spiritualia 206. 207. 210.
 Corporis vox in verbis Coe-
 næ quid significet. 546. &
 Dei 561
 Corpus Christi quomodo
 in Sacramento 445. an ve-
 rē & realiter in cœna. ibid.
 verē esse in Cœna 598. 599
 quomodo edatur 515. in
 Eucharist. quomodo tan-
 gantur 499. in ventrem
 intrans quo euadat 581. e-
 iusdem evanescentiæ qua-
 lem facit Bell. 502. nō at-
 teri

leri de tribus 561. a quoniam
 eti a Bellar. 579.
 mysticu Christi Bell. ait
 manducari. 579. inesse rea-
 liter in pane quibus ar-
 gumentis probent Pontifi-
 cii. 500. 501. 511. 516. 517.
 Corpus Domini discernere
 quid 576
 Corporum substantia an
 mutata in resurrectione
 608
 Creaturæ possint ne crea-
 re 209
 Credere & manducare sar-
 nem Christi distinguenda
 549
 Crucis signum 282. 464
 Cultus De: inter Iudæos
 306. quis Deo gratus 306.
 307
 Cultus nouus Deo institui-
 tus damoatur. 308
 Cypriani 3: loci pro Trans-
 & 3. contra eandē 615. ad
 pag. 628
 Cypriani de baptismo her-
 eticorum opinio 38
 Cyrillus de Eucharistia 631
 D
 Deuotionis incremen-
 tum ynde 288
 Deus Abrahami quomodo
 dicatur 226
 Deus dominus S. Scripturæ
 390
 Deus quomodo tetatur 253
 Diabolum ministrum Sa-
 cram. fieri a Luth. calum-
 niatur Bellar. 133

Diaconoru baptismas 343
 Dionysius de Eucharis-
 tia 222 de inuentu 603
 Diplomatum ratio 215
 Discipuli baptizantes prius
 docuerunt vim Baptismi
 108
 Discos aureos Bell. præfert
 pauperibus 584
 Disparatum de disparato e-
 nuntiatum in verbis Ce-
 næ 562
 Dissensio in doctrina Pa-
 pistic frustra nobis obii-
 citur 214
 Dissensio in doctrina Pagi-
 stica 214
 Diuina statuta mutari non
 possunt ab hominibus
 480
 Doctrina Ioannis & Christi
 419
 Doctrina salutis vade pe-
 tendi. 301
 Dogma fidei 536
 Dogmata fidei ex solo ver-
 bo petenda 446. tropicè
 concepta 534
 Donatistarum error de ba-
 ptismo 38. de Sacramen-
 tis 213. de baptizantium er-
 ror 287
 Ducibus obsequi vt iubea-
 mur 193
 E
 Ecclesia vnitas 297
 Ecclesia Romana erro-
 nea 263
 Edendi & bibendi voces in
 Cæna quomodo situan-

tur	521	Fœmina nō potest Sacram.	
Ego vox an necessaria in		ministrare	132
baptismi administratio-		Fœminæ possint-ne bap- tizare	343.349.350
ne	318	Fides an actu insit omnib.	
Elcazarus suilla abstinens		baptizadis 181. ad percipē	
290		da Sacr. necessaria 163. 200	
Eliberinum concilium de		ad carnis Christi partici- pationem 550. nulla vbi	
confir.	448	nullum Dei verbum 293.	
Ephrem de Eucharist.	646	parētum quomodo pro- fit infantibus 376. quomo- do iustificat 180. saluus	
Epiphanius de Eucharistia		quomodo dicatur facere	
647		179. specialis, in Sacram.	
Episcopi portatiui	481	27. & 28. at. sola iustificat	
Esca eadem Sacram. vet. &		338. 339	
No.	228	Fidei & baptismi diuersitas	
Escam patrum Christum		168	
fuisse negat Bell.	507	Fidei vita	192. 193
Est. in verbis Cœnæ quid si-		Fidem cum peccato esse	
gnificet 544. 545. 557. 558.		posse	386
559. 561. 564. 565		Fidem ne habeant infantes	
Euangelium quando cœ-		362. 368. 370. 371	
pit	333	Fidem nō confirmari Sacr.	
Eucharistia vnde dicta 540.		tingit Bellar.	74. 75
caro Saluatoris 602. re-		Fidem veram habentes pe-	
peritur non item baptis-		riri non posse	386
mus 252. 253. an res & ver-		Fide induitur Christus	20
ba 101. Papistica desinit		Fide sola Dei beneficia ap-	
esse Sacramentum 50. nō		prehendi	206
est miraculosa 584. Pon-		Fidelium infantium bap- tismus	29
tificiorum de ea senten-		Figuræ veteres an vmbra	
tia 492. refutatur 493. ef-		fuerint Sacra cœnæ	
fecta	265	501	
Eυαγγελιον quid sit	540	Figurata esse verba institu-	
Eusebius Emislenus	452	tionis Cœnæ à pag. 531. ad	
Excommunicatio Christi		pag.	569
præceptum	300	Finis Sacramentorum	166
Exorcismus	428		
Extrema vinctio	260		
F			
Facere iussi Ministri in			
Cœna	105		

Flagellatores qui 487
 Fœdera Dei figuratis locutionibus constant 534
 Forma baptismi. 111
 Sacramentorum 97
 Frangere panem quid sit 570. 571.
 Frangitur, aut frangetur quomodo de Christi corpore dicatur 547
 Grammaticæ regulæ Bellar. 497

Gratia iustificari, pro qualitate in hærete docet Bell. 26

G

Gaudentius de Eucharist. 648
 Grammatica regulæ Bellar. 497

Gratia iustificari, pro qualitate in hærete docet Bell. 26
 Gratia spiritualis unde pendet. 209

Gratia sæpe sine signo 197
 Gratia Dei excidentibus, an Deo reconciliari possunt 251

Gregorij 2. ætas 454. eius definitio Sacram. 56

H

Hæreticorum baptismus repetitus 113
 Habitualis intentio 154
 Harkij Montensis error 127
 Hedera signum vini vendibilis 171
 in Heshulum calumniæ 39. 40.

Hoc est corpus meum, ex-

plicatur à pag. 531. ad pag. Hoc vox in institutione Cœnæ quid aoret 542. 555. 556. 557.
 Hominis renati pugna 312
 Hugonis definitio Sacram. 66.
 Huldricus Zuninglius 487

I

Iacob patriarcha vngens lapidem 284
 Iconomachi 485
 Ixhûe vocis cabala 175
 Iesus vocem fugare demones ait Bellarm. 118
 Iguatij locus de Eucharistia 602

Ignis inferni an corporeus 210

Ignis Spiritus Sancti. 316

Imago crucifixi 492

Imaginum cultus 575

Immortalitas ex esu Panis Eucharistici quomodo colligatur 607

Immundi de sacrificiis edētes 576

Impij ne sumāt Christi corpus sacramentaliter 578

Impositio manuum 440. 441. 442. 443. 445. 453. 454 quomodo Sacram. dicta 455

Indignè manducantes signa Cœnæ 574. 576. 577

Incredulitas à natura 92

Individuum vagum 556. 557

Induere Christum 363

Infantes an à Christo vel

I N D E X.

Ioanne baptizati 357. 358.	Ioannes Calvinus	488
an habeant fidem 362. 364.	Ioannes Hussius	487
an Christum induunt 363	Ioannes VViclefus	487
an spirituales. 367. an in-	Ioannes Scotus	485
fundantur fides & chari-	Iouinianorum error	384
tas baptismo 372. 374. cur	Irenæi locus de pane Eu-	
baptizentur. 15. an credât	charistizæ	606. & 607
ibid. fidelium an baptizân-	Iris in celo	84
di 352. 356. fidelium. cur	Iudæorû præ gentibus præ-	
baptizentur 326. 327. 330.	stantia	215
331. an peccatum originale	Iudas Iscariotes	133
non habeant 326. an a-	Iustini locus de Eucharistia	
liu credant an aliena fi-	603. 604. 605	
de 375. non iustificari sine	Iustus ex fide uiuit	193
fide 373. oportere carni	Iustificatio nostra quæ	26
Christi cõmunicare 524.		
qui baptizandi 353. cur.	K	
354. quolibet uolunt ba-	K Emnitius de Sacram.	67
paptizari Papistæ	in Keimnitium Beliar.	
370	calumnie	235. ad 39
Infantium baptisum: funda-	L	
mentum	L Aici ne baptizare pos-	
370. 373	sint	319
Infantibus an Cœna danda	Laios non posse baptiza-	
si baptizandi sunt 360. an	re	351
à baptismo infundatur	Lapis à Iacobo erectus 293.	
habitus fidei	unctus	284
344	Latina Ecclesia	295
Innocentius tertius	Latina lingua an retinenda	
237	in Sacram.	297
Institutio fidelium ante sa-	Lex euangelio quomodo	
cri perceptionem	opponatur	389
114	Lex littera occidens. 222. &	
Instrumentorum differen-	iustificans	ibid.
tizæ	Lex uetus an iustificarit ut	
208	noua	ibid.
Intentio ministri in Sacra-	Legi Dei quatenus obnoxij	
mentis 145. 146. 148. 149. 150	baptizari	388
Interrogationes in baptis-	Legem Dei an possimus	
mo cur institutz	implere	395
377	Leges ecclesiasticæ an obli-	
Ioannis baptisimus	gent	
166		
Ioannes baptizans non cõ-		
fererat gratiam		
166		
Ioannis locus ex 6. cap. 51. v.		
nõ agere de Cœna à pag.		
511. ad pag.		

- gent conscientiam 286.
287. 288
- Leges humanæ an obligent
conscientias 392. 393. 299.
& vide reliqua in cære-
monix & 300. 301. 302. &
deinceps.
- Linguarum donum 443. stu-
dium 298
- Locos Scripturæ falsè citari
fingit Bellar. 562
- Lombardus de Sacramentis
25. de numero 262. defini-
tio. Sacram. 66
- Lotio pedum 261
- Luciferiani hæretici 138
- Lutherus 487. de verbo Sa-
cramenti 148. de fide in-
fantium 368. cum Calui-
no & aliis consensus 165.
de Sacram. dictum expo-
nitur 222. dictum de aqua
baptismi 315. doctrina de
Sacramentis 4. & 5. de bap-
tizandi potestate 131. 140.
de fide 386
- Luthero in re Sacram. affixa
mendacia à Bell. 24. 25. 26.
& deinceps.
- in Lutherum calumniæ à
24. ad 28
- M
- Machabæus nouum fe-
stum instituit 284
- Magna Pontificia 119
- Mandatis hominum an ob-
stringantur conscientix
392
- Manducatio Christi 522. 523
524. 525. distinguenda à si-
de 549 551
- Manna ænigma corporis
Christi 612. Sacramentum
55
- Manna deprimitur à Chri-
sto, laudatur à Paulo 217
- Manna in deserto 230. 232.
233. indignè sumentes rei
facti 575. non tantum cor-
poralis cibus 177. quomo-
do consecrata 569. 55. ty-
pus ne sit S. cœnæ 503. 504.
505.
- Mannæ & Petræ collatio
cum Sacra. 177
- de Manna quomodo Chri-
stus agat Ioan. 6. 515
- Manuum impositio. vide
Impositio.
- Mardocheus nouum fe-
stum instituit 284
- Martyris argumenta aduer-
sus realem præsentiam
580
- Martyrium, baptismus di-
ctus 335. an salutem con-
ferat 337
- Matrimonium 260
- Matrimonium inter Sacra-
menta quando numeri-
tum 34. & à quo ib. quo-
modo ib. dignitas 36. an
conferat gratiam ib.
- Materia Sacramentorum 97
- Melanchthon de Sacram.
finibus 80
- in Melanchthonem Bell. ca-
lumniæ 28. 29
- Memoria Christi in cœna
quomodo intelligatur 567

I N D E X.

Messaliani hæretici	164	Mulieres baptizare prohibita	351. vide Fœminæ.
Meretrix de qua in Apocaly. Sacramentum à Bell. dicitur	44	Mulieres posse extraordinariè prophetizare	137
Miltiades Papa	435	Multitudo nihil ad fidem facit	416
Miluah vox Hebræa, an idè ac Sacram.	45	Mutatio signorum in Sacramentis	121
Minister verus Sacramentorum 130. 132. 34. 135. signum non gratiam confert	197	Mutatio substantiæ in Sacramentis	118
Ministri actio in verbis Cœnæ concipiendis 105. in Sacramentis quid præbeant 86. 87. intentio an necessaria ad perfectionè Sacramenti 141. 142. 143. 144. 145. 146. qualitas non dat Sacram. efficaciam 137. 138		Mysterij vox vnde 46. à Sacram differt	44. 45
Miracula ab Apostolis quo modo edita 107. qua via à Christo edita	186	Mysterij vox & eius ambiguitas	12
Miraculorum Christi numerus	257	N	
Miraculorum donum	443	Necessitas Sacramentorum	126. 127
Miraculorum & Sacramentorum collatio	52	de Necessitate baptismi	321. 322. & deinceps.
Missæ duplex 29 quomodo à Protest. retineatur	ib.	Nicolai Papæ rescriptum de intèrione ministri	156
Missæ laus tota vnde pendeat	530	Noachus ex aquis seruatus	176
Missæ priuatæ	30	Nomina in Vm, vt vestimentum, an actionem significent	63
Monachorum quatuor ordines vnde deducantur	241	Nominis impositio in baptismo	430
Monetæ regis similitudo	308	Nomina relationis & ordinis quomodo de Christo in Eucharistia dicantur	497
Motio vis indita Sacramentis ex Bell.	38	Nomina substantiua quomodo dicantur de corpore Christi	497
		O	
		Obsignatio	242
		Oecolampadius	487
		Oleum balsamatum cuius usus 464. vnde suprà ib.	
		Oleum	

I N D E X.

Oleum baptizandis adhibitum	434	gna corporis	567. non
Oleum cōfirmationis	434.	semper viuificus	527. an
436. 456. 457. 458. salutis		signam corporis mystici	548. corpus verum Christi
472		548. corpus verum Christi	489 572. cum pane cō-
Olei balsamati & Confirm. collatio	458	muni non diuiditur à significatione	560. collatio cum agno paschali
Olei balsamati institutio	461. 462	510. qualis à Christo promittatur	513. tropicè corpus Christi vocatur
Olei vox quo sensu vsurpata	450-451	577. accidentia in Cœna	496. an alat corpora
Oleo quomodo vsi veteres	463	620. an figuratus à Pane oblatō à Melchisedecho	501. cum imagine crucifixi collatus
Omnes posse baptizare qui dicat Luth.	136	491	
Opera quæ in Dei cultu ipsi placeant	306	Pani & vino Cœnæ non conuenire verba illa, qui datur qui effunditur	548
Opera virtutum an meritoria	291	Panis ab imagine crucifixi quomodo differat	552
Ordo Sacramentorum	275	Panis S. Cœnæ quomodo præstantior signis veteribus	509
Ordo Ecclesiasticus	260	Pane primitiarum	502. pane propositio- num ibid.
Ordines an sint Sacramenta	72	Panis fractio, tropicè communio dicitur	563
Ordinatio an Sacramentum	256	Panis Cœnæ inconsumptibilis	615
Origenis loci pro Transsub. & contra eandem	611.	Panis naturâ mutatus	616
612. & deinceps ad 615.		Panis sacramentalis laudes	611
		Panis transsubstantiatione quibus argumentis sulciat Bell.	500. 501. 511. 516. 517. 520
		Panis vnus Sacram. participatio	170
P actum Dei possit ne abrumpi	252		
Panis eucharisticus	489.		
595. figura corporis Christi	510. species		
512. azymis à quo primū in Cœna institutus	33. à Christo benedictus		
120. in Cœnâ retinendus	527. solus ne sufficiat		
522			
Panis & vinum in Cœna sū-			

I N D E X.

- Panem *εὐλαγῶν* quomodo
 dicatur Pastor Ecclesie
 540
 Panis figurata locutio in
 cœna à 529. ad 537
 Panem frangere quid sit
 571
 Panem verum à Christo in
 cœna datum 556
 Panum miraculum 515
 Papistarum hæresis in Sacra
 doctrina 22
 Participatio vnius panis Sa
 cram. 170
 Paruuli sine baptismo mo
 rientes 325. fidelium san
 cti ab utero 325. 326. 327.
 328
 Paschatis observatio 287
 Pastores nõ omnia soli de
 bent in Eccles. gerere 134
 Patrum de Sacram. testimo
 nia varia 218. 219
 in Patrum dictis quæ ob
 seruanda 599
 Patrum Græcorum de con
 firmat. Sacramento sen
 tentia 449. Latinorum
 451. 452
 Patrum loquutiones de Sa
 cramentis 182
 in Patrum scriptis colligen
 dis error Bellar. 601
 Patrum testimonia de duo
 bus tantum Sacram. 270.
 271. 272
 Patrum testimonia de Pane
 Eucharistia pro Bellar. à
 pag. 602. ad pag. 626. &
 deinceps ad finem.
- Paulus quædam imperavit
 Eccles. 300
 Peccare dupliciter dicitur
 homines 385
 Peccantes post baptismum
 401. 402. 403. 406
 Peccatum vox distinguen
 da 379
 Peccata an tollat bap
 tismus 379. 380. 381. 383. quis
 remittat 195. solane fide
 remittantur 338. quorum
 remissio in baptismo
 promittatur 404. 405.
 406
 Peccatis fræna qui laxet 391
 Pelagiani 352
 Pelagiani de baptismo in
 fantium 321. 325
 P. Martyris, quædam expli
 cantur 510
 Petri vox Ananiam inter
 ficientis 120
 Philippus Diaconus prædi
 cavit & baptizavit 341.
 347. 441
 Pij Pontificis locus de pane
 consecrato 605
 Pictura baptismi 191
 Pœnitentia 260. dup' ex ib.
 an Sacramentum 129. à ba
 ptismo distincta 398. se
 cunda post naufragium
 tabula 399. iustificationis
 effectum ibid. baptismus
 flaminis 337. vis 401. post
 baptismum 402. 403
 Poculum pro vino 556. an à
 Christo benedictum 556
 Pontificum nomina Con
 firma-

I N D E X.

- firmationem inter Sacr.
 reponentium 447
 Pontificæ constitutiones
 nihil de vera fide habent
 30
 Præcepta Dei figuratè con-
 cepta 534
 Prædestinatio in Sacramen-
 tis quomodo consideran-
 da 86.87
 Præsentia corporis Christi
 580.581.582.583.584.585. &
 vsque ad pag.598. duplex
 in cœna 573. realis euertit
 fidei articulos 591
 Presbyteri & Episcopi idè
 ordo 480
 Presbyteri an consir. admi-
 nistrare possint 479
 Principis statua contem-
 pta 575
 Professio fidei exterior an
 meritoria 291
 Promissiones No. Test. me-
 liores 225. quomodo Sa-
 cramentis confirmantur
 72.73.88. veteres an iusti-
 ficant sine fide 223
 R
 Raza pro Sacram. 46
 Regenerationis & re-
 penscentiæ discrimen 313
 Regenerationis effecta 19
 Religionis veræ triplex ar-
 ctus 277
 Remissio peccatorum 400
 Sacramentis repræsentan-
 tur 407. quomodo ba-
 ptismo tribuatur 170
 Renasci in baptismo quo-
 modo dicimur 382
 Renasci ex aqua 168
 Res corporales non agunt
 in spirituales 206.207
 Resipiscentia necessaria
 400
 Resurrectio repetitæ ge-
 nerationem naturalem
 255
 Resurrectionem pro rege-
 natione sumit Bell. 218
 Richardus de coniugij Sa-
 cramento 36
 S
 Sacerdotes esse omnes
 pij possunt 196
 Sacerdos coniux esse non
 potest ex Bell. 274
 de sacramenti voce, in sa-
 ceris mysteriis, vel reten-
 ta vel reiecta 10. & 11
 Sacramentorum & Sacrifi-
 ciorum discrimen 215
 Sacramenti vox in re Sa-
 cramentaria 43.44
 Sacramenti variæ defini-
 tiones Bell. 59.60. 6. Sen-
 tentiariorum 65. 66. ety-
 mon 47. & significatio-
 nes ibid. ab Anabaptistis
 reiecta 11. quomodo di-
 cta Hebraicè 48. non su-
 perflua 77. definitio ex
 Caluino 83
 Sacramenta & cæremonias
 confundit Bellar. 47
 in Sacramentorum doctri-
 na Sententiariorum dis-
 cordia 212. inter Papistas
 89
 * *. iij.

- de Sacramentis discordia
inter Scholasticos 61. Pa-
pistarum 22
- Sacramenti conditiones 8.
statuit Bellar. 50
- Sacramentorum causa effi-
ciens 128. 129. causæ ex
Bell. 95. efficiencia 208. ex
solo verbo petenda 446.
nulla sine promissione
216. an ea homines con-
stituunt 188. addere illis
mortali an liceat 278. ma-
iestas quomodo retine-
tur 298. verba ib. vim al-
ligare verbis magicum
ib. an significant an san-
ctificent 62. 64. an in ali-
quo prædicamento 38.
sit-ne Ens reale vel No-
tionale 57. ad quam Ca-
tegoriam referantur ib.
possint-ne definiri 58. de-
finitio 49. 50. 51. à variis
allata 67. vna definitio an
omnibus conueniat 61.
rei sacræ signum an ho-
na definitio 65. octo ob-
feruanda 68. 69. ad pag. 72
- Sacramenta Pontificiorum
12. latina lingua admini-
strata 264. 265. visibilia
verba 197. 198. 205
- ad Sacramentum instituen-
dum quæ requirantur 438
- Sacramenta nouæ legis si-
gilla dicta ibid. sigilla 18.
94. 89. 90. 198. signa 62. si-
gna operatoria ex Bell.
187. 188. 189
- Sacramenti signum quale
esse oportet 52. sunt sym-
bolum obsignatoriu non
operatorium 83. 84. an to-
tum signum 50. vtrum
pertineat ad res natura-
les an artificiales 98. 99
- Sacramenta quot II
- Sacramentorum numerus
256. vnde petendus 257.
an in Scriptura definitus
268
- Sacramenta Ecclesiæ duo
tantum 34. duo à patribus
agnita tantum 453. duo
tantum esse 268. & de in-
ceps ad 272. septē ex O-
uidij Metam. 241. plura
duobus inuenta à Pap. 22.
multa quomodo dix-
erint Patres 261. 270. non
esse umbras 218. quatenus
ad salutē necessaria 202.
ex opere operato iustifi-
care vult Bell. 202. veter-
um ab Euangelicis dif-
ferentia 211. veterum &
nostrorum discrimen 217
veterum typi solum no-
strorum à Bell. dicuntur
123. Vet. & Nou. an diuer-
sæ promissiones 198. 199.
veterum inter se discrim-
men 223. Vet. & Nouorū
eadem esca 228. & 230.
nostris paria 233. Legis
veteris habuisse rem &
verba 95. nostra veteri-
bus quomodo præstant
501

- Sacramenta veteris Legis
 vera negat fuisse Bell. 64.
 in iisdē error Pontificius
 40. 41. an quoduis vnum
 59. Vetera an habuerunt
 Dei promissionem 220.
 vsque ad pag. 235. Vetera
 rem signatam & signum
 habuerunt 506. quomodo
 actionem significant
 63. dignitas 273. 275. partes
 duæ signum & res signata
 50. res quæ 53. 54. quæ
 materia 97. 99. 100. essentiam
 quæ constituât 107. partes
 essentielles 100. 103. varia
 effecta 16. 157. 165. singula
 habent propria effecta 275.
 finis 158. fidem firmant 93.
 efficacia vnde 18. 82. 85. virtus
 vnde pendet 79. efficacia à
 quo pendet 131. 137. 140.
 190. neque primaria neque
 secundaria causa salutis
 203. de donis Dei certos
 reddunt 190. an gratiam
 vi actionis conferant 56.
 gratia in elementis statuitur
 à scholasticis 38. 39. gratiam
 non conferre ex opere 192.
 & deinceps. quibus Dei
 gratiam testentur 78. an
 conferant gratiam 28. 28. 175.
 176. 177. 200. 201. & deinceps.
 noue legis iustificationis
 instrumenta facit Bell. 14.
 an efficiant iustificationē
 75. & quomodo ib. & 76.
- eam testantur 76. 77. Euāgelica
 non iustificare 214. non
 conferunt gratiam 63. gratiam
 generare vult Bellar. 85. non
 iustificare causaliter 217. Veterum
 non iustificasse quī probet
 Bell. 220. fidem ac excitent
 190. quomodo iustificent
 223. Dei gratiæ signa
 224. vsque ad 231. quomodo
 causæ salutis an querendum
 160. 161. gratia Dei blasphemē
 attribuitur 127. gratiā quomodo
 efficiant 162. virtus causatiua
 in quo insit 209. syllabis
 alligatur 124. vis ex relatione
 cognoscitur 58. ritibus
 alligatur à Pontif. 42
- Sacramentorum fines varij
 80. 126. 183. necessitas 126.
 127
- Sacramenta absque fide 31.
 199. opus operatum 39. vetera
 non iustificasse ex opere
 213. res à quibus percipiatur
 78. obsequij futuri testimonia
 18. significatio & efficacia
 diuersa 85
- Sacramenti veritas ex similitudine
 incarnati Christi 618
- Sacramenta lingua ignota
 190. 296. nō intellecta 297
- Sacramenta Pontificia non
 habēt verborū formulam à
 Christo institutam 107.

I N D E X

- | | | | |
|---|---------|---|--|
| Sacramenta Pontificia e-
uertuntur | 127.130 | Sacramentales locutiones
sunt omnes tropicæ | 562 |
| Sacramenta vim miram vt
habeant non sunt mira-
cula. | ib. | Sacramentalis manduca-
tio | 522.523 |
| Sacramenta an de Deis ne-
cessaria.191.cuique appli-
canda. | 192 | Sacramentaliter accipere
quid sit | 578 |
| Sacramenta an signa gratiæ
perceptæ | 81 | de Sacramentis contentio-
nes vnde.4. quæ | 116 |
| Sacramenta vehicula gratiæ
Dei secundum Pap. 32. an
ex opere operato conferat
gratiam | 33 | Sacramentum totum an
res & verba | 98 |
| Sacramenta dicta alvei Dei
gratiæ. 21.39. signa iustifi-
care quomodo dicantur.
179. opus operatum in-
uentum.28.13. confirmare
Dei promissiones. 72. 73.
quomodo aliquando de-
primantur, alias euehantur.
217. actio an gratiam
conferat. 173. vim suam
vnde habeant. 163. verus
eorum minister. 130. non
esse inepta instrumenta.
209 | | Sacrificia & Sacramenta
quomodo differant | 215 |
| an Sacramenta quæ auri-
bus percipiuntur | 68 | Sacrificia pro quibus pec-
catis instaruta. | 228 |
| Sacramentis obligari ho-
mines.81. non in omnibus
suam efficaciam profe-
runt | 81 | Sacrificia veterum | 227 quæ
per ea peccata sublata |
| Sacramenta promissiones
obsignant non efficiunt
188.189. | | Sacrificium Abelis | 306 |
| Sacramentum semper in re
tropicam habere loquu-
tionem. | 532 | Sacrificium oblatum quid
sit Aug. | 30 |
| | | Sacrilegi Pontificij in Sa-
cr. doctrina | 88 |
| | | Sali sacro quantum tri-
buant Pap. | 128 |
| | | Salutis incertitudo | 25 |
| | | Sacerdos quid sit | 327 |
| | | Sacerdos quomodo fiat Vbi
Christus | 590 |
| | | Sanctificationis vox quo-
modo intelligenda | 114 |
| | | Sanctificatio inchoata | 396 |
| | | Sanctificatio liberorum ex
fidelibus natorum | 329.
mariti infidelis per vxo-
rem |
| | | Sanguis testamenti | 533. fœ-
dus Dei 562. typus ne
fuerit S. Cœnæ 503. V.T.
an signum vini S. Cœnæ
505. Christi verus in Cœ-
næ quomodo bibitur |

618. 514. 516.
 Scholastici fidei dogmata
 sine Scriptura se habere
 agnoscunt 356
 Scholastici Scripturam in
 Cœnæ argumento cor-
 ruperunt 578
 Scholasticorum doctrina
 de Sacramentorum ef-
 fectis 159. & 160
 Scholasticorum error de
 baptismo infantium 354
 Scholasticorum inter se de
 Sacri. discordia 61
 Scotus pro Innocentio à
 Luth. positus 27
 Scoti definitio Sacram. 67
 Scotistarum & Thomista-
 rum sectæ 10
 Scriptura sacra Dei seruus
 390
 Sententiarij non requirunt
 fidem specialem 28. 29
 Sententiariorum de chara-
 ctere Sacra. sententiæ 236
 237.
 Sententiariorum inter se in sa-
 cra doctrina discordia 212
 de Sententariis Luth. iudi-
 cium 26. 27
 Sephora circumcidit filios
 suos 344. an Deo placue-
 rit 346
 Septem peccata, septem Sa-
 eram. 266. septem virtu-
 tes, Ib.
 Septē requisita ad vitæ cor-
 poræ rationem 264
 Septem Sacra. quibus ratio-
 nibus probet Bellar. pag.
 257. 258. & deinceps 262.
 264. quomodo stabilit
 Bellarum. pag. 257. & deinceps.
 Septenarius numerus 267
 Serpētis æci virtus sanan-
 di 119
 Serueti dogma de Sacram.
 213
 Serueti error à Bellarmino
 renouatus 221
 Signa sacramentalia 174
 Signa sunt Sacramenta 62
 Signa in Eucharist. 489
 Signa & res ligata in Cœ-
 na 489
 Signa quomodo in Eccles.
 Sanctificata 114
 Signorum consecratio quæ
 114. 115
 an Signis vis supernatura-
 lis infusa 37
 Signa an operatoria 186
 Signa sacramentalia non
 esse inania 549
 Signa externa quomodo fi-
 gna 78
 Signorum præstantia vnde
 508
 Signa corporea an in ani-
 mas incorporeas agant
 238
 Signum ut rei signata no-
 mē accipiat quid requira-
 tur 513
 Signa Cœnæ an coniuncta
 auct. vsum 494
 Signa Cœnæ vestimento
 comparantur 577. lucis So-
 lis Ib.

I N D E X.

Signa Cœnz eadē sine fide inducantes 574	Surdi an baptisari possint 187
Signum sepe sine gratia 197	Sursum corda 597
utrumque in Cœna su- men dum 529. an presentē in Sacramentis gratiā no- tet 54-55	Syllabis alligatur vis Sa- cramentorum 124
Signa non efficere iustificati- onem, sed testari 76. & 77. an nostra præstantiora veterib. 507. an signa Chri- stus non immutavit 520	Sylvester Papa 465
Sacramentorum ab aliis si- gnis diuersa 171. in mira- culis adhibita qualia fue- rint 186. 187	Symbola Cœnz esse absen- tis 566
Signa sacramentorū quan- do sacramentalia 239	Syricius de Matrimonio 39. & 36
Signa Theorica & Practica ex Bellar. diuisione 134	T
Signorum correctio cum rei præbitione confun- ditur à Bellarm. 87	T Abulæ legis lapideæ. 232
Sigilla sunt sacramenta 16	Tactus signum veri cor- poris 586. 587
Sigillorum usus 14	Tarraconēse concilium de Confir. 453
Sigillum an confirmet iam scientes 73	Ternarius numerus 268
Simon Magus 87. 386	Tertulliani locus de Bapt. 199
Sponsores seu Susceptores 430	Tertulliani locus de Pane Eucharistiæ 609
Spiritus sancti missio 444. cur missus 592	Testamentum veterum, 533
Spiritu dare homines pos- se vult Bellarm. 197	Te vox necessaria in baptis- mo administrando 319
Spiritum sanctū solus Deus dat 197	Thomas Aquinas deificatus 408. Transsubst. autor 24. locus de intēctione mini- stri 153
Spiritus Domini super a- quas 175. 176	Thomistæ 10
Stancarus de Lombardo 26	Theodosij, Iunioris factum 575
Stephanus Diaconus 351	Toletanum concilium 475
	Transsubstantiatio mona- chalis 484 eius autor 24. initium 601
	Tria millia hominum vno die baptizati 247
	Trinamersio 430
	Tropum admittere in Cœ-

I N D E X.

na verbis Pontif. 553. agnoscit Bell. in verbis Cœnæ fatetur 563. Videt etiam Figuræ.
 Tropica locutiones sunt veræ 564
 Tropicas loquutiones esse claras 535
 Typi veteres signane sint Cœnæ 503

V

Verbum ad signum accedat oportet 71
 Verbum Concionale & Sacramentale 149. concionale 107. quomodo necessarium in Sacramentorū administratione 108. 109. 110.
 Verbum Dei quare confirmandum 74. sigillo comparatum à Bell. 14. in Sacram. æquiuocè usurpatum 101
 Verbum institutionis, & verbū consecrationis distinguendi 105. vā ne accipiat mutandi substantias 119. Magicum Bellar. 117. quomodo accedit ad elementū vt sit Sacramentum 101. 115. 116. quomodo iustificet 204. consecratorium seu Institutorium 118. 119. quale requiratur 102. semper efficax 143. nō operatorium gratiæ 116.
 Verbo Dei mundamur 125
 Verbo Dei nihil addendum,

nec detrahendum 307
 Verbo Dei quæ præscripta dicantur 68
 Verba baptismi non requirunt ad instructionē quam belle docet Bellarm. 113. esse non instructionis sed consecrationis 116.
 Verba baptismi qualia 106
 Verba Cœnæ an tropicè exponenda. 531
 Verba Cœnæ quomodo dicantur verba benedictionis 112
 Verba Christi in baptismo qualia 111
 Verba cur instituta 185
 Verba in celebratione Sacram. quæ requirantur 103. 104. quomodo à Ministro recitanda 106
 Verba institutionis tropica 536. 537. & deinceps ad 539.
 Verba in Sacramentis quomodo consideranda 84
 Verba institutoria Sacramentorū quomodo mutari possint 122. 123. 124. 125
 Verba operatoria rebus inanimatis adhibita 186
 Verba præsentiam localem significatiua quomodo de Christi carne dicantur 498
 Verba Sacramenti & res Sacramenti 100
 Verba Sacramenti quæ in vet. Sacr. 97
 Verba Sacramentorum an effectiua gratiæ 145. 146


I N D E X.

Verba Sacramentorum an instructionis aut Consec- rationis	113	dicta	455
Verba Theorica & Practi- ca ex Bellarm.	184	Vnio carnis Christi cum pane hypostatica est sal- sa	500
Verborū institutionis Cœ- næ; Hoc est corpus &c. explicatio à pag.	531	Vnitas Ecclesię quomodo impediatur	297
Verborum Sacram. vsus ex Bellarm.	102	Vnum baptisma	250
de Verbis institutionis Cœ- næ variæ Pontificiorum sententiæ.	529	Vocabula quæ à Theologis vsurpari possunt	13
Vinum sanguis Christi	624	Vocati externè an apti ad sua munera	245
Vinum tropicè N. T. dici- tur	565	Votorum cassatio	394
Virginalis continētia	299	Vota Christianorum	394
Vitalianus Pontifex.	296	Vorum baptismi	395
Vnctio Chrisnatis	455		
Vnctio cur olim adhibita	450.451		
Vnctio quomodo Sacram.			

Z

Zuinglij de Cœna cum Luth. disputatio	6
Zuinglij doctrinam de Sa- cramentis Bellarm. ca- lumniatur	16.17
Zuinglij sententia de Sa- cramentis	81

Quædam



*Quaedam Scripturae loca paulò fusiùs
explicata.*


G ^e nes.1.2.	175	Ioan.6.51.521.vsq̄ ad	529
Genes.7.23.	176	Ioan.6.63.	588
Isai.1.15.& 16	173	Act.2.38.	169
Isaiæ 29.13.	303	Act.22.16.	169
Ezech.36.25.	173	Act.2.41.	248
Habacuc 2.4.	193	Act.19.4.	418
Zach.13.1.	174	Rom.1.17.	193
Matth.3.11.	166	Rom.4.10.	216
Matth 3.11.	417	1. Corinth 7.14.	329
Matth.15.9.	303	1 Cor 10.3.& 4.	229.232
Matth.26.11.	583	1. Cor.10.16.	568
Matth.26.28.	567	1. Cor.10.17.	170
Marc.1.4.	166	Galat.5.12.	3
Marc.16.16.	167	Ephes.4.5.	250
Luc.3.3.	166	Ephes.5.26.	177
Luc.22.20.	544	Coloss.2.23.	302
Ioan.3.5.	168	Heb.1.3.	236
Ioan.3.5.	322.324	Heb.6.4.	251
Ioan.6.32.	233	Heb.7.22.& 8.6.	221
Ioan.6.51.	511.& deinc.	1. Petr.3.21.	172

FINIS.



Page	Text	Page	Text
100	...	100	...
101	...	101	...
102	...	102	...
103	...	103	...
104	...	104	...
105	...	105	...
106	...	106	...
107	...	107	...
108	...	108	...
109	...	109	...
110	...	110	...
111	...	111	...
112	...	112	...
113	...	113	...
114	...	114	...
115	...	115	...
116	...	116	...
117	...	117	...
118	...	118	...
119	...	119	...
120	...	120	...





COMMERCIAL

IN THE
CITY OF
NEW YORK

1848

THE
OFFICE OF THE
COMMISSIONER OF
THE LAND OFFICE
OF THE CITY OF NEW YORK

FOR THE
PURPOSE OF
RECORDING
DEEDS AND
MORTGAGES
AND OTHER
INSTRUMENTS
RELATIVE TO
REAL ESTATE
IN THE CITY
OF NEW YORK



AD TOMVM SECVNDVM
CONTROVERSIARVM

Roberti Bellarmini
Responsio

LAMBERTI DANÆI BREVIS
ac necessaria. Totus hic Tomus agit de
Sacramentis,

Quam controverſiam facit Bellarminus unicam
duntaxat: ſed eam in varios tractatus diui-
dit: vnumquemque autem tracta-
tum in libros plures, vel vnum
congeſſit, & tribuit.

Ad Prefationem in Scholis habitam.

A Cſuiriis in nos ſuis ſoum hūc ſe-
cundum Tomum & Prefationem,
id eſt, ſuam aduerſus ipſammet Dei
veritatem blaſphemias exordiri
maluit Bellarminus, quàm à ſim-
plici rerum, de quibus dicturus ac ſcripturus e-
rat, narratione, vel noſtræ ſententiæ ſolida refu-
tatione. Itaque ſtatim, Iſaiæ loco & cap. 19. v. 14.
maniſteſſimè abutens iſte, ait. Nos Vertiginis

A. j.

Spiritu agitari, turrim Babylonicam ædificare (quod conuictum ex libris Arianoꝝ Polonoꝝ in nos transcripsit) leues vocat, stultos, impetitos, vanos, contentiosos, furiosos, errantes, hæreticos, equidem hæc omnia conuicta in nos in ipso primo huius operis statim frontispicio collocauit ac congescit vir in maledicendo copiosus, in benedicendo hebes, & mutus. Hi sunt nimirum Rhetorices Bellarminianæ ac Suiticæ flosculi, quibus suos auditores (quos sedes & parietes vocat, id est, brutos homines appellat) delinire voluit, & sibi conciliare. Prudenter ille quidem aut potius astute pro loci, in quo hæc declamitabat esse Rhetorculus, circumstantia: sed non verè, non Christianè. Scribebat ista Romæ: declamitabat in Nouo Suitarum Gymnasio: hæc Pontifici Sixto homini sauiissimo, suo Numini, & in Euangelicam doctrinam truculentissimo dedicabat, & in manum, & linguam Bellarminus emancipauit ac vendidit. Quid in eo loco, Suitis Auditoribus, hic Pontifice probaturo aliud ageret Bellarminus, quàm acerbissima in omnes veram Euangelij doctrinam professos pios viros conuicta euomeret, ac debaccharetur, vt splendide eorum in nos bili satisfaceret, & quàm quieto ac sedato animo (quod in disputationibus Theologicis fieri oportet) ad hanc sacratissimam de Sacramentis disputationem accederet testaretur? Imò quàm furiosus esset, ostenderet. Verùm quid erat necesse nouum istum Hominè, & noui & inauditi Patribus & seculis omnibus ordinis Monachum hunc nouum & inutilem laborem, vt de Sacramētis scriberet, suscipere? Nihil

hil enim hic agit, tractat & dicit in toto hoc opere, quod non iam dictum, tractatum & dictum fuerit prius, & quidem centies, & millies: & cui non fuerit à nostris antea quoque solidè responsum: quemadmodum ipsa tractatio, disputatioque postea demonstrabit. Itaque, & hic quoque meritò locum habet istud, *Crambe bis appositamors est*. Sed quid ea, quæ in toto hoc opere continentur, inanem rerum iam millies explosarum & confutataram repetitionem esse dico? Nec enim novi quicquam in hoc toto, tanquam crasso, ac verboso, non nervoso volumine profectus Bellarminus, præter contrariarum de re eadem suorum Sententiariorum opinionum accumulationem, quæ totam ipsius doctrinam & incertam esse docet, & euertit. Hæc ipsa præfatio huius Tomi secundi nihil certè quidem aliud est, sicut res ipsa ostendet, quàm rerum earundè vana & molesta repetitio, quæ totidem verbis in ipsorum librorum tractatu reponuntur, & continentur, ut penè ad hanc præfationem non respondisse, fuerit melius, ut breviores (brevitati enim maximè studemus) essemus. Sed ne istæ magnæ & speciosæ Bellarmini phalere (quanquam, ut ipse fatetur, per se impolitæ & incomptæ) quæcumque vel simpliciorum hominum deciperent, confutare breviter eas, decurrere, & disseccare (quod fuit facillimum) volui. Nam iste Mandrabi in morem suis larvis istis manibus nos terrere cogitat: sed frustra. Est enim nobis constans in veritate tuenda animus, qui nec eorum ipsorum sanissimorum secures, ignes, gladios, struces, expillationes horruimus, nedum ut Mo-

wachuli istius verba & scriptitationes leues & voces metuamus, aut extimescamus. Nec enim corroborat ipse Dei Spiritus sanctus, cuius doctrinam defendimus, & aduersus istos hereticos illibatam conseruamus, Dei beneficio.

Sed quid dissensiones iste nobis obiicit, qui videat inter suos multo plures in eadem hac Sacramentaria disputatione & ortas esse & auctas *Ætibus in propriis*, inquit Homerus, *quæ prauis, & quæ recta gerantur*, sint tibi, Bellarmine, prius obseruandum, quam in nos tantopere seruire ac debacchareris. Totus ipse scetens fœtidis ac putidis vlceribus, nobis pauca quædam nostra exprøbrat Medice cura te ipsum, & tuos prius. Iam, quemadmodum, inquit Christus, tolle prius hypocrita trabem ex oculo tuo, postea festucam ex nostro dempseris Matth. 7. v. 5.

Quod vt omnes intelligant, en quæ sint inter nos exorta contentiones in isto de Sacramentis argumento, leues illæ quidem & pauca, & placatu faciles, quæ etiam Dei optimi Maximigratiæ quotidie exstinguuntur. Quum Deus circa annum Domini M. D. XV. Martinum Lutherum virum pium & doctum ad sacrosanctam Euangelij sui lucem mundo accendendam, & doctrinam restituendam, summam suam misericordiam excitasset, in re Sacramentaria prorsus idem cum nobis (quos Calvinistas vocat iste) sentiebat, & scribebat: idem de Prædestinatione, id est, cum de Electione, tum Reprobatione hominum: idem de Dubis in Christo naturis, & earum in vnica Christi personam hypostatica vnione: idem de eandem distinctione, & incommunicabili es-

sentia.

sententiarum utriusque naturæ proprietatum possessione docebat, & tradebat: idem de iustificatione nostra coram Deo: idem de libero arbitrio. Itaque quemadmodum primus Adamus antequam à Satana per serpentem fuisset tentatus & sollicitatus, de peccando, & à Deo recedendo ne cogitabat quidem: sic Lutherus priusquam ab homine ambitiosissimo, & (quicquid Evangelij doctrinam externè profiteretur) papisticissimo Ambrosio Lipsiensi variis blandimentis (quibus se in Lutheri amicitiam insinuauerat corruptus fuisset, rectè de S. Domini Cœna loquebatur Lutherus, sentiebat, docebat: Transsubstantiationem cane peius & angue oderat: de Consubstantiatione (quum postea velut venenum in Ecclesiam inter suos effudit) tunc ne cogitabat quidem. Verùm istius Ambrosij Lipsiensis & ministri Satanae astutia & fide deceptus mutare sententiam aliquo pacto cepit, & durius de S. Cœna Domini significatione loqui iam instituit, ac usus est: & de signorum cum re signata corporali coniunctione semina spargere. His nominis Lutheri locutionibus offensus in re Sacramentaria Andreas Carolostadius eius collega certe & ipse cum Lutero de ea re, eumque inconstantiae acculare cepit, ut erat homo vehemens Carolostadius, parùmque prudens, sed acerbus ac incandens. Inde & ipse quoque Lutherus suam doctrinam (quam tantum intra penè solius claustra meditationis & fines in pectore suo cludebat & continebat) palàm proferre, & tueri velint: ac docere Rem in S. Cœna Domini signatam realis & corporalis presentia modo cum lignis

ipsis coniunctam esse. Id quod cōtigit circa an-
 num Domini M. D. XXIII. Vnde inter Lutherū,
 & Caroloſtadium infelix illud certamen ſemel
 ortū acrius exarſit: atque etiam inde durius ad-
 huc Lutherus loqui voluit. Imò etiam ex P. A-
 liaco Cameracenſi Cardinali conſubſtantiationem
 probare, ac palàm defendere conſtituit. Nā
 Tranſſubſtantiationem toto pectore deteſtaba-
 tur, ac deteſtatur eſt Lutherus. Huic ſententiæ in
 Heluetiis ſeſe Zuinglius & OEcſolampadius
 quoque oppoſuerunt, quòd veræ Sacramentor-
 rum naturæ repugnaret. Vtebatur quidem pri-
 mùm Lutherus ad ſuæ & Aliaci Conſubſtantia-
 tionis deſenſionem his Chriſti verbis, *Hoc eſt
 corpus meum*: Verùm ex iſto præſidio à Zuinglio
 depulſus ad Vnionis duarum in vna Chriſti per-
 ſona naturarum hypſtaticæ rationem & arceſ
 confugit, & abdicato priore ſuæ ſententiæ fun-
 damento, hoc ſecundum ſubſtituit. Hinc intel-
 noſtros duæ ſententiæ natæ, vna noſtra. Altera Cō-
 ſubſtantiatorum, quorū alij eam tuentur ex ver-
 bis Chriſti ſacramentariis: alij ex Vnionē natura-
 rum Chriſti hypſtatica. Atque hæ ſunt omnes
 noſtrorū in re Sacramentaria diſſenſiones, nem-
 pe duæ duntaxat de coniunctiōe & præſentia
 rei ſignatæ cum ſignis in S. Domini Cæna ſen-
 tentiæ non plures: quas vociferator iſte verbis
 exaggerat, exclamationibus ineptis amplificat,
 falſis & eſtentiſis ſuppoſitionibus, & erroribus,
 quos nobis aſſingit, auget & exacerbat. Atque v-
 tinam non eſſent, idque à Deo ſummis precibus
 omnes pij viri petant & rogant. Sed ſic merētur
 Mundi peccata, ne conuertatur ad Chriſtum. Id
 quod

quod erat futurum, si omnes Evangelici perpetuò in omnibus consensissemus. Verùm nunc, Dei gratia, tum Principum Illustrissimorù Germaniæ autoritate: tum sapientiore ipsorum Doctorum cogitatione & prudentia magna ex parte lites istæ conquièrè, ac pene iam sopitæ iacent.

Pontificiorum autem ac Sententiariorù tuorum, Bellarmine infinitas, & implacabiles de re hæc ipsa contentiones & dissensiones age iam vicissim audiant viri pii & docti, etiam qui inter vos sunt, ut utri magis in eo peccent, Tuine, an nostri, intelligatur: & inter quos maiores in re Sacramentaria pugnæ sint, omnes videant, Utri Vertiginis Spiritu agitentur, Turrim tuam Babilonicam ædificent, Nostrine an Tui, cognoscant pii viri. Quam sint autem tuorum in hoc argumento dissensiones genere innumerabiles, sententiis implacabiles, fundamentis nullis fultæ, dicta horribiles, ac quotidie inter tuos & numero crescant, & contentione, paucas tamen ex his, easque omnibus notissimas cõmemorabo, propter quas etiam ipsi (quancquam res prorsus blasphemæ) bello & gladiis certaretis, uti Jacobitæ certarunt contra Franciscanos propter hæc questionem & pugnarunt, Utrum Virgo Maria fuerit sine omni peccato. Verùm gladios à vobis furiosis remouit vester Pontifex. Itaque has seditiones vestras, lingua tantùm & pugnis in vestris scholis: non belli, & Armata acie, Vos ignobile Monachorum & Sententiariorum vulgus, & fex hominùm, exercetis & agitat, quia plus non potestis. Sunt igitur hæc vestra in re Sacra-

mentaria dissensiones ex infinitis partibus, sed prorsus implacabiles.

Primum in cap. *Cum Marthe.* extra de *Celebratione Missarum*, extant tres prorsus contrariæ Scholasticorum Pontificiorum sententiæ, una, quæ Transsubstantiationem: altera, quæ Cõsubstantiationem: Tertia, quæ Circufusionem aut Commixtionem signorum substantiæ cui iure signata in S. Domini Cœna statuit. Id quod est in *S. Quasuisi etiam*, d. cap. *Cum Marthe.* Ecce iam sunt tres formaliter dissidentes & pugnantes istorum in vna Domini S. Cœna sententiæ. Quarta sententia est, quæ Successionem seu Substitutionem substantiæ rei signatæ in locum substantiæ signorum tunc abscedentis introduxit absq; vlla cõuersione & Inutatione signorum, aut eorum substantiæ in rem signatam. Quinta sententia ab his omnibus diuersa, & cum illis pugnans induxit Transelementationem vt mutantur primæ duntaxat materiæ elementorum, quibus tum signa, tum corporis Christi substantia constat, ac composita est, & existit. Sexta statuit non conuersionem signorum in rem signatam: sed generationem nouæ substantiæ, quæ fiat per verba Christi, & adueniat, de nouo, se adiungat ad signum Panis. De his vide P. Lombardum lib. 4. Sententiarum Distinct. xi. Thomam, Scotum, Durandum & alios Lombardi commentatores eadem Dist. xi. lib. 4. Lombardi, & Thomam in opusculo. cap. 9. 3. quæst. 75. 76. & seq. Septima dissensio inter eos est. Quod Alij per ultimam vocem horum verborum, *Hoc est corpus meum*, fieri hanc consecrationem volunt: Alij statim ad primam

primam eorum pronuntiationem, & vocē *Hoc est*, Thomas in 3. quæst. 78. Art. 5. Durandus lib. 4. Enchirid. cap. 41. Octava dissensio & contentio, Quod alij Accidentia signorum in S. Cœna post consecrationem factam funditus perire, & in nihilum redigi docent: alij in aëre conseruari & manere, in quem euolant: Alij in sua elementa resolui contendunt, Glossa in can. *Species*. Consecra. dist. 2. Thom. in 3. quæst. 75. Caietanus ibidem Nona dissensio, Quod alij eorum volunt Panem esse signum corporis Christi absque sanguine, alij etiam signum esse sanguinis Christi, Thomas in opusc. 58. cap. 13. Cōtra Scotus in Reper. dist. 10. quæst. 3. can. *Comperimus consecr.* distinct. 2. Decima dissensio istorum tertium *Babylonicam* ædificantium est, Quod alij consecrationem Panis in corpus Christi in cœlo, fieri volunt, alij in his terris, non in cœlo: alij ab Angelo, alij a Sacerdote iustificante Lombard. lib. 4. Sentent. dist. 13. Glossa in can. *Verum*. consecrat. dist. 2.

Vndecima istorum dissensio de re eadem in S. Domini Cœna est, Quod alij corpus Christi in S. Cœna ab improbis & impiis manducari sentiunt: alij id negant Astes. in Summa 1. parte li. 4. Tit. 17. can. *Qui discordat*. consecrat. dist. 2. Petrus lib. 4. dist. 9. quæst. 1. Art. 4.

Duodecima dissensio istorum est, Quod alij verum Christi corpus, quod pro nobis crucifixū fuit, in S. Cœna sumi putant: alij negant, sed carnem aliam, quæ spiritualis est, Lombardus lib. 4. dist. 9. Thomas opusc. 58. cap. 19. Astesanus part. 1. lib. 4. art. 2. Bonauentura lib. 4. Sentent. dist. 9. q. 1.

Artic. 2. can. *Dupliciter.* & can. *Hoc est quod dicimus.* consecrat. dist. 2.

Alias istorum dissensiones persequi esset infinitum. Itaque quid isti venit in mentem, ut nobis nostras dissensiones obiiceret, quæ una est duntaxat suas autem non animaduerteret? Nobis nouum duntaxat vnum exprobraret: eum autem suarum tot sordium, & dissensionum non puderet: Næ tu homo bellus es, Bellarmine, qui in vnum nostrum vitium tam cernis acutum, *Quum tua non videas oculis mala lippus inuencio?* qui prauè à nobis sectum stomacheris ob vnguè: tuos autem Christi ipsius veros in sua Missa homicidas etiam laudes? qui cōtra Domini nostri Iesu Christi præceptum, culicem ex coles, & camelum, more Pharisæorum, deglutias. Matth. 23. v. 24. Sed de tuæ sectæ vel in vna S. Domini Cœna variis dissensionibus implacabilibus (vnde etiam in diuersa sectæ vestræ diuortia abierunt, Alij enim Thomistæ, alij Scotistæ dicti sunt) hactenus. Nunc ad ea, quæ nobis in tua ista contumeliosa, & calumniosa præfatione obiicis, breuiter respondebo, quia postea in libri primi huius operis cap. 1. & 2. & aliis quoque, de re nobis eadem agendum est.

Obiicis igitur nostris inconstantiam in voce ipsa Sacramenti, quam alij nostrum, ais, absque hæsitatione retinent, ut D. Iohannes Calvinus: alij non vsque quaque probant, quia non caret periculo, paritque λογισμαχίαν in istis sacris disputationibus, quam Paulus à veris Theologis fugendam esse docet. 1. Tim. 6. v. 4. Nec enim est vera sapientia, inquit Plato, λολοδ' αιδ' αλ'ία, & verborum

aucupiū, quale vos in ista *Sacramenti* voce quaeritis. Fuerunt igitur tres causæ grauissimæ, propter quas primum nostri de hoc vocabulo disputarent, ac dubitarent, Vitium omnino, & necessatio esset à nobis verè Christianis retinendum.

Prima, Anabaptistarum hæreticorum importunitas, qui, (quoniam hoc vocabulum à verbo *Mysterij*, seu *μυστηρίου* Græco aliud, & seiunctum nusquam in Dei verbo extat) omnino repudiant, & clamat esse repudiandum. Ne igitur hæc in voce *Sacramenti* superstitionis istis Anabaptistis esset impedimento, quominus ad veram Christi fidem accederent, visum est nostris non ita mordicus in vna hac vocula, ad regni Christi dispendium, esse inharendum: sed consenserunt, vt alia vox substitueretur, si quo pacto suum errorem Anabaptistæ emendare & abiicere possent. Inde nata est illa Lutheri, & Philippi Melanchthonis æquitas, & leuitas, omitti posse hoc vocabulum, ne fratres à Dei regno leui de causa (quod fieri vetat Paulus Roman. 14. v. 13. 1. Corin. 8. v. 11. 12.) excluderemus, propter quos etià Christus mortuus est.

Secunda causa, Papistarum ignorantia crassissima, qui (quia multa in Dei verbo ex veteri versione Sacramenta dicuntur) plura in Christiana Ecclesia Sacramenta esse docent, quàm ea quæ instituit nobis Christianis Christus. Septem enim illi constituunt: Christus autem duo tantum. Itaque vocis, *Sacramentum*, æquiuocatione decepti Pontificij, volunt suis Sacramentis quoque veram Sacramenti (quale

est, quod à Christo datum est) definitionem com-
petere. Atque ita se, & alios in errorem inducūt.
Quoniam enim hæc sua, & additicia Sacramenta
vocant quoque & ipsi Sacramenta, idcirco illis
omnia tribuunt, quæ veris, & Christi Sacramen-
tis sunt propria. Illa enim isti Pontificij faciunt
visibiles inuisibilis gratiæ Dei formas: Imò etiã
plus illis tribuunt. Nam ea contendunt esse in-
strumenta conferendę iustitiæ, vasa Spiritus san-
cti, causas obtinendę salutis. Quæ omnia sunt
blasphema. Quia verò vnicum est tot errorum
fundamentum ambigua nimirum vocis huius,
Sacramentum, significatio, & anceps vsus: nostri
vt tam falsę sententię, tantique erroris causas
Pontificiis adimerent, fecerunt id, quod omnes vi-
ri eruditi docent faciendum, nimirum vt vocem
illam Ambiguam vel tollerēt, vel certa nota ad-
dita semper distinguerent, ne inutiles illæ de ver-
bis, & propter verba, rixæ in Ecclesia manerent.
Hinc illud prudens Iohannis Caluini consilium
lib. 4. Institutionis cap. 19. sect. 1. præcipientis, vt
vox *Sacramentum*. Primum omnium in hac dis-
putatione Sacramentaria solùm in propria sua
significatione sumatur, non alia si quis velit co-
utit quo ipse quoque significato vocem hanc v-
surpat in toto hoc argumento dilucidè tractan-
do, quemadmodum apparet ex libro quarto In-
stitutionis cap. 14. sect. 1. 2. 3.

Tertia nostrorum ratio fuit, vt ambiguitas vo-
cis Græcæ *μυστηριον* (quæ passim occurrit in No-
uo Testamento) annotaretur, & explicaretur,
Quoniam enim passim *Mysterij* nomen vetus
Interpres conuertit ambigüe *Sacramentum*, non
autem

autem *arcantum* Ephes. I. v. 9. 5. v. 32. 3. v. 3. Coloss. I. v. 26. 1. Timoth. 3. v. 16: ut hæc obscuritas vitaretur (ex qua pessimè postea Pontificij arguantur de suis additiis Sacramentis) sic docuerunt nostri, parçè voce hæc *Sacramentum* esse utendum in istis sacra Scriptura locis, ut quod est *Arcantum* generaliter à *Sacramento* propriè dicto distingueretur. Nam ab Hebræis quoque (sicut D. Theodorus Beza in suis Quæstionibus obseruauit) *Sacramentum* *Sud* dicitur, quo nomine iidem *Mysterium* & *Arcantum*, id est, consilium absconditum, appellant. Ut igitur omnibus occasio falleratiocinationis, erroris, offendiçuli tolleretur, vulgarem illum & promiscuum inter Pontificios usum vocis huius *Sacramentum* nostri damnarunt, & restrinxerunt. Hoc verò vrit Bellarminus, qui tenebris delectatur, & rem difficilem facile explicari non vult. Itaque nobis, qui in tota hac obscura disputatione perspicuè loqui studuimus, conuiciatur, & lucem odit, quia mendacia scribit, & tradit homo tenebrosus.

Ceterum quod Lutheri sententiam calumniosè Bellarminus interpretatur, maligni animi testimonium præbet. Dixit Lutherus ea vocabula posse à piis Theologis vsurpari, quæ Deus in suo verbo non prohibet. Excipit Bellarminus, ergo Deum *επιθετικῶν ἰσχυριστικῶν*, essentiatorè, id eadem representatione Filii Dei æternū nostri dicit ex Lutheri sententia posse. Respondeo Bellarmino, cum cauillari. Quorum enim vocabulorū significatio verbo Dei prohibetur, eorū quoq; vocabulorū ex Lutheri sententia, vsus & vsurpatio interdicitur. Itaq; hæc omnia vocabula in verū

Dei Filium blasphema ex hac eadē Lutheri sententia vetantur. Id quod omnino cōsequi ex Lutheri dicto vident omnes.

Summum suorum in manifesta blasphemia consensum, (Nempe Quòd legis nouæ Sacramēta sunt instrumenta nostræ iustificationis coram Deo laudat iste. Quid, obsecro, scribi dicique potest impudentius, aut mendacius? Idque ipsum postea luculenter à nobis, Deo bene iuuante, docebitur, & hæc sententia refutabitur.

Lutherum arguit, Quòd Sacramentum externo signo, (quo fides nostra cōfirmatur mira Spiritus Dei efficacia & alitur) constare dixit. Nam, ait iste, sacramētum non est miraculum, nec miram vim habet, quoniā ex Dei promissionibus, & verbo pender. Respondeo, Imò ista mira vis est, quod in Sacramentis signum duntaxat externum apparet: efficacitas autem istius signi & actionis ex illa Dei promissione, & verbo tota pēdet, qualis est in Baptismo peccatorum nostrorū ablutio, teste Paulo, Ephes. 5. v. 26. Tit. 3. v. 5. Vnde enim vis ista vt Aqua corpus tangat: Baptismus autem cor abluat. Etsi verò, vt ait Augustinus lib. 3. Trinitat. capio, Sacramenta non sunt miracula, tamē Spiritus sanctus mirè in iis operatur, quòd ad fidem nostram alendam, & fouendam. Quare verissima est Lutheri sententia in lib. de Babylone, & Assertionē Articulorum, Deum in sacramentis vim miram ostendere.

Quum autem ait Bellarminus Verbum Dei melius sigillo comparari, quàm scripturæ in diplomate signato comprehensæ, se brutum hominem esse fatetur. Sigillum enim additur contractibus

etibus, donationibus, & aliis rebus ad diplomatis fidem faciendam: non autem diploma ad fidem nobis de sigillo faciendam. Id quod omnes & sciunt, & vident, Imprimis autem homines in foro & Curii Iudicialibus pragmatici, ut mirum sit hominem istum unam & veram Theologiæ scientiam, & naturale iudicium amisisse, qui contra sentiat, & *παρρησιον ἔργον* stolidè faciat, sigillū seu signum & plus, & honoratum esse putet, quàm ipsam Regis promissionem, quæ sigillo obsignatur: Deus tibi meliorem mentem, & sapientiorrem det.

Quærit à nobis Bellarminus, Cur fidelium infantes baptizentur, si sacramenta fidei confirmandæ gratiâ sunt instituta. Nam infantes fide carent. Respondeo, Quæro hoc ipsum & idem ex Bellarmino. Nam & ipsi Pontificij baptizant infantes, cur eos baptizant. Nam si verum est armatum ut vocat, id est, furiosum Bellarmini dilemma, aut Lutherani, aut Anabaptistæ vicerunt. Nam infantes, quos baptizant Pontificij, vel credunt, vel non credunt. Si credunt, ergo fidei confirmandæ gratiâ baptizantur, atque sic Lutherani vicerunt. Si non credunt, quum absque fide nulla Christi beneficia homines sentiât, inutilis est pueris infantibus Baptismus. Itaque Anabaptistæ rectè sentiūt. Vides igitur, Bellarmine, te tuo iugulari dilemmate & gladio. Id quod est furiosum. Sed alibi cur infantes filij fidelium baptizentur, tibi homini ignaro, & qui multa te ignorare in Sacramentaria disputatione fateris, explicabo. Iam non vacat. Esset enim repetendum: & ad alias tuas ineptias propero ridendas, & irri-

dendas.

Vis ex Luthero discere, in quo S. Scripturæ loco Noua legis Sacramenta sigilla dicantur. Respondeo, Plus etiam, quàm petis, te docebo. Nam etiam de Veteris legis sacramentis testimonia hæc profero, vbi illa signa & sigilla vocantur, Nempe Genes. 9. v. 12. 17. v. 11. Exod. 12. v. 13. 31. v. 13. Ergo hoc tibi addo, largiorque auctarium. Ad id, quod petis, iam respõdeo. Nouæ legis, vt inceptè loqueris, id est, Euangelij Sacramenta vocari sigilla hi tibi loci monstrant. Aures arrige. Rom. 4. v. 11. Quod enim de Circumcisione inquit tibi Paulus, alibi de Baptismo affirmat, illique applicat, item Ephes. 2. v. 11. Coloss. 2. v. 11. Tit. 3. v. 5. Itaque Basilius vocat Sacramentum in Homil. de Baptismo *ἑπισφραγίσμα τοῦ καθαρῆου*: Tertullianus in lib. de Pœnitentia nominat Baptismum ob signationem fidei: Augustinus in libro 50. Homiliar. Homilia 50. appellat Sacramenta nostra signacula. Sed hæc ipsa postea repetet Bellarminus.

Zuinglius vir piissimus in libro de vera, & falsa religione, & vbiq; in suis illis eruditissimis epistolis docet esse multa eaque salutaria Sacramentorum nostrorum effecta, tum ex parte Dei, tum ex parte nostri. Ex parte Dei, Quod sint ipsius gratiæ nobis per & propter Christum Oblatæ pignora, sigilla, & testimonia. Ex parte nostri, vera nostræ erga Deum Patrem tam benigni obedientiæ futura pignora & penè iuramenta. Bellarminus hoc calumniatur, & adulterat. Nam primum Sacramentorum nostrorum effectum (quod est ex parte Dei) malitiosè prætermittens scribit

scribit Zuinglium vnum tantum Sacramenti effectum & fructum nosse. Est autem hoc malignè in bona causa prauaricari, & veteratorie agere candidè nobiscum agas, Bellamine tuas Monachales perfidias alibi prodito, & proferto. Quid? ex te quàm reprehendèdus esset Paulus, qui in I. Cor. 10. v. 16. & 17. effectum S. Domini Cœnæ tradit esse mutuam inter nos coniunctionem, & charitatem: de sanguine Christi, de lauacro Regenerationis nihil ibidem agit? Nec enim omnia semper simul dici possunt. Frustrà igitur nobis locos ex Matth. 3. Ephes. 5. 1. Iohan. 5. & Patres hinc nonnullos, & Zuinglio obiciis. Nam Zuinglius idè plane, quod illi Scripturæ, & Patrum loci habent, credit, & confitetur: & nos quoque. Sed tu veterator es, qui totam Zuinglij sententiam non affers, vt nos erimineris, alios decipias.

Iohannem Caluinum, vtrum & coruscans sui seculi lumèn, accusas, quòd ille homo iudiciosissimus: quicquid & à M. Lutero, & ab Ulrico Zuinglio contentienter Dei verbo dici, scribique vidit, & imprimis in hoc de Sacramentis argumentum, id secutus est, & probauit. Næ tu, mi homo, insanus es, qui tam bonum mentis Iohannis Caluini lumen & iudicium reprehendas tu homo anquam iudiciosus. Nam est perspicax & sanum hominis iudicium, velut altera mens quædam & oculus ipsius humane mentis. Id tu edisti & miser, & Monachus. Dixit Caluinus duo de Sacramentis nostris, Vnum, ea esse gratiæ Dei in Christo nobis oblatæ sigilla. Alterum, eadem esse nostri erga Deum futuri obsequij testimonia. Vtrumque hoc tibi falsum, absurdum, pernicio-

sum, impium videtur, quia verum est: & veritatē, quam expugnare non potestis, vos odistis, & cū Dei verbo concordem tamen impiam esse pronuntiatis homines Monachi, Suitæ, tenebriones, lucifugæ, qui mendacia scholæ vestræ sola pro veritate didicistis. Ais Calvinum velle Sacramēta nostra duntaxat ad præteritum tempus, & nostram electionē, quæ est ab æterno, referri. Quis te mendacior est? Lege & eum ipsum (quem citas ex lib. 4. Institutionis, cap. 14.) locum, & Catechismi Caluini (quem vel pueri nostri norunt) sectionem seu Dominicam 46, & 47, intelliges id sentire D. Calvinum, quod de eo calumniosè negas, Nempe Sacramenta nostra esse Dei promissionum, quæ nobis in Evangelio & Dei verbo nunc prædicantur, sigilla: & hinc nostræ (qualem in his terris, non ab æterno habuimus, & habemus) adiumenta. Hæc manifestissimè vbiq̃ue Calvinus. Verùm vt doceat in quibus eiusmodi effecta producat Sacramentum, ad æternam Dei prædestinationem conscendit. Illa enim est verissima causa, quamobrem sumpta & ab his, & ab illis signa seu sacramenta, in illis tamen sint efficacia, in his autem non sint. Sed omnia confundit, præ nimio Calvinum calumniandi studio, Monachus iste præceps, & iracundus, vt suis Suitis gratificetur. Ergo & pia sunt, & vera, & sibi planè contentientia Iohannis Caluini de Sacramenti definitione scripta. Sed hæc tam scitè dicta nō vides, quia tibi glauconiam oculis obiecit furor tuus, & in maledicendo piis petulantia.

Cur infantes filij fidelium rectè baptizentur,
postea

postea te docebo, si tam ē capax es. A nostris con-
 teinui baptismum, quouis falso falsus est. Nul-
 lam esse præcisam Baptismi necessitatem verè
 sensit & scripsit Calvinus. Vos autem impiè, qui
 Baptismum absoluta necessitate requiri ad salu-
 tem docetis. Nam latro, qui saluus factus est, non
 fuit baptizatus. Baptismi actio non est ex Calui-
 ni testimonio, & Aquæ applicatio, non est signū
 nostræ particularis ad salutem æternam præde-
 stinationis: sed sigillum duntaxat nostræ genera-
 lis in Ecclesiam Dei adoptionis. Ergo vel menti-
 tur iste, si sciens velit aliter Calvinum sentire: vel
 ineptus est, qui quæ ignorat, (si ignorans hæc di-
 cit) affirmet. Eligat virum malit se vel mendacè,
 vel ineptum censeri. Frustrà igitur, imò improbè
 Bellarminus inquit Calvinum facere mendacia
 nostra Sacramenta. Deus enim in externa eorum
 applicatione testimonium dat sumentibus suæ
 promissionis & gratiæ salutaris, quam omnibus
 ea sumentibus offert: solis autem à te electis con-
 fert.

De Carolo studio, de Anabaptistis, de Scuert-
 feldio nihil nobis hoc loco agendum est. Satis
 enim nostri, vel teste Bellarmino, eos confuta-
 runt.

Quòd rationem (per quam sumus in Sacramen-
 tis, & extra Sacramenta quoque participes verè
 carnis Domini nostri Iesu Christi) à Calvino ex-
 plicatam irridet iste, & per vllum medium, & ca-
 nale id fieri negat eam, si qua est obscurissimam
 quoque esse affirmat, agit suo more, & antiquum
 obtinet, id est, canillatur Bellarminus. Dicimus
 per spiritualem regenerationem, (quæ fide fit in

nobis à Spiritu sancto nos veræ carnis Christi, imò naturæ eius humanæ fieri participes, & omnium salutarium Dei gratiarum, quæ sunt in ea Christi carne, ac natura: sicut per generationem naturalem finis carnis, & naturæ humanæ primi Adami participes, & omnium, quæ in eam naturam per peccatum irruerunt, vitiorum, corruptionum & qualitarum. Hoc Bellarminus obscurissimum putat, Nimirum Homo carnalis & Animalis qui ea, quæ sunt Dei, nosse non potest, ut ait Paulus 1. Corinth. 2. v. 10. Quid, obsecro, in hac nostra, & Caluini sententia vel falsum, vel obscurum est? Nihil falsum inest, quia cum Dei verbo planè concordat, quod docet Nos per fidem induere Christum Roma. 13. v. 14. Galat. 3. v. 28. concorporates cum eo fieri Ephe. 3. v. 6. cum eo sic vniri, ut simus os ex ossibus eius, & caro ex carne Eph. 5. v. 30. illi inseramur Iohan. 15. v. 1. 2. 5. & coniungamur 1. Iohan. 4. v. 3. Ergo per fidem, quæ ex spiritali Regeneratione nostra nascitur, finis gratiarum Christi spiritualium participes: quæ in ipsius carnem seu naturam humanam diuinæ naturæ proximè & hypostaticè vnitam, primum ex illo perenni naturæ ipsius diuinæ fonte defluunt: & per eam naturam Christi humanam (cui fide coniungimur) in nos decurrunt Iohan. 6. v. 54. 55. Itaque rectè, & consentienter cum Augustino Tractatu xxvii. in Iohan. Euangelium, dixit Caluinus carnem Christi esse vas & canalem, per quem ea Dei dona spiritalia in nos pios defluunt. In hac ipsa doctrina nihil est obscurum, imò omnia facilia & perspicua, quantum tanta rei maiestas ferre potest. Itaque dū Caluini sententiam

rentiam irridet Bellarminus, & Christum, & Iohannem, & Paulum, & Augustinum irridet, quæ summa est in homine Theologo impietas. Imò suos & se quoque irridet. Nam in Romano catechismo Sacramenta dicuntur aluei, per quos in nos Dei gratia derivatur. Quam sententiam ipsemet probat quoque Inf. cap. 6. col. 13. L. B. C.

De Ubiquitate, & contra Ubiquitatē quæ scribit Bellarminus, alios defensores habeat, quam nos orthodoxos.

Ad libri primi de Sacramentis in Genere.

Cap. I.

TRipliciter hic peccat Bellarminus in iis enumerandis, qui circa doctrinam Sacramentorum generaliter errarunt. Primum, Quod qui duntaxat in vno Sacramento peccant, velut in S. Domini Cœna, aut Baptismo, sic errasse scribit, quasi omnino sacramenta tollerent, & antiquarent, ut Galani, Archontici, Marcitæ, Marcionitæ, Messaliani. Nam aliud est omnino sacramenta tollere, aliud in vna aliqua Sacramentorum parte aberrare.

Secundum peccat, Quod eos, qui in hoc argumento rectè senserunt, quales Armeni, Lutherani, Calvinistæ, & alij, Nempe Gratiam per Nouæ legis sacramenta non conferri: aut qui nulla præter Christi sacramenta probant, & admittant, iste tamen brutus homo inter hæreticos recenset.

Tertium, Quod qui verò sunt in hac disputatione sacramentaria hæretici, & ij quidem teter-

rimi, eos tamen inter hæreticos non enumerat, velut imprimis & se, & omnes suos Scholasticos, & Papistas: idque multis nominibus: sed imprimis duobus, Primum, Quod plura, quam Christus ipse instituit, in Ecclesia Christiana Sacramenta statuunt. Christus enim, etiam teste Augustino, duntaxat duo: isti septem faciunt Sacramenta. Quod si ab isto, & quidem merito, pro hæreticis habentur, qui Christi sacramenta non admittunt: cur non itidem esse hæretici censentur, qui plura, quam Christi sacramenta, nunc nobis obtrudunt: Virique enim à Dei verbo manifestè discedunt, illi quidē *κατὰ μέτρον*, hi verò *κατὰ ἄλλοιον*. At medium tenuère beati, qui Christi verbum sequuntur.

Deinde sunt hæretici Papistæ, Quia blasphemè tribunt signis terrenis, & externæ hominum actioni illud, quod est proprium Dei, Nempe cōferre gratiam salutarem. Alij sunt eorundem errores, quos nos suis locis varios annotabimus. Ergo qui negant Confirmationem, Ordinem, Pœnitentiam, coniugium esse sacramenta, rectè sentiunt, ac propterea minime sunt hæretici. Qui verò contra docent, & malè docent, & sunt hæretici, velut Sententiarij, & imprimis iste Quicum se contra nos, id est, ipsam Dei veritatem (eam enim docemus) victorem fore iactet, quam sit blasphemus futurus, apparet, & vanus. Est enim, ut inquit Helychius, *ἀνίκητος ἡ ἀνίκητος ἀληθεύσα*, id est, *Inexpugnabilis veritas Dei*. Nos de istis erroribus & hominibus, Christo duce, triumphabimus, quoniam ipse de Dæmonibus triumphavit Coloss. 2. v. 15. qui istos errores docuerunt, istos-

istosque homines ad opprimendam veram, si possent, Euangelij lucem excitarunt.

Ad Cap. 11.

SCopus Bellarmini est in hoc, & tribus ordine subsequentibus capitibus, egregie & strenue mentiri aduersus Lutherum, Philippum, Caluinum, Kemnitium, & Heshusium, quoniam alio pacto doctrinam eorum eleuare non potest. Ergo Rhetorum Ethnicorum more, prius suis aduersariis couitiatur, quam eorum rationes (quas non potest) refuter, Nimirum vt nullum non lapidem moneat ad fidem iis omnem detrahenda. Et dum eorum mendacia se proditurum profiteretur, ipse mentitur, ac propterea sese in omnibus hisce quatuor capitibus evertit profus, & pulchre. Quid autem huic couitiatori facias, nisi vt cum ratione insanias? Respondebo tamen isti stulto, sicut Sapiens iubet, Prouerb. 26. v. 5. secundum suam stultitiam, ne se verum dixisse, aut victorem esse putet. Verum & fraternè & verè eum monuerim, vt de se cogitet, quum hæc in libr. Prouerbior. legit cap. 17. v. 19. *Qui amat contentionem, scelus amat: & v. 21. Qui stultum procreat, tristitiam gignit, nec Pater eius letabitur:* Ergo & sibi odiantur, & Patri suo inærorem parit iste & mendax, & contentiosus Monachus. Verum quid totus locus hic de Mendacijs Lutheri, Philippi, & istum iouat? Certè nihil. Nã vt in istis illi fuerint mentiri, in his tamen quæ contra Pontificios de Sacramentis errores scripserunt, illi iidem verissime scripserunt, & docuerunt. Postò quæ nugigerulus iste congerit hoc loco, eadem postea se-

quentibus disputationib. omnia repetet: sed nos multitudinem suorum scriptorū, quā onere grauiissimo, sicut est, opprimere cogitat. Verū breuiter quoque Bellarmini calumnias exustulemus, & ab iis Lutherum purgabimus, abstergemus.

Prima Bellarmini calumnia est, Mētiri Lutherum, qui dicat conciliū Constantiense contraria Basiliensī decreuisse. Nā illud sess. 13. vetat laicos sub vtraque specie communicare in Eucharistia: Hoc Basiliense sess. 30. Bohemis laicis sub vtraq; specie concedit. Quid magis dissonans fingi potest? Et tamen ista sunt decreta incerta, quibus Dei veritas certa oppugnatur.

Secunda Bellarmini calumnia est, Mentiri Lutherum, quum affirmat Thomam Aquinatē esse Transsubstantiationis Pontificiæ autorem: quia Innocentius III. prius in concilio Generali eam probauerat cap. 1. Respōdo, Vera scripsit de isto Thomā Lutherus. Etsi enim in illo cōcilio probata hæc opinio fuerat, tamen nullis rationibus fuerat à bonis illis Patribus seu Aſinis suffulta, sed dictatoria tantū potestate quadam promulgata. Verū postea Thomas pro ea, tanquā profocis & aris pugnavit, rationibus acerrimè decertauit, Vnde illa Dæmonis, non Dei, vox in eius vita refertur, *Bene de me scripsisti Thoma.* Innocentij III. tempore, sicut apparet ex cap. *Cū Matthe.* extra de *celebrat. Missarum.* tres erāt opinionēs de præsentia carnis Christi cum signis liberæ: sed post Thomæ istius somnia & disputationes sola Transsubstantiatio fuit velut Articulus fidei, defensa & recepta. Ergo verum dicit Lutherus, mentitur Bellarminus.

Tertia

Tertia Bellarmini calumnia est, Mentiri Lutherum dum scribit Scholasticos docere piū quemlibet esse de sua salute incertum, licet signa & sacramenta sumat, quæ volunt ipsi esse, teste Luthe- ro, efficacia gratiæ Dei. Respondeo, Dum hoc ad- dit Lutherus, maiorem Scholasticorum amen- tiam, ac ineptiem declarat, qui sibi ipsi tam ma- nifestè contradicāt, dū iubent eos, qui hæc signa gratiæ efficacia sumunt, esse nihilominus incer- tos de sua salute. Nec enim dixit Lutherus inter Scholasticos dubitari de gratia Sacramenti (ad quod subterfugiū iste maliciosè recurrit, vt iētū viter) sed vnumquemque piū de se, suæque salu- te dubium esse oportere, contra Pauli præceptū Rom. 8. v. 16. Quod à suis doceri & tradi fatetur hīc quoque Bellarminus. Ergo Lutherum à men- dacio liberat: Ipse se mendacem ostendit, dum Lutherum accusat mendacij.

Quarta Bellarmini calumnia est, Mentiri Lu- therum: dum ait Petrum Lombardum multa de littera occidente, Signis & cortice ipsius Sacra- menti scribere: pauca verò de eiusdem Re, Spiri- tu & medulla. Nam eum lib. 4. Sentent. dist. 4. & 9. copiosè tradere ait iste, quæ ad sacramentorū vsum, & fructum pertinent. Respondeo, Hi ipsi loci fidē faciūt Lutherū verè de Lōbardo senti- re. Nā dist. 4. hoc tantū docet, Rē Sacramēti abs- que signo haberi posse: qua cōsideratione res ea nō pertinet iā ad sacramentū, quoniam extra si- gnata tota est, Signis autem constāt sacramenta. dist. 9. tota est in eo, vt doceat in Sacramēto Eu- charistiæ esse duplicem manducationem, Vnam nempe Spirituālē, Alterā Sacramentalē. Verū ita

ieiunè, obscurè, confusè, vt ne ipse quidem Lombardus seipsum intelligat locos ipsos legant viri pij. Quod Stancari testimonium de Lombardo nobis obiicit præclarum in libro de Trinitate ineptus est Bellarminus. Quis enim nostro aduersario contra nos testimonium dicenti, qualis fuit Stancarus Apostata iste, credat? Deinde nõdum legerat Stancarus in primum Sentent. Lombardi librum nostras censuras ac obseruationes. Itaque nil mirum est, si Stancaro Lombardus, id est, Asino carduus gratus sit, & faciat ad palatum.

Quinta Bellarmini calumnia est, Mentiri Lutherum, dum lib. de captiuitate Babylonica scribit cap. 2. Sententiariorum velle Sacramenta prodesse iis, qui sunt impij & increduli, quia profunt iis, qui non ponunt obicem. Est autem obex maximus vera infidelitas. Respondet iste suos fateri verè infidelibus prodesse sacramenta, si pœniteat. Respondeo, Si verè pœnitent, non sunt infideles. Ergo implicat ista solutio manifestam contradictionem. Secundò respondet Bellarminus Gratiã, id est, qualitatem in nobis inherẽntem, qua formaliter coram Deo iustificamur, in nos infundi in ipsa perceptione Sacramenti. Respondet, Hoc istorum vitium etiam superiore peius est, & magis eorum scelus arguit, qui tribuat actioni ipsi Sacramentariæ, quod est proprium Christi. Nos enim nulla nobis inherẽnte qualitate coram Deo iustificamur, sed sola iustitiæ Christi gratuita imputatione, sicut contra istos Sententiariorum docet apertissimè Paulus Roman. cap. 4. per totum, vbi etiam verbum iustificandi decies reperit. Tertio fatetur Bellarminus Lutherum

therum vetè scribere fidem illam specialem (per quam de se pius quisque credit Christum sibi applicari) non requiri à Sententiariis in participatione S. Cœnæ seu Eucharistiæ: sed eam solam, quæ est generalis. Respondeo, Nullo maiore & locupletiore teste, quam hoc Bellarmino, vti in possumus ad purgandum Lutherum ab eo mendacio, quod illi impingit Bellarminus. Ergo in Bellarm. multiloquio isto deprehenditur ipsius mendacium Prover. 10. v. 19. Itaque fatetur quoque ipsemet Bellarminus se in istis ex Luthero recitandis & virgendis non agere candidè col. 6. L. D. 9. *Cæterum*. Nam nemo nocens qualis hinc Bellar. se indice absolvitur, ait Iuvenalis.

Sexta Bellarmini calumnia est, Mentiri Lutherum in Assertionem primi Articuli, dum ait Scotum esse autorem huius erroris, Sacramenta conferre gratiam non ponenti obicem. Ait enim iste Innocentium 111. prius hunc eundem errorem defendisse. Respondeo, Magnum est hoc scelus Lutheri, & piaculo dignum, ac ista Bellarmini vociferatione tam acerba proscindendum, quod cum pro quo supposuit Lutherus, Nempe Scotum pro Innocentio tertio. Quid ad rem, si Papa, vel affecla Papæ erroris istius autor dicatur? Semper error est & quidem impius. Tribuit enim aut signo, aut Actioni Sacramentariæ illud, quod est proprium Christi Filij Dei. Deinde bards iste homo non intelligit, quem authorem appellet Lutherus, vt supra de Thoma dixi: non enim propriè, qui primus aliquod venenum peperit, & in Ecclesiam enavit: sed eum, qui venenum illud sparsit, diffudit, & pro legitimo do-

gmate proposuit, defendit, propugnauit. Id quod in isto errore fecit Scotus in lib. 4. Sententi. dist. 1. quæst. 3. & dist. 4.

Septima calumnia Bellarmini est, Mentiri Lutherum dum ait Scotistas non requirere speciale fidem in usu Sacramentorum. Ait iste, Roffensis hoc refutauit. Respondeo, Tu mi homo, istum Roffensem refutas, qui col. 6. L. D. §. *Occasio*. scribis omnes tuos Sententiarios, ac proinde Scotistas, negare requiri fidem in usu Sacramenti, quæ sit fides specialis.

Octaua calumnia Bellarmini, Mentiri Lutherum, dum scribit sali, & aquæ sacratæ vim Baptismi tribui. Nam non tantum tribuitur, ait, aquæ, & sali, quantum Baptismo, Aquæ inquam templorum benedictæ. Respondeo, Imò falsus est Bellarminus in fine superioris Tomi, vbi de Benedictionibus egit, Peccata nostra per hanc Aquam sale in Templis sacratam coram Deo remitti & condonari. Quod propriam Baptismi effectum esse docetur. Marc. 1. v. 4. Act. 2. v. 38.

Ad Cap. III.

PRima in dulcissimi illius Philippi Melancthonis quietos cineres calumnia istius Monachi impudentissimi Bellarmini, est, Mentiri Philippum, quia verè scribit totum Sententiariorum populum non requirere specialis fidei motum, id est, verum motum cordis seu interiorum, ad participanda sacramenta. Ipsa enim ex opere operato, seu vi sacramentariæ Actionis gratiam conferunt, aiunt isti. Sic Philippus in Augustana confess. cap. 13. & Apologia. Hoc verè

rè de Scholasticis omnibus & sensit, & scripsit Philippus, teste & indice Bellarmino iploniet supra cap. 2. col. 6. L. D. §. *Occasio*. Requiritur enim illi tantum fidem generalem, ut iste tradit, non specialem, per quam qui credat sibi peculiariter applicat Christum: quæ tamen sola fides iustificat, Christum apprehendit, & eius beneficia sentit, denique in Sacramentis hæc peculiaris fides omnibus requiritur, ut eorû effecta participemus.

Secunda Bellarmini calumnia, Mentiri Philippum, quum ait se & suos Missam veram, ut Bellarminus ait, retinere. Retinent enim solùm, ait iste, communionem: non autem Sacrificium pro peccatis reperitum, & oblationem corporis Christi, quod faciunt Pontificij. Respondeo, Verum scripsit Philippi in confess. Artic. de Missa: mentitur Bellarminus. Ac primum consentiunt inter se Smalchaldica & Augustana confessio in hoc capite, quas tamen hic inter se committere conatur iste. S. d. *Missæ* duplex est significatio. Missa quum ex primo vocis huius usu sumitur pro liturgia à Christo instituta, sicut à nobis in hoc Tomo suo loco docebitur, verum est Missam à Protestantibus, ut scribit Philippus, retineri. At Missa quum ex depravata Pontificiorû interpretatione sumitur pro sacrificio quotidiano peccatorû nostrorû expiatoriû damnatur à Smalchaldica Cõfessione, & rectè. Est enim cauda Draconis pestilentissima. Et ita verè scripsit Philippus. Accusamus autem quòd hanc Missam abolerimus, ubi fit oblatio: non illam, ubi fit distributio singulis signorum S. Cœnæ, ergo verum sensit & scripsit Philippus.

Tertia Bellarmini calumnia est, Mentiri Philippum, quum ait Missas Priuatas, & quæ pro vno dicuntur, & quæ extra & citra communionem sunt, minimè notas fuisse ante tempora Gregorij Magni. Nam iste contra profert locum ex Augustino lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. vbi meminit ille sacrificij in loco priuato Deo oblato. Respondeo, Nusquam meminit August. *Missæ*, cuius ætate nulla fuit. Deinde quum meminit *Sacrificij oblato*, hac voce & Preces Publicas, & S. Cœnæ communionem significat, cui adstantes communicarunt: non autem quæ fuit citra astantis populi communionem. Cõfirmatur hæc interpretatio ex Socrate lib. 15. cap. 57. cap. 5. Cassiano lib. 3. cap. 12. Agathensi concilio cap. 21.

Quarta Bellarmini calumnia est, mentiri Philippum, quum ait, Nihil de vera in Christum fide, & eius effectis in tota Pontificiarum Constitutionum, Glossarum, humanarum, Confessionarium mole verè tradi. Imò ait iste, Libri Sententiariorum de rebus istis agunt. Respondeo. Nominantur quidem voces nonnunquã à Scholasticis istæ, *Fides, Christus merit a Christi*: verum neque explicantur in eorum libris: neque fidelium ingenium ecquod sit, ac indoles, neque Christi beneficia, neque fructus tradatur. Id quod ex ipsis eorum libris, imò ex ipsismet Scholasticis (qui inter eos doctissimi habentur) apparet. Nã licè hi in istis suorum libris assidue versentur, vt Bermanicus hic ipse: tamen neque quid vera Christianaque fides sit adhuc didicit, neque tenet Christum vt caput, neque eius beneficia nouit, neque Sacramentum quid sit, capit. Quid e-
 ni m

nim illis & fide iustificante, & Christo Mediatore, & eius beneficiis opus est, qui se suis operibus, & eorum merito servari docent, & affirmant? His enim est inutilis Christus, qui suis operibus & ex lege servantur, Galat. 2. v. 21. Quæ quum vera sint, eaque scripserit Philippus, vera scripsit: mentitur autem Bellarminus qui hæc sic à suis tradi negat. Sed istum sui, suorumque dogmatis tam impij pudet. Itaque illud, si sic ab illis docetur, vni docetur, damnat sapientior factus Bellarminus. Verùm statim ad vomitum redibit.

Ad Cap. IV.

ETiamne Iohannis Caluini, Deus bone, qualis viri, quàm pijs, quàm eruditi pios manes vexare ausus est Bellarminus? Sed quid non arrodit, & mordet canis rabiosus & famelicus, qualis iste est, qui circum mortuorum sepulcra versari maluit (quemadmodum ille Dæmoniæcus, de quo est apud Marc. cap. 5. v. 3.) quàm nobiscum, qui, Dei gratiâ, vivimus, Nempe cum illo sui seculi lumine Beza, cum Guilelmo Vitachero, cum Pezelio, vel etiam mecum agere, & decertare. Quæris ossa mutæ, & squillas ex mortuis legit homo profanus Bellarminus. Nos tibi os ocludemus etiam pro Caluino Caluino illo olim præceptore meo.

Prima Bellarmini calumnia est, Mentiri Caluinum dum ait absque fide (quam peculiariter pius de se, sibi que Christo applicando certissima animi fiducia habeat) Sacramenta conferre Dei gratiam ex totius Scholasticæ scholæ dogmate: Atqui ipsemet Bellarminus suos hoc docere scripsit sup. cap. 2. col. 6. l. D. §. *Occasio*. Quid

igitur Calvinum mendacij accusat, qui id affirmet, quod esse verissimum testatur Bellarminus? Sed tria ex ista Calvini sententia colligit suorum doctrinam esse ex totius suæ scholæ consensu, esse iam pridem receptam, utique esse. Respondeo. Imò docet Calvinus omnes istos Scholasticos esse hæreticos, ac fugiendos & cæcos, quum omnes isti errori tam crasso assentiantur: esse reliquæ Dei Ecclesiæ, quæ superest, vastatores hoc suo dogmate: esse desperatos, qui suam hanc in Christum blasphemam hæresin spargant, & defendant.

Secunda Bellarmini calumnia est, Mentiri Calvinum dum lib. 4. Institut. cap. 14. §. 17. scribit Scholasticos velle Sacramenta esse vehicula, vasa, & instrumenta gratiam Dei vi suæ Actionis nobis conferentia, ac proinde eam continētia. Nam eo pacto virtutem Spiritus Sabolent Scholastici, sūntque blasphemī, ait Calvinus. Bellarminus sic hoc loco respōdet, ut fateatur & scribat Calvinum de Scholasticis verissima sensisse & dixisse. Cōcedit enim Bellarminus Sacramenta à suis *vasa* quoque nominari. *Gratiā Dei*, quæ in Sacramentorum vlu percipitur, esse *effectum Sacramenti*, & *in Sacramento contineri*. Idem Lombardus col. 4. Dist. 1. cap. 2. *Sacramentum*, inquit, *sic est signum gratiæ Dei, ut ipsius etiam causa existat*. Quid igitur magis Calvinū à mendacio purgare potest, quem iste, & Lombardus absoluunt? & quid magis Bellarminum arguat mendacij, quàm ipsemet hic, & loco à nobis citato Lombardus? Sacramenta verò dicuntur à Calvino testari gratiam Dei nobis à Sancto Spiritu

ritu datam & quam etiam dat: nusquam autem ait Calvinus Sacramenta gratiam istam conferre, causari, efficere, quod est sacrilegium.

Tertia Bellarmini calumnia est, Mentiri Calvinum, dum tradit istos Sophistas docere, Sacramenta conferre Dei gratiam ex opere operato. Respondeo, Verissima scribit de Scholasticis Calvinus teste Bellarmino in Praefatione huius Tomi & libri sequentis cap. 3. Nam quod iste distinguit Ministri Meritum, & Opus, nihil facit ad rem. Nec enim dixit Calvinus Sacramenta ex Merito Ministros, sed ex opere operato conferre gratiam apud Scholasticos. Id quod sic tradi fateretur iste: ergo verum dixit Calvinus, mentitur Bellarminus.

Quarta Bellar. calumnia est, Mentiri Calvinum lib. 4. Institutionis cap. 17. §. 4. dum inquit Alexandrum Primum Pontificem Romanum instituisse primum in Ecclesia Christiana, ut in usu Eucharistiae praeesset Pane Azymo uteretur Christiani. Respondet iste, Christum ipsum Pane Azymo usum esse. Respondeo isti, loquitur vir eruditus Calvinus de Ecclesia, quae post Christi resurrectione in Mundo sub Evangelio extitit: iste de ea, quae sub lege fuit, dum adhuc Christus viveret, qui factus est sub lege Gal. 4. v. 4. Ergo confundit omnia Bellarminus, dum haec tempora confundit. Porro verissime sensisse & scripsisse Calvinum testantur historiae omnes Pontificiae. Platina, Balleus, Sabellicus. Vide cap. *Lisceat* extra de *Celebratione Missarum*. Confirmant enim Calvini sententiam, uti veram. Ergo mendax est Bellarminus, qui sciens (fatetur enim se penes

omnes historias legisse) hoc ipsum negat.

Quinta Bellarmini calumnia est, Mentiri Calvinum, dum ait Veteres Patres solum agnouisse duo Sacramenta Ecclesiæ Christianæ propriè dicta. Respondet iste, Patres duo nominare Christum, & Confirmationem Sacramenta. Respondeo isti, Vocant illi hæc duo Sacramenta, sed impropriè vt docet Augustinus ipse lib. 3. cap. 9. de Doctrina Christiana. Quare vera scripsit Calvinus: non mendacia.

Sexta Bellarmini calumnia est, Mentiri Calvinum dū Cōfirmationem negat Sacramentū dici. Respondeo vt supra, negat Calvinus à Patribus appellari propriè Sacramentum Confirmationem, quo significato illi iidem aiunt duo esse Ecclesiæ Sacramenta, Nempe Baptismum, & S. Domini Cœnam.

Septima Bellarmini calumnia est, Mentiri Calvinum, dum ait Matrimonium ante Gregorium primum non fuisse inter vera Ecclesiæ sacramenta censitum, Contra iste profert locum ex Augustino lib. 1. de Nuptijs cap. 10. Respondeo. Augustinus vocat Coniugium Sacramentum eo sensu, quo Natiuitatem Christi, Regenerationem nostram, fidem, nempe lata significatione, quod in coniugio vnionis Ecclesiæ cum Christo signum aliquod inesse existimat. Ergo impostor est Bellarminus dum Augustini mentem aduerrat, non autem mentitur Calvinus, qui eam explicat.

Octaua Bellarmini calumnia est, Mentiri Calvinum dum inquit Scholasticos Spurca quædã à se Baptismo addita, velut Sputum, Saliuam, Salem,

lem, &c. præferre ipsi Baptismo. Responderisse Calvinum mentiri. Nam se, suóque ista pro additamētis tātum habere ait. Respōd. isti, Nō quo colore isti suos errores & mendacia facent, pallient, & pingam, ipectandum est, sed quid re ipsa sentiant. Hoc autem verè profitentur, quod scripsit Calvinus, vt in tractatu de Baptismo ostendetur atque etiam Concilium Tridentinum in VII. Sessio. cap. 13. ergo verax est Calvinus, mendax Bellarminus.

Ad Cap. V.

NON vnum, aut alterum hostē in se prouocasse cōtentus Bellarminus, ostentandam eruditionis, suæ quam putas seu potius maledicētiæ virium gratiā quūque fortissimos athletas & viros in se irritat, Nempe Lutherum, Philippum, Calvinum, Kemnitium & Helhusium. Atqui, mi homo, ne Hercules quidē contra duos vnquam constitit, qui victor euasit: nedum vt tu homūculus eius victoriā ex tot Christi, seu verissimi Davidis, Heroibas Christianis reportes. Memento Goliathi gigantis, & Iuliani Pelagianī, quorum similis es. Nam hic Augustinum, ille Dauidem in pugnam prouocans, vterque & Goliathus, & Iulianus ab iis, quos irritat, victus miserè periit. Mirum est te quorum facta imiteris exitus non pertimescere & iudicia: tam es homo vel brutus, vel vecors. Audiamas tamē quid Martino Kemnitio viro vndiquaque doctissimo te mere obicitas.

Prima Bellarini Kemnitium calumnia est, Mentiri Kemnitium dum scribit, Matrimonium ex Syricij Papæ decreto esse vitam ingrati Deo,

quia qui in coniugio viuunt, in carne viuunt. Sic Syricius epistola prima cap. 7. Respondet Bellarminus Papam Syricium hoc de solis Sacerdotū coniugiis affirmare, illa esse Deo ingrata, & vitā secundum carnem. Respondeo Bellarmino ex can. *Proposuiti*. dist. 82 apparet Syricij dictum quod ibi recitatur, esse generale de quouis coniugio. Deinde coniugiū in quouis ordine Christianorum est honorabile Hebr. 13. v. 4. Ergo non plus illis ex Dei verbo interdictum, quam reliquis Christianis. Denique glossa in d. can. *Proposuiti* ad verba, *sed ea plura* docet tum ex Hugone, tum ex can. *Quoniam* & can. *Omnino* dist. 31. Apostolos nihil de ista coniugij Sacerdotū prohibitionē constituisse. Ergo vera scripsit Kemnitius, meritus est Bellarminus. Sed eadem hæc postea repetet Bellarminus in tractatu de Matrimonio.

Secunda Bellar. calumnia est, Mentiri Kemnitium, quum ait Richardum velle, vt ordinis & coniugij Sacramenta, cotūmque ritus peculiari quodam modo gratiam Dei conferant. Id quod alij Scholastici negant. Respondet iste Thomam idem in 3. parte quæst. 65. Art. 1. sentire, quod sentit Richardus. Respondeo, vnus Thomæ (quamuis ab istis deificati) sententia, non est omnium Scholasticorum sententia, vt ille vult. Imò Durandus non minor auctoritate, & Scholastica dignitate, quam Thomas, in lib. 4. Sententiarum dist. 26. quæst. 3. N. 6. & 7. docet hoc ipsum esse inter Scholasticos controuersum. Quin verò Canonistæ omnes negant in Sacramēto Matrimonij conferri gratiam. Ergo verissimum est, nō
men-

mendacium, quod scripsit Kemnitius.

Tertia Bellar. calumnia est, Mentiri Kemnitium, qui dicat de Aqua, Rosa, ense benedicto, vtrum sint Sacramenta, non costare inter Scholasticos: constare tamen inter eos nullam esse Christi de Aqua benedicenda preceptionem & institutionem, teste Gabriele Biele. Respondet iste ad primum obiectum leuissime, & tamen sic, vt fateatur inter suos de eo nondum costare, licet de his rebus benedictis, velut de Sacramento, tractent, & disputent. Ergo verum dixit Kemnitius. De secundo fatetur & concedit Bielem sentire lib. 4. dist. 1. quaest. 1. Artic. 1. aquae benedictae deesse Christi institutionem. Ergo sacramentum non esse. Non igitur ait Kemnitius, quod illi affingit iste, Nihil aquae benedictae, quod minus sit sacramentum, deesse aliud, nisi institutionem diuinam. Itaque mentitur Bellarminus: verum dicit Kemnitius.

Quarta Bellar. calumnia est, Mentiri Kemnitium, quum tradit Halensem, Durandum, & alios Scholasticos velle, vt vis quaedam supranaturalis sit infusa signis ipsis per verbum institutionis. Negat Bellarminus id vllis suorum scribere, id est, id velle Scholasticos. Respondeo, Locus ipse Durandi lib. 4. dist. 1. quaest. 4. N. 10. 11. 12, & Thomae in 3. quaest. 62. artic. 1. & 4. probant Kemnitium verissima scribere, mentiri vero Bellarminum impudenterissime. Vim enim supranaturalem in signa volunt infundi per & propter verba institutionis.

Quinta Bellarm. calumnia est, Mentiri Kemnitium, dum ait Vim inditam Sacramentis à Dei

Spiritu esse eius incompletum ex sententia Scholasticorum, nec esse in aliquo Aristoteleo Prædicamento. Respondet iste Motionem esse viam inditam sacramentis: nec eam esse in villo prædicamento. Respondeo, Ergo verum sensit & scripsit Kemnitius de Scholasticis: Sed falsum est Motum in nulla esse Aristotelea categoria. Est enim ratione spatij, in quo fit, aut tēporis, in prædicamento *Quantitatis*, teste ibidem Aristotele: Ratione verò ipsius commotionis, & actionis in categoria *Agere, & Pati*.

Sexta Bellarmini calumnia est, Mentiri Kemnitium, dum ait Baptismum ab hæreticis, & malis Ministris datum, ceteri à Cypriano inutilem. Respondet iste: Cyprianum distinguere inter Ministros tantum Catholicos, & Hæreticos. Velle enim, vt solum Hæreticorum Baptismus sit inutilis: non autem Catholicorum, et si illi sunt moribus mali, qui eum dederunt, vt ex Augustino apparet lib. 4. cap. 10. De Baptismo. Respondeo Bellarminum huc Kemnitio mendacium asserere, quod in Kemnitij operibus nusquam extat, nisi pag. 21. col. A. in 2. parte examinis locum istè intelligat vbi veram Cypriani sententiam refert ex epistola ad Iannarium, quam lib. 4. de Baptismo cap. 10. solum excusat, nō negat Augustinus. Itaque est vel ἀμαρτημα μνημονικόν Bellarmini, vel impudentissimum eiusdem mendacium & calumnia.

Septima calumnia est, mentiri Kemnitium, dū scribit, Scholasticos nonnullos velle, vt gratia Sacramenti sit in elementis ipsis, velut in pixide medicamentum, contenta. Distinguit iste in-

ter gratiam Sacramenti, & virtutem, vt loquuntur in suis isti Scholis. Respondeo, Hoc nihil facit ad Rhombum nostrum: quia in Catechismo Romano gratia & virtus Sacramenti pro eodem sumuntur. Nam & gratia Sacramenti virtus est illius: & virtus illius gratia, & ex gratia. Ergo rectè scripsit Kemnitius, præsertim quum hic quoque concedat Bellarminus Sacramenti gratiam, (sic enim ipse sicut & Kemnitius loquitur) inherere in ipsis Sacramētis. Id quod de Scholasticis sensit Kemnitius, & verum, non mendacium, vt hic quoque apertè testatur Bellarminus.

Octau. Bellar. calunnia est, mentiri Kemnitium dum ait Velle Scholasticos vt Sacramenta conferant gratiam ex opere operato. Hoc verè de iis dici & scribi iam probauimus. Sed hæc omnia postea regeret iste, & refutabit.

Ad Cap. v i.

Tllemannum Heshuffium calumniatur quoque Bellarminus, dum eum mentiri ait, quum scribit Scholasticos docere Dei gratiam in nos per Sacramenta, quasi per *alueum*, vel *aluum*, (vetroque enim modo legitur) deriuari. Hic exclamat Bellarminus ouum pro ono suppositum ab Heshuffio, quoniam *aluum* pro *alueo* scripsit. Respondeo, Regni Pontificij, vel Germaniæ fortunas, & opes in eà voce non esse sitas, vt magnū detrimentum sint accepturi Pontificij, siue *Almu*, siue *Alueus* dicantur eorum Sacramenta. Deinde cur non ipsi suos Catechismos Romanos emendatè ædunt? Est igitur hæc eorum culpa, non Heshuffij. Nā alij codices Romani istius

Catechismi impressi habent *aluum* alij *alveum*. Denique nec *aluta*, nec *alveus* ex Bellarmini sententia scribi debet. Negat enim iste Dei gratiam per ullos canales, & alucos, & aluos infundi, & percipi, in extermo suæ in hunc Tomum totius præfationis contra Calvinum agens: quando ne carnem quidem ipsam Domini nostri Iesu Christi dici posse vult canalem, vel alveum, per quæ ex diuina eiusdem Christi natura, tanquam ex perenni fonte, d. fluentes Dei gratiæ nobis communicentur, & in nos transfundantur. Quod si nec canalis, nec alveus est ipsamet Christi caro illius, diuina naturæ hypostaticè vnita, multò minùs sacramentorum externa signa erunt canales, aluei, & vasa gratiæ Dei in nos infundendæ, & nobis conferendæ, si vera est Bellarmini sententia. Quare non mentitur Heshusius, teste hoc Bellarmino, dum istam Scholasticorum sententiam falsam esse scribit. Manifestè autem mentitur ipsemet Bellarminus, dum ait Nostros velle, vt Sacramenta sint causa instrumentalis & conferens in nos gratiam Dei salutarem; Testantur enim sacramenta & offerri, & oblatam esse nobis Dei propter Christum gratiam; conferre autem eam, aut deferre ad nos Sacramèta ne per insomnium quidem dixerunt, aut arbitrantur nostri.

Secunda Bellarmini calumnia est, mentiri Heshusium in lib. de Sexcentis erroribus Pontificiorum cap. xv. in eorum errore. Quintò, dum ait Sacramenta Legis veteris nullum characterem impressisse ea suscipientibus, aut iis vtentibus. Nihil hic autem aliud respondet Bellarmi-

nus, quam hanc Heshussij sententiam ab aliis Lutheranis non probari. Respondeo toto cœlo eū decipi. Approbant enim omnes Lutherani, quia p̄ij istam Heshussij sententiam.

Tertia calumnia est Bellarmini, mentiri Heshussium, dum Bieli lib. 4. Sentent. dist. 1. quaest. 3. tribuit hoc dogma in suscipiente sacramentum non requiri motum fidei specialis, id est, motum de se. & sua salute interiorem: Cur verò mentitur Heshussius? qui hoc de Biele tradat, quod in eius de scriptis est, & extat: & ipsemet Bellarminus de omnibus suis Scholasticis hoc loco testatur? Excipit Bellarminus Bielem loqui de motu cordis meritorio, quī in suscipiente Sacramentum non requiritur ex sententia Scoti. Respondeo Bellarmino, De quocunque motu loquatur Biel, siue meritorio, siue non meritorio, certè nullas veræ & Iustificantis fidei motus interior in suscipiente Sacramentum ex omnium Scholasticorum dogmate desideratur: ergo nec ex Bielis opinione, quia fuit vnus ex istius gregis numero. Motus enim ille interior ex sola ea fide oritur, quam de nobis, nostraque salute peculiariter dat nobis Dei Spiritus: quam fidem isti piis omnibus, adimunt generalem tantum illis dant ac tribuunt, contra Paulum Rom. 8. v. 16.

Quarta Bellarmini calumnia est, mentiri Heshussium dum docet Veteris Legis Sacramenta non contulisse gratiam Dei. Cur verò mentitus dicatur Heshussius? qui sic docens verissima docuit. Itaque nihil hīc respondet Bellarminus. Moseitat solum quædam verba, sed obscure.

Quinta Bellarmini calumnia est, mentiri Heshussium

hussium, dum Tridentinum conciliabulum explicans verè scribit Pontificios alligare vim Sacramenti ritibus suis, & actioni ipsi sacramentaria. Hanc imposturam vocat ipse imposturis faciendis in nostris scriptis assuetus, Bellarminus. Respondeo, Verba ipsa conciliabuli istius docet Heshussium verissimè scripsisse: Bellarminū impostorem esse. Aiunt enim boni isti & saburrari Pates Tridentini ritus à se, & suis institutos, & sacramentis additos, nec omitti, nec contemni, nec mutari sine peccato in illis sacramentis administrandis posse. Cur id verò? Nisi quia vim sacramentorum ex eiusmodi rebus & ritibus externis pendere & credunt, & sentiunt? Imò etiā certius, quàm ex ipsis signis à Christo institutis, quæ vel liberè omittunt, ac detrahunt, sicut Aquam in Sacra Domini Cœna: vel mutant, ut puram Aquam in Iorium, si desit Aqua ad mandum, in Baptismo. Cur igitur mentitus censeatur Heshussius, qui verà de Scholasticis scripsit?

CONTRORSIA Ad Cap. vii.

ET hæc quidem tot Bellarmini impudentissima de tot, tantisque viris piis & eruditis mendacia, tot in eos calumniæ, sunt funestum & primum primæ suæ de Sacramentis nobiscum Controversiæ exordium, inauspicatum initium, infelix frontispicium & ingratum totius istius futuri Bellarmini operis fundamentum. Sed rectè voluit homo iste, qualis in toto reliquo hoc tractatu futurus esset, nos admonere maturè, Nimirum impudenter mendacem, quem tot suorum mendaciorum in ipso operis istius ingressu non puduit.

pu duit. Semel enim malus & mendax, ut est in
 VI. De *Regulis iuris*, in eodē genere mali semper
 præsumitur, & quidem merito, mendax, & ma-
 lus. Verum tam sacrosancta Sanctæ Theologiæ
 pars, qualis est ea, quæ de Sacramentis agit, à Ve-
 ritate, non à tuis mendaciis fuit à te, Bellarmine,
 ordiēda. Sed quid corum istum, & Æthiopem
 dealbare conamur? & emendare, qui profus est
 deploratus, imò *ἀποκατακλιθεὶς*, ut loquitur D.
 Paulus Tit. 3. v. 11, & damnatus. Quid tamen tra-
 cter, audiamus.

De nomine Sacramenti agere instituit, ac pri-
 mum querit (sed inep̄tē, ac inutiliter) utrum in
 hac Sacramentaria disputatione voce *Sacramen-*
ti nobis piis uti liceat. Quis dubitare de eo po-
 test, si modò vera vocis huius (*Sacramentum*) no-
 tio prius explicetur, quoniā est ambigua, & quo
 significato in hac disputatione Sacramētum su-
 matur, exponatur? Sed cur & Lutherus, & nostri
 vocent hanc Latinam primū indiscriminatim
 usurpare refugerint, suprà in nostra ad huius To-
 mi præfationem responsione diximus, Nempe
 propter Anabaptistarum superstitionem, Ponti-
 ficiū ignorantiam, & vocis huius Sacramen-
 tum ex vulgari Bibliorum versione Latina mul-
 tiplicem & obscuram significationem. Hæc eā-
 dem nūc regerit Bellarminus. At *δὲ ἱερὰ μὲν, ἰδὲ
 ἴα*. Postquam autem nostri intellexerunt & a-
 nimaduertent se absque *λογισμῶν* posse voca-
 bulo Sacramenti uti, promiscuē sunt eo usi, quia
 mentem suam prius exposuerant. Itaque frustra
 sese fatigat Bellarminus in eo querendo, cur no-
 stri postea nomen hoc Sacramentum usurparūt,

Nempe postquam in eius vocis usu nullum esse ex sua explicacione periculum perspexerunt, ac videntur.

Quod autem idem hic querit, utrum hanc vocem, *Sacramentum*, in hac Sacramentaria disputatione Latine tractanda admittamus, brevis est nostra responsio, Nos eam, & quidem libenter, admittere, modo prius quid hoc loco sit *Sacramentum*, definiatur. Itaque magno labore hac nostra brevis responsio Bellarminum liberat, & nos odio, quod nobis (quoniam ambiguum cum his non loquimur) consilare studet. *Mysterium* enim Græcis idem esse, quod in hac disputatione *Sacramentum*, est omnino falsum, & hominis ignari iudicium. Nam & hic quoque col. 16. L. B. 9. *Apud*. fatetur nomen *Mysterij* esse genericum, non proprium & specificum in hoc tractatu. Sic ab initio causam suam vi veritatis victus prodit Bellarminus.

Bis autem puer est in Grammaticis hic idem, qui *Raza* Chaldaicum putet idem significare, quod hic *Sacramentum*: & ipsam Nabugadnezaris statuam ex eo *Sacramentorum*, & *Mysteriorum* genere fuisse, ex quo *Baptismus*, & *S. Domini Cœna* sunt nobis *Sacramenta* ex Daniel. 2. v. 28. Sed Suffenus iste puerilem suam infantiam detegit, ac ignorantiam admirabilem.

Prauaricatur in suos, etiam imprudens, Bellarminus, dum ait *Meretricem*, de qua est in Apoc. 17. esse *sacramentum*, quales sunt sua, id est, *Pontificia Sacramenta*. Quid hoc turpius?

Locus ex 2. Th. sal. 2. v. 7. non de *Sacramentis* Ecclesie Christiane, sed tantum de rebus arcanis

agit, ac nondum planè patefactis. Locus ex epistola Pauli ad Ephes. 5. v. 32. ab hoc citatus cum iugular. Ostendit enim Paulum vocare Mysterium arctissimam illam connectionem, quæ est inter Christum, & Ecclesiam ipsius sponsam, vti monstrat idem Paulus & loquitur 1. Cor. 12. v. 13. 1. Timoth. 3. v. 16. Fit enim per eam Ecclesia caro de carne Christi, os de osibus eius, & illi naturâ cõformis, & eodẽ spiritu regitur. Quare locus iste pulchre ad mentem & disputationem Pauli de arctissima viri cum vxore, contraque, conjunctione facit, & pertinet.

Quod vocem Hebræam *Miluah* scribit ex Exod. 28. esse idem planè cum nostro Sacramento, quouis inepto homine ineptior est, qui vocem profus ab hoc nostri Sacramenti significato remotam & alienam pro nostro, id est, vero Sacramento sumit. Sed nullum non lapidem, quamvis inconcinnum mouet iste, vt in mendacio suo vincat, si potest, & vertit se in omnes vanæ diuinationis & ostentationis formas: *Miluah* enim perfectionem & consecrationem notat, vel etiã ipso Bellarmino teste, & seipsum refutante col. 19. L. A. §. *Aliud*.

Quod ad Patres, eorum annotatio hic est ambitionis plena, nec miserum Bellarminum iuuat hilum. Nam illos sæpe generaliter voce *Sacramentum* vsos esse concedimus: & sæpe proprie pro veris Sacramentis. Quibus autem locis id fecerint, est diligentis lectoris obseruare, non Bellarmini qui omnia cõfundit. Ergo tota ista probatio *Mysteriorum* idem esse, quod hic Sacramentum, & sic Patres loqui est fallacia ab æquiuocatione Vocis *Sacramentum* in hoc capite toto.

Ad Cap. VIII.

QUOD homo iste imperitus, & tamen ambitiosus, & sui ostentator de Hebraica Sacramenti voce scribit, illud dici vel *Cu Quim*, vel *Miluah*, vel *Raza* est ineptissimum, & falsissimum. Dicitur, si quo verbo Hebræo potest efferri, *Sua*. Nam *Raza* est Chaldaicum. Et hoc ipsum à *Beza* & nostris discernere debuit iste.

De voce *μυστηριου* *Mysterij*, unde derinetur, dubitat Bellarminus. Quid verius, quam à verbo *μύω* vel *μύειω* deducti, quod utriusque idem Græcis significat, Nempe labiis clausis mullito, nec o oculis, ne verbis, quod est, celandum, efferam, os comprimo sumptum vocabulum à sacris profanis Eleusinae Cereris, quæ initiati alios celabat, & in vulgus non efferbant. Inde & nomen *Μύτης*, deductum, quod *Mutum* significat. Vnde & illud Harpocratis apud Varronem in libro de lingua Latina quarto manū oris suo apponētis cum illa nota *St*, quæ presentibus silentium, & sacra ea intuentibus ac videntibus imponebat, & præcipiebat taciturnitatē summā. Ex eo *Mysteriū* est deductum, quod rem arcanam & celādam in sacris notat. Vnde & olim Cathecumeni post cōcionem habitam ex cœtu Ecclesiæ dimittebantur quum ad Sacramentorum administrationem ventum erat, uti docet Isidorus, clamante Diacono, *Ite, Abite, Missa est concio*. Idem lib. 6 Etymologicū Sacramentum, inquit, est in aliqua celebratione, in aliquid significari intelligitur, quod sanctè accipiendum est. Confirmatur can. *Multi sunt autem Sacramenta*. i. quæst. x. hac eadē sententia. Quamobrem ab eo vocis *Mysterij* Etymo

recedere non debuit Bellarminus, si veldoctis viris, vel suis credere vellet. Verum Academicus iste, more suo, de rebus etiã certissimis dubitare docet, ne vel ipsi Dei verbo ἐπιόχλω & assensum tribuamus. Id quod in libris contra Academicos grauissimè reprehendit Augustinus, & Christianis viris indignam hanc sectam omnino scribit.

Accedit denique Bellarminus ad etymon vocis *Sacramentum*, & varias illas significaciones, quas à nostris iste didicit, nec illis tam n gratias agit. Didicit à Luthero, à Philippo, à Caluino lib. 4. Institut. cap. 14. à Kemnitio in Secūda parte Examini Concilij Tridentini vberrimè pag. 4. col. 2. magno volumine. A Beza in magnis Commentariis in Nouum Testamentum ex Ephel. 5. v. 31. Quinque Sacramenti significaciones explicat, sed confuse: prima enim & vera priore loco fuit annotanda, à qua ceteræ docentur deduci vel per metaphorã, vel per extensionem propriæ significationis. Ex his quinque variis Sacramenti significatis pessimum probat Bellarm. & eligit, quod sequetur, Nempe vt Sacramentum sit cæremonia iniiciens hominem Deo, & consecrans: quod propriissimum esse in hoc argumento Sacramenti significatum vult, & affirmat.

Fallitur, & in ipso portu naufragium facit Bellarminus. Id quod tribus modis & rationibus apparet. Primum quia cæremonias cum nostris Sacramentis confundit, quum sint res, vt suo loco monstrabitur sub Euãgelio diuersissimæ. Itaque in Nouo Testamento cæremoniæ Græcè ἑσθημὲν vocantur Luc. 1. v. 6. Hebr. 9. v. 10. Sacramenta verò μυστήρια 1. Corinth. 4. v. 1. Ergo res &

nomina planè diuersa confundit Bellarminus. Secundò restringit Sacramenti significatum ad solum Baptisimum, quum Sacramentum vocat ceremoniam nos initiantein Deo. Nam & Scholasticis, & Canonistis can. *Nulla*. consecrat. dist. 4. affirmantibus solus Baptismus est Sacramentum intrantium, & eorù qui initiantur. Tertio, Quòd Sacramento tribuit id, quod est proprium Christi, nos Nempe consecrare Deo Ioan. 17. v. 19. Hebr. 2. v. 10. Ex nostris autem discere debuit Bellarminus, quid in hoc argumento esset Sacramentum: vel saltem ex Augustino lib. 2. de Doctrina cap. 1. vel, si omnes dedignaretur, ex suis, Lombardo lib. 4. dist. 1. & Gratiano can. *Si quis* consecrat. Dist. 2. Sed sibi hanc laudem tribuere, & aliis præcipere maluit, etsi falsò, Bellarminus homo ambitiosissimus: nouam definitionem ineptam maluit cudere, quàm sanis Præceptorum suorum consiliis acquiescere, vt nostrorum consilium (quod temerè tamen reprehendit) confirmaret, quum primùm illi voce *Sacramenti* velut ambigua, parè vterentur, aut etiam abstinerent.

Quod autem iste negat Veteris legis Sacramenta vsquam *Sud* vocari. Respondeo vocem nullam peculiarem habere in Veteri Testamento Sacramenta propriè dicta, quia vt plurimum Sacrificiorum pars vel appendices erant. Itaque tota illa actio, quæ & Sacrificium, id est, hostiæ Christum referentis mactationem & cremationem habebat: & continebat quoque Sacramentum adiunctum, id est, esum sacrarum carniam (qui in Templo ipsis Sacrificium offerentibus fiebat Leuit. 7. 8.) tota, inquam, illa actio vel Sa-

crificium à potiori sui parte nominabatur: vel ad genus suum, nempe ritus & cæremonias referebatur: & sic cæremonie vocabantur Sacramenta illa Vetera. Sed proprium nomen *Sud* & *Sacramenti* sub Evangelio habent nostra Sacramenta, si modò rectè intelligatur. Quòd autem *Raza* quoque dici Sacramenta negat hic idem Bellarminus, vel ipso iudice, prorsus falsum est. Nam hoc ipso capite in initio, col. 19. L. B. §. *Tertia.* hoc affirmat (dici sic ea posse) Bellarminus, quòd hic in fine huius tamen ipsius capituli negat. Ita seipsum evertit, & pulchrè refutat. Sed suppresso nomine hoc loco Theod. Bezam arrodere voluit, quem quia viuit adhuc, Dei gratiâ, Beza, nominare, & in se provocare non est ausus Bellarminus, qui tamen ossa mortuorum tam libenter vbique mordet.



CONTROVERSIA SECUNDA.

Quid sit Sacramentum.

Ad Cap. 1x.

DEfinitionem Sacramenti veratim in hoc argumento rimaturus Bellarminus à suorum variis & dissentientibus inter se opinionibus orditur. Nam, ut ipsemet testatur, discordant illi, non in rebus minutis, quemadmodum iste loquitur: sed magni momenti, & in ipso Sacramenti fundamento, de quo inter sese ambigunt. Disputant enim, Vtrum Sacramentum sit Ens: si Ens, Vtrum Ens rei, vel rationis: si Ens

rei, Vtrum vnum. Et quidni? Vtrum, verum. Nam hæc tria mutuo sese consequuntur, *Ens, Vnum, Verum*, teste Aristotele in Metaphysicis. Hæc autem dum isti de Sacramento dubitant, & quaerunt, de ipsa Sacramenti & *εὐχία*, & *ὕψαξ* est sunt incerti & dubitant. Nam huiusmodi quaestiones existentiam Sacramenti tollunt. Quo quid turpius & Theologis indignius? Vide inf. cap. Decimum.

Porro Bellarminus hic in Sacramentis suis octo quædam requirit, quorum si vel vnum desit, Sacramentum iam Sacramentum esse definit. Alioqui falsum est, quod hic ait, illas condiciones quas subiicit, *necessario* ad constitutionem Sacramentorum Nouæ legis, id est, Euangelij desiderari. Primum requirit, Vt illud, quod Sacramentum Euangelij est, *sit Signum*, quemadmodum loquitur & scribit falsum hoc. Nam si Sacramentum totum esset signum, vt istius verba præ se ferunt, sequeretur rem signatam non esse partem Sacramenti, quia uo est signum: atque ita ipsemet Bellarminus, quartam & quintam conditionem, (quam in Sacramentis requirit) euerteret, ac destrueret, per quas dicit rem quoque signatam esse partem Sacramenti. Quod si hæc prima Sacramenti conditio vera est, vti vera est. (Nam, inquit Irenæus, Sacramentum quoduis signo externo, & Re interna constat) sequitur Eucharistiam Pontificiam post consecrationem nequam esse Sacramentum: quia post consecrationem Panis, & Vini, nulla habet signa reliqua Pontificia Eucharistia. Illa enim signa pereunt per verba consecrationis, atque transsubstantiantur

in corpus verum & verum sanguinem Christi, quemadmodum istimet docent, & volunt. Præterea nihil sui ipsius signum est. Nam Homo nõ est imago, teste hic quoque Bellarmino sui. Ex quo fit, vt Eucharistia quum tota sit verum corpus & sanguis Christi, nulla signa reliqua habeat: ac proinde non sit Sacramentum. Quod sentire est impium, nedum scribere.

Secunda Sacramenti conditio est, Vt signum sacramenti sit visibile, non inuisibile. Hoc, obsecro, quorũ? Nõne enim ex superiore Signi definitione in his verbis, *Signum est Res, quæ præter speciem, quam ingerat sensibus*, hoc ipsum satis intelligebatur? Quid enim aliud percipi potest sensibus, quàm quod est sensibile & visibile? Hic enim visibile *opertor* significat generaliter *invisibile*, sicut alibi sæpe Rom. I. v. 19. 20. Augustinus lib. 10. Confession. ca. 35. Ergo homines istos pecora campũ esse oportet, qui consequentias rerum non vident: aut ineptos, qui hæc repetant ac scribant. Sed isti nescio quem inuisibilem characterem imaginantur in Animis hominum per nonnulla Sacramenta, non autem omnia, imprimis qui sit inuisibilis, & tamen signum sacramenti. Nihil autem potest dici hac sententia ineptius, Nimirum vt aliquid sit signum Sacramenti, & in sensus nostros incurtere debeat ex definitione signi, quod tamen sit & insensibile, & quod perinde est hoc loco, inuisibile. Deinde de characterẽ isto fictitio dissetemus suo loco, quẽ nullum esse prorsus demonstrabimus.

Tertia Bellarmini conditio est, vt Sacramentũ sit signum Voluntarium, ait, non Naturale. Hæc

conditio est manca, & obscura, ne dicam falsa. Nam signum Sacramenti debet esse res naturalis, non fictitia: sed illius signi significatio sacramentalis debet esse ex instituto & voluntate. Id quod quum dicitur, non satis dicitur. Debet enim addi, *ex instituto seu Voluntate Dei, non autem Hominum*. Alioqui captiosa erit & insidiosa piis ista conditio. Nam à solius Dei voluntate signi Sacramentalis significatio pender. Verùm de diuersis istis Signorum generibus, vide cum Augustinum lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 2. 3. 4. tum Theodorum Bezam in secunda parte Questionum Christianarum N. 10. 11. 12. 13.

Quarta conditio est, ait iste, Ut signum Sacramenti cum re, cuius est signum, habeat analogiã ac similitudinem. Hanc conditionem nos concedimus quoque. Nam & Augustinus epist. 23. & Theodoretus in Dialogis hoc docent. Denique quum Typi, ceremonie, Imagines, visiones Prophetis obiecta, parabola, & tropicæ locationes à Sacramentis, de quibus hic agitur, toto genere differant, oportet miram esse signi cum re signata similitudinem. Vnde τύπα, ἀντίτυπα, σύμβολα, σημεῖα, σημάδια, σφραγίδες. & in Dei verbo, & à Patribus vocantur Rom. 4. v. 11. 1. Pet. 3. v. 21. Basiliius in Homil. de Baptismo. Nazianzenus in orat. 1. de Baptismo, & 2. de Pascha. Theodoretus in Dialogis. Mirum est tamen hoc loco Bellarminum, qui nihil dum de re signata in Sacramentis dixerit, sed eam conditionem posterius subiecerit, hinc de similitudine Signi cum re signata tractare. Deinde fatuum est ad illud signorum genus sua Sacramenta reuocare, à quo Pœnitenti-

ria, ipso teste excludatur.

Quinta conditio est, Ut signum Sacramenti Christiani rem sacram, non prophanam repræsentet Augustinus epist. 5. Nos quoque & hanc conditionem agnoscimus. Nam Sacramentum à nobis appellatur, quasi rei sacræ signum: à Veteribus profanis, à quibus vox hæc ad nos traducta est, teste Beza in 2. parte *Quæstionum Sacramentum iusiurandum per rei sacræ seu numinis alicuius attestationem factum*, teste Tertulliano de corona Militis.

Porro quæ res in nostris Sacramentis, id est, Evangelicis significetur, quærit iste: ac malè definit tanquam ex suo Thoma in 3. parte quæst. 60. artic. 3. in corpore responsionis esse hæc tria, Gratiam, Passionem Christi, Vitam æternam, quæ significantur. Nec enim sic Thomas, sed longè melius scribit, Nempe in nostris Sacramentis significari causam efficientem, formam, & finem nostræ Sanctificationis. Sed & hic quoque Thomas non satis rem explicat, verùm nimis angustè, rem ad solam nostram Sanctificationem restringens, quæ res latiùs, imò latissimè patet ad omnes Christi salutare gratias. Bellarminus autem adhuc angustius, quàm Thomas, rem signatam coarctat: Nam seipsum reprehendens col. 24. *L. B. S. Est autem scribit Solam gratiam iustificantem essentialiter in nostris Sacramentis significari.* At Thomas ait esse gratiam nos iustificantem. Itaque & passionem Christi, & Christum, & Vitam æternam à re in nostris Sacramentis signatam reiecit ac remouet Bellarminus. Sed hæc sententia falsa est. Primum quia pugnat cū institutione

Sacræ Domini Cœnæ, quæ est Nouæ legis Sacramentum & passionem Christi significat, teste ipsomet Christo Luc. 22. v. 19. 1. Cor. 11. v. 24. Deinde Paulus Ro. 11. 6. ostendit Christi mortem in Baptismo nobis significari. Denique hæc ipsa res signata non est in Pontificiis Sacramentis, sed ea destruit, velut Ordinem & Coniugium, quæ non significant gratiam Dei iustificantem iis conferri, qui Ordinem, vel Coniugium suscipiunt. Itaque ipsemet Bellarminus negat res significatas, quas commemorat, suis omnibus Sacramentis competere: sed quibusdam duntaxat. Quare reliqua Pontificia Sacramenta ex hac conditione Bellarmini non sunt iam sacramenta. Nam omnes istæ conditiones necessariò, ait col. 22. L. A. requiruntur, vt aliquid sit Sacramentum Evangelij.

Nostri verò optimè rem signatam in nostris Sacramentis definiunt esse Christum ipsum cum omnibus suis salutaribus donis & gratiis. Beza in 2. parte cap. 21. Quæstionum. De quo suo loco postea. Nam Christus est tum per mortem, tum per resurrectionem suam causa: dona verò Dei sunt effecta Christi per quæ iustificamur, Sanctificamur, alimur spiritualiter ad vitam æternam.

Sexta Bellarmini conditio est, Vt signam non solum significet sanctificationem aliquam: sed declaret eam iam iam seu tunc fieri, quomodo signum sumitur, seu adhibetur Sacramentum. Nam id important & declarant verba Sacramentorum, ait iste, velut. *Ego te absoluo*, in Pœnitentia; *Ego te absoluo*, in Baptismo. Respondeo, falsa est hæc sexta conditio. Primum, quia hoc non pollicetur Deus in

in Sacramenti institutione, ut tunc præcisè, quæ signa dantur, gratia spiritualis operetur, ac conferatur sumenti signum. Nam Deus & antea eam contulisse potest, & postea conferre: velut sumenti S. Cœnam Petro iam vitam æternam contulerat, & remissionem peccatorum Eunuchò, qui à Philippo baptizatus est, Matth. 16. Iohan. 6. Act. 8. v. 36. Deinde hæc sententia Deum, Deique potentiam præcisæ necessitati & certo tempori alligat, qui tamè est liberrimum agens. Itaque Dei maiestatem imminuit, ac potentiam limitat. Tertio, suis electis Deus dat salutarem gratiam ante usum Sacramentorum, & ab utero matris, Hier. 1. v. 5. Galat. 1. v. 15. Quarto Sacramenta sunt signa tam collatæ prius & antea gratiæ Dei, quàm conferendæ Act. 8. & 10. v. 47.

Nec obstant rationes Bellarmini. Sunt enim falsæ, & fallaciæ A non causa. Prima est à verbis Sacramentorum. Respondeo. Illa verba sunt conficta à Bellarmino. Nam propria verba Pœnitentiæ, & Baptismi sunt, Baptizo te in remissionem peccatorum iam factam, aut faciendam Matth. 3. v. 6. & 11. Marc. 1. v. 4.

Secunda ratio, Theologi omnes in eo consentiunt. Respondeo, Hoc falsum est, si de veris intelligat Theologis. Illi enim hoc negant Sententiis istis.

Tertia ratio, Manna non fuit olim Sacramentum Iudæis corporis Christi, quoniam illud nõ exhibebat Iudæis. Columba non fuit Spiritus sancti Sacramentum, iam enim gratiam habebat Christus. Respondeo. Hoc utrumque est falsum. Nam Manna fuit Israelitis esca spiritualis,

Christique carnis verum sacramentum 1. Cor. 10. v. 3. & Columba Spiritus sancti signum, Luc. 3. v. 22. Ambros. lib. 3. cap. 1. de Spiritu sancto, Augustinus tract. 6. in Iohannis Euangelium.

Septima conditio Bellarmini est, Vt Sacramentum Evangelicum conferat gratiam Dei spiritua-lem vi ipsius actionis & Sacramenti, & sit illius Dei gratiæ efficiens causa instrumentalis. Respon-deo Hanc conditionem falsam esse, de qua postea fusiùs & nos quoque cum Bellarmino age-mus. Imò ipsemet eam damnat & destruit: Expli-cat enim illud suum *conferre*, & *efficere*, non de actu reali, quasi actu & reapse Sacramenta con-ferant gratiam: sed de aptitudine tantùm, quòd illa sint apta nata ad efficiendum & conferendũ illam Dei gratiam. Ita seipsum statim reuocat Bellarminus.

Octava conditio Bellarmini est, Vt Sacramen-tum sit ceremoniæ Christianæ religionis stata & solennis, id est, vt à nostris loqui didicit, dura-bilis, & toti Ecclesiæ data 1. Cor. 11. v. 26. August. contra Faustum lib. 19. cap. 11. lib. 4. de Baptismo cap. 22. Respondeo. Hanc conditionem à nostris didicit Bellarminus, eaque vera est. Nempe vt Sacramentum sit ad perpetuum Ecclesiæ usum constitutum. Ergo & nos quoque eam condi-tionem admittimus. Ex superioribus autem apparet, quàm falsæ sint leges & conditiones, quas Sacramentis Evangelicis imponit, attribuitque Bellarminus. Itaque ex malis, ruinosis istis funda-mentis & falsis, falsa, mala, & ruinosa constructa, & ædificabit iste Latonius Theologus.

Ad Cap. x.

Definiturus Bellarminus Sacramentū, quale in sua schola didicit. Nēpe fictitiū quoddam animi cōmentum, à variis de ea re, & quidē omnino ineptis, suorum sententiis exordium sumit, Vtrum Sacramentum sit Ens reale: an tantum Notionale, quas disputationes suprà cap. 9. Leues & minutas appellauit. Hic autem, vt res magni momenti, eas fusè, copiosè, & laboriosè tractat, & recoquit. Cæterum turpiter falluntur & hallucinantur tres istæ Sententiariorum inter se contraria sentientium, ne dicam sectariorum, cateruæ, Nempè Okani, Scotistæ, Martinistæ, & quartus ipsemet Bellarminus: quoniam omnes isti (quantumuis in Aristotelea Philosophia trauerint ætatem) ignorant tamen ad quam Categoriā sint referenda Sacramenta. Hoc enim semel constituto facilè intelligetur & Sacramentum verè defini posse, & esse Ens reale, sicut & Pater, & Dominus.

Sacramenta, quia ad genus signorum pertinet, quemadmodum signa ipsa, sic & Sacramenta, ad Categoriā *signi* referuntur: non autem ad duas, vel plures Categorias, vt hic putat col. 27. L. A. Ineptè profus. Est enim Signum, ac proinde Sacramentum, vox relationis. Nam Signum rei signatæ est signum. Ergo Signum & Res signata tam sunt Relata, & tam propriè, quàm Dominus & seruus, Pater & Filius, Vxor & Maritus, secundum esse, non autem secundum dici tantum, vt loquuntur iis scholis. Quæcunque autè de genere vniocè, & vt de subiecto prædicantur, eadem de Specie quoque huic generi subie-

& enuntiantur, velut sentire prædicatur de Ho-
 mine, quia dicitur de Animali, quod est genus
 hominis. Ergo Sacramenta, quum sint Signa, sunt
 & ipsa *en τῷ ᾧ* propriè & secundū esse. Qua-
 re sicut Pater, Dominus, Maritus definiti potest:
 sic & Sacramentum potest. Et vt Pater est Ens
 reale, non rationis & solū phantasiæ & cogita-
 tionis euanidæ: sic & Sacramentum, habet que
 vnicam Animi notionem, vt Relatum quoduis:
 non autem duas notiones diuersas & separatas.
 Verū Relatorum omnem notio ex compara-
 tione & habitudine mutua duorum relatorum
 colligitur. Sic & sacramentorum notio oritur
 ex eadem habitudine & respectu signi & rei si-
 gnatæ, quæ propriè definiti potest. Et hæc bre-
 uiter, & commodè omnes istorum Sententiario-
 rum tortuosas, perplexas, ineptas, & inutiles quæ-
 stiones soluuntur: & docent vnde petenda sit ve-
 ra veri Sacramenti definitio.

Porro Bellarminus quærit nodum in scirpo
 hoc capite. Quum enim istorum Magister om-
 nium Petrus Lombardus lib. 4. sentent. dist. 1. c.
 2. Sacramentum definirit, cur istius discipuli du-
 bitant, Vtrum definiti possit: Nisi quod suū Præ-
 ceptorum damnant vel temeritatis, qui temerè
 definirit: vel mendacij, qui falsò: sic suo Magi-
 stro mercedem reponunt.

Quod autem Bellarminus negat totam Sacra-
 menti vim, naturam, essentiam, & notionem po-
 sitam esse in illa relatione signi & rei signatæ ex
 institutione Christi, fallitur, & se ἀθεολογόν pro-
 dit. Notio Patris posita est tota in habitudine &
 relatione mutua & naturali Patris & Filij. Idem
 de

Domino, de Marito.

Est autem quoduis Sacramentum duntaxat Vnum, ratione finis, propter quem à Christo fuit institutum, et si multis rebus externis & internis constet, Vt Cœna vna est, in qua cibi multi ad alendum apponuntur.

Ad Cap. XI.

Veram veri Sacramenti Evangelici definitionem, vclut Canis leporem quærit miser iste venator Bellarminus, & verè miser. Oleum enim & operam perdit, quoniam tandem à rota, quam captat, præda excidet, quæ illi à nobis excutietur. Sex sacramenti definitiones colligit laboriosè hoc capite. Frustra. Nulla ex his vera est, aut tota definitio Sacramenti.

Prima definitio est, Sacramentum est Rei sacræ signum can. *Signum*. consecrat. dist. 2. Lombardus lib. 4. dist. 1. cap. 2. Hanc ipsemet Bellarminus, vt latiore & laxiorem relinquit, & Hugo lib. 1. de sacramentis, parte 9. cap. 3. ait non esse definitionem, sed duntaxat vocis *Sacramentum* notationem.

Secunda definitio, sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma. Hanc ex libro Augustini decimo. de Civitate Dei cap. 5. sumptâ vult. Hoc totum falsum est. Nec enim signum externum esse potest forma gratiæ invisibilis. Nam rei invisibilis forma est & ipsa quoque invisibilis, nõ autem visibilis. Deinde si quis est apud Augustinum locus, (vnde supra videri possit hæc quoque Lombardi definitio lib. 4. dist. 1. cap. 2. ille est in sermone Augustini vndeceimo in Matthæu, non ex lib. 10. de Civit. Dei. Itaque fallitur Tho-

mas in 3. parte, quæst. 60. artic. 1. & 2. & Thomas VValdensis. Nec sumitur ex Bernardo serm. de Cœna Domini hæc secunda definitio. Nec enim usquam extat apud Bernardum. Itaque & hæc ipsa definitio supposititia est & falsa siue quod ad locum: siue quod ad sensum.

Tertia definitio, ex Hugone de sancto Victore lib. 1. parte 9. cap. 3. est quoque falsa. Tribuit enim sacramento falsum, nempe, quod contineat in se gratiam inuisibilem. Sequeretur enim omnes eos & singulos, qui communicant sacramentis, participare gratiam Dei spiritualem, quod est falsissimum. Et hæc quoque Bellarminus accusat superfluitatis, & verborum, ac proinde vitiosam definitionem, esse docet, quæ brevis esse debet.

Quarta definitio ex Lombardo sumitur seu transcribitur lib. 4. dist. 1. cap. 2. Sed illa, quia Dei gratiam & signis externis includit, & per ea dari gratiam affirmat, perinde atque superior proxima, falsa est: Tribuit enim creaturis illud, quod est proprium Dei seu Spiritus sancti.

Quinta est ex Catechismo Romano, seu Concilij Tridentini, quæ Sacramentis efficientiã gratiæ Dei tribuit, & vindicat. Quæ blasphemiam summam est in Deum, de qua postea copiosè. Hanc tamen definitionem iste summè, tam est hebes, probat. Atqui fatetur ipsemet col. 29. L. A. Septimam Sacramenti conditionem deesse. Nos autè addimus, octauam quoque legem Sacramenti in hac definitione nullo pacto commemorari. Sed & hæc, & magnū vitium illius non animaduertit. Sic fœtidis coriis assueti putorem ac fœtorè eorum non odorantur, aut sentiunt.

Sexta definitio ex Isidoro est lib. 6. etymologiarum cap. 18. à Gratiano descripta est in can. *Multi*, 1. quæst. 1. quam in peritè Thomas in lib. 4. Sent. nr. dist. 1. q. 1. tribuit Augustino. Hæc definitio, quia cum prima consentit, merito repudiatur: Est enim manca, & solum nominis notatio, & imperfecta. Ex his autem omnibus apparet Bellarminum nullam veram Sacramenti definitionem protulisse, quam vir pius sequatur. Vera autem Sacramenti definitio apud Calvinum est in Catechismo. sect. 46, ad quam pios lectores remittimus.

Ad Cap. XII.

Profectò Bellarminus nullam, vel non magnam omnino gratiam à suis meretur, qui tot dissensiones, tot discordias, tot contradictiones inter suos esse doceat in singulis huius argumenti de Sacramentis partibus, quod tamen vna quædam præcipua S. Theologiæ pars inter pios cenletur. Ergo & in eo dissentiunt & pugnant isti inter se, Vtrum superior definitio Sacramenti omnibus in vniuersum Sacramentis conveniat Veteris, & Nouæ legis. Est autem hæc, Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ipsius imaginem gerens, & causa existens. Quarunt igitur, Vtrum Veteris Testamenti Sacramenta gratiam diuinam conferrent: item vtrum vna quædam propria Sacramenti definitio sit omnibus sacramentis generaliter competens. Lombardistæ hoc negant. Thomistæ contrà sentiunt, & illud affirmant.

Ille sese medium, tanquam honorarium arbitrum, non tamen rogatus interponit, cuius tamé

non est tantas componere lites. Et ut litem istam dirimat, statuit & comminiscitur quatuor *assertiones*, è quibus vnum duntaxat verum est, reliqua tria hic posita & postulata sunt falsa, præterquam quòd sunt etiam petitio inepta Principij.

Prima Bellarmini propositio seu postulatam est, Sacramèta verè dicta potiùs sanctificare nos, quàm significare nobis. Respondeo, Hoc postulatam est negandum. Est enim quouis falso falsus. Sed rationes suæ sententiæ addit Bellarminus, è quibus hæc est Prima, Nusquam, ait, in Dei verbo Sacramenta dicuntur significare, sed nos consecrare, Exod. 28. Leuit. 8. Nam & Tit. 3. v. 5. dicitur Baptismus nos regenerare. Respondeo Bellarmino. Hoc argumentum est fallacia A nõ causa. Falsum enim præsupponit, & vera negat. Negat vera, quum negat Sacramenta significare. Nã in Dei verbo Signa dicuntur, ac proinde significare Genes. 9. v. 17. Exodi 12. v. 13. Roman. 4. v. 11. 1. Petr. 3. v. 21. Deinde loci ex Exod. 28. & Leuitici cap. 8. non agunt de Sacramentis verè dictis: sed tantum de ritibus & cæremoniis consecrandi Aaronis, & seminis eius. Denique locus ex Tit. 3. v. 5 nihil valet. Nam dum Paulus vocat Baptismum lauacrum Regenerationis, vox hæc, *Regenerationis* passiuè sumitur, non autem actiuè, sicut iste existimat. Est igitur Baptismi signum, seu lauacrum Regenerationis, id est, testimonium nos iam à Deo esse renatos: non autem quòd signum Baptismi & actio ipsa nos regeneret: sed Dei Spiritus nos regenerat. Huius regenerationis testis & obsignatio tantum est Baptismus. Sic in-

terpre-

terpretatur Paulus ipse Ephes. 5. v. 26. 1. Iohan. 2. v. 27. ergo ista prima Bellarmini ratio nihil valet, & est ineptissima.

Secunda Bellarmini ratio sumitur ex Grammatica, non autem Theologia regulis, sic, Nomina quæ parem terminationem habent, atque Sacramentum, actionem significant, velut Vestimentum, calceamentum, &c. Ergo Sacramentum actionem significat. Respondeo, Primum est assumptum fallum. Nam vestimentum calceamentum, ornamentum, non id significant quod nos actu vestit. Est enim persona viuens, non res inanima, quæ nos vestit, calceat, & ornatur. Colligere incertos, & in ordine ponere crines, Docta, nec ancillas inter habenda Nape, inquit ille. Ergo vestimentum dicitur, quo vestimur: ornamentum, quo ornatur: calceamentum, quo calceamur, passiva significatione, non actiua. Sic Testamentum, Pavimentum, Iuramentum, passivæ significatione solum sumitur. Deinde respondeo, Theologos à Grammaticis in multis dissentire, velut in vocibus, Iustificatio, Incarnatio, Sanctificatio, quæ passivam non activam in nobis significationem habent. Quare nullius est momenti secunda Bellarmini ratio, imò est à seorsum.

Tertia istius ratio est si Sacramenta non conferunt gratiã, vera est ista definitio, Sacramentum est rei sacræ signum. Atqui falsa est. Respondeo, Manca est ista definitio, licet enim probent Gratianus d. can. *Signum* & Isidorus lib. 6. *etymologiarum*, imò Bernardus quoque: quoniam pro-

pria differentia caret, quæ est non hæc quidem *conferre gratiam*: sed hoc, salutaris gratiæ Dei signum à Deo institutum. Quare extra oleas & casam fugit hic Bellar. & ineptus est, dum ineptâ rationem & alienam subiicit, cur illis brevis definitio non est definitio.

Secunda Bellarmini propositio est: Sacramenta Veteris legis non fuisse vera Sacramenta, quia non verâ, sed legalem solum iustitiam efficiebant. Respondeo. Imò eiusdem gratiæ, cuius & nostra Sacramenta, erant signa, teste Paulo 1. Corinth. 10. v. 2. 3. 4. teste Petro 1. Petri 3. v. 21. Quamobrem falsa est ista propositio. Imò planè Seruetica, & athea, quia Patres sub lege spoliati vera Christi iustitia quæ est per fidem, prima istius ratio est falsa, uti supra demonstraui. Tribuit enim signis non significare, sed sanctificare: quod implicat contradictionem: Nam signum propriè est illud, quod aliquid significat. Secunda ratio Bellar. est ineptissima & falsissima. Negat enim esse proprium Sacramenti significare. At Paulus Roma. 4. v. 11. vocat Sacramentum Circûcisionis *enimèν σφραγίδα* iustitiæ Dei. Ergo eam obsignabant & verè significabant Sacramenta, significant, non autem nos sanctificant, sed Christus Ioan. 17. v. 19. Hebr. 2. v. 11. 9. v. 14.

Tertia propositio est, & Veteris, & Noui testamenti Sacramenta vniocè vocantur sacramenta. Respondeo, Ista sola propositio vera est, & reliquas Bellar. theses in hoc capite refellit, uti duas superiores, & quartâ sequentem. Nec tamen Bellarminus eam confirmat veteris ac firmis rationibus, sed ineptis, quæ nihil ad nos. Nec enim nos
fe-

feriunt. Illud autem istius est ineptissimum, Sacramenta Veteris legis fuisse non ipsius Christi, sed duntaxat nostrorum Sacramentorum typos. Id quod est falsissimum, & suo loco à nobis refutabitur, sicut euertitur in Epistola ad Coloss. 2. v. 17. ad Hebræos cap. 9. & 10. I. Corinth. 10. v. 2. 3. 4.

Quarta Propositio Bellarmini est hæc definitio, *Sacramentum est rei sacræ signum* competit omnibus in genere Sacramentis vniuoçè. Respondeo. Hoc falsum est. Nec enim hæc est vlla Sacramenti definitio cui differentia propria deficit, & reicitur à Bellarmino & Augustino cap. III. col. 28. L. A. & hic quoq; col. 32. L. A. & B.

Ad Cap. XVIII.

Mirum est Bellarminum esse tam furioso, & tam misero vertiginis spiritu abreptum in hac tota de Sacramentis disputatione, ut nusquam sibi constet: sed quæ prius negauit, affirmet postea, contraque, quoniam aliter suos, suorumque de Sacramentis errores tueri non potest, quam os & faciem suam saepe mutando, ac fingendo, prout necesse videt, & sentit se nostris argumentis opprimi. Huius Bellarmini inconstantiae luculentissimum hic exemplum apparet.

Martinus Kemnitius vir eruditissimus in parte secunda examinis pag. 8. col. 2. in Magno volumine ostendit sententiarum definitiones Sacramenti varias esse ineptas. Orditur ab ea, quæ Gregorio, sed falsò, tribuitur in can. *Multi. i.* quæ est enim Isidori, quam non contentaneâ esse docet Kemnitius, & minimè concordare cû Pontificijs Sacramentis. At Bellarminus contra iam eam ructus & probat. Respondeo, Bellarmi-

nus ipse supra cap. XI. col. 29. L. B. hanc Isidori definitionem exploit, ac improbauit. Ergo sibi ipse constet.

Hugonis definitio Sacramenti tollit Eucharistiam, quæ nullum post consecrationem, terrenum, & corporale elementum habet: id quod Hugonis definitio requirit in Sacramentis. Hanc supra cap. XI. col. 28. L. B. obscuram esse docuit ipsemet Bellarminus (quod magnum est definitionis vitium) hic tamen eam laudat, magis ut Kemnitio vera dicenti contradicat, quam quod eam ipse probet. Nullam enim ipsi met afferit & commemorat materiam in Eucharistia, quæ sit elementum corporale.

Lombardi definitio, ut docet Kemnitius, excludit Coniugium à numero Sacramentorum. Desiderat enim Lombardus in Sacramento formam visibilem, quæ nulla est in coniugio. Illius enim forma sunt verba, & sponsio quæ est rei invisibilis. Bellarminus tamen hanc ipsam definitionem nunc probat, quam supra cap. XI. col. 28. L. B. protulit, & improbauit velut defectuosam, & obscuram. Præterea hic varias suorum, & discrepantes sententias de forma coniugij recēset, quæ Kemnitij scriptum confirmant. Denique ipsemet Bellarminus fallaciam à figura dictionis hoc loco committit. Quæ enim verba dicuntur coniugij forma, ea putat materialiter summi, pro ipsa quantitate Syllabarum pronuntiatæ quæ auditur: non autem spiritaliter & formaliter pro sponsione coniugij, & consensu mutuo, qui propriè nec videtur, nec auditur: sed tantum verba illius consensus notæ, symbola, & signa.

sed est homo iste, & Monachus & hebes.

Eadem definitiones sunt ambiguæ, ait Kemnitijs, ac proinde vitiosissimæ. Gratiâ enim nō explicant, cuius signa sunt forma, utrum sit Gratiâ illa gratum faciens, ut vult Richardus, an gratiâ data. Huic obiectioni nihil respondet iste, quia non potest.

Scoti definitio est omnino incerta, & nihil definiens: Okani blasphema, quemadmodum probat Kemnitijs, nec ab illis eas labe abstergere potuit Bellarminus, ut apparet.

Sexta ratio Kemnitij verissima est, & ostendit ex his definitionibus, sequi ut si quid repræsentet Dei gratiâ gratuitam Sacramentum Evangelicum. Quod est falsum. Essent enim innumera Sacramenta Evangelica non duo.

Cap. XIII.

QUum sua tueri nō possit Bellarminus, aliena tamen invadere, more furiosorum, & oppugnare conatur. Ergo nostrorum de Sacramento definitiones cōcutere vult, si quâ potest: sed non potest. Firmissimæ enim verbi Dei petra inniruntur: quæ quassari, aut dimoveri non potest. Orditor autem à definitione Sacramenti, quam D. Lutherus, & Germani viri docti adiderunt primi. Ac primum falsum est Kemnitium recensere vllas suorum diuersas de Sacramento definitiones, sicut cap. XI. de suis iste recitavit. Verum octo condiciones veti & Evangelici Sacramenti sapienter kemnitijs præmittit, ut remper se obscuram facilius explicet. Atque hanc ipsam Kemnitij methodum plagiarius iste, suppresso tamen kemnitij nomine, sedulò est imi-

tatus supra cap. IX huius libri.

Has autem octo Sacramenti leges euertere, & abrogare, vel saltem ijs obrogare nititur Bellarminus. Prima est, Oportere signum Sacramenti esse quidpiam externum, corporale, & materiale. Hanc legem antiquare non potuit Bellarminus: extendere voluit ad omnia sensibilia, ac perceptibilia quocunque sensu. Vnde colligit, quæ præcipiuntur auribus, esse quoque Sacramenta. Id falsissimum est. Prædicatio enim Dei verbi esset Euangelicum Sacramentum propriè dictum. Quod est falsum. Ergo hæc sunt nugæ nugerrimæ, & Bellarminianæ.

Secunda lex veri Sacramenti apud Kemnitium est, Vi Signum hoc terrenum, & tota illa actio à Deo fuerit expressè in ipsius verbo scripto mandata, ac instituta. Hic & nugatur, & sophisticam agit Bellarminus. Ait enim, si necesse est esse signum Sacramenti præscriptum in Dei verbo scripto, quum tempore Christi (qui Baptismum & S. Cœnam instituit) nullum dum Dei verbum esset scriptum: sequitur ea duo non fuisse vera Sacramenta. Respondeo. Ea dicuntur scripto Dei verbo fuisse præcepta, quæ eo verbo Dei, seu Christi, (quod postea scriptum est) fuerunt præscripta & instituta. Ergo non requirimus (quod iste putat ineptè) vt præcisè Scriptura præcedat institutionem Sacramenti: sed vt Dei iussio & institutio præferat, quæ postea nobis scripto relicta fuerit, & consignata. Est igitur hæc Bellarmini responsio fallacia A figura dictionis, quod est puertile nugamentum. In voce *Scriptum*.

Tertia lex Sacramenti nostri apud Kemnitium

est,

est, Vt in Nouo Testamento hoc signum & Sacramentum fuerit institutum. Lex ista verissima est, teste etiam Bellarmino col. 35. L. D. Nā quod addit, ex ea destrui Baptisimum, qui non sit in nouo Testamento, sed ante nouum Testamentum institutus. Nimirum à Iohanne Baptista, refellitur ex Marci cap. 1. v. 1, vbi & Iohannis Baptistae prædicatio, & Baptisimus dicitur esse initium Euangelij. Ergo hinc Bellar. se nugatorem magnū ostendit, & suo se, velut forex prodit iudicio factuum prorsus.

Quarta lex Sacramenti, vt perpetuo duret in Ecclesia. Hanc & hinc concedit Bellarminus, & supra cap. 9. col. 25. L. C. concessit quoque esse verissimam.

Quinta lex apud Kemnitium est, vt ad Sacramentum & signum promissio diuina de gratia quoque sit addita, & à Deo annexa, teste Irenæo Bellarminus hanc facilem & perspicuam Kemnitij mentem malitiosa sua interpretatione intorquet, deprauat, & circumscribit. Vult enim Kemnitius, vt signum Sacramenti sit obsignatio gratiæ à Deo promissæ & adiectæ, vt ostendit Paulus ipse Rom 4. v. 11. & ipse sese sine circuitione exponit Kemnitius ac loquitur. Verum nodum in scirpo quærit iste, quia contentiosus est, & acquiescere in veritate Dei non potest. Negat autem in Dei verbo inueniri promissionem Dei de gratia Sacramento Eucharistiæ vlla adiuncta, si cap. 6. Iohannis de S. Cœna agere neget, vti nos negamus. Respondeo, Bellarminum manifestè felli, & iam non esse memoriosum. Nam Paulus 1. Cor. 10. v. 3. 11. v. 26 27. 12. v. 13. eam Dei promiss-

tionem commemorat. est autem de esca spiritali, & vita æterna nobis in S. Cœna à Deo promissa. Deinde licet cap. vi. Iohannis de S. Cœna non agat: eandem tamen carnis veræ Christi manducationem illic textus proponit, quam in S. Cœna fideles habent: & eandem ex ea veræ Christi carnis manducatione gratiam pollicetur Christus, quam in sacra sua Cœna Matth. 26. v. 26. postea promisit idem Christus. Ergo fallitur Bellarminus, qui credat nullam esse in S. Domini Cœna promissionem de Dei gratia coniunctam cum eiusdem S. Cœnæ signo externo.

Porro quod negat iste extare vllam Dei promissionem in Baptismo ante Christi resurrectionem Marc. 16. v. 16. de vlla Dei gratia Baptismi signo adiuncta, sese in Theologicis rebus infantè ostendit. Quid enim dici manifestius contra hanc Bellarmini sententiam potest, quàm quod est Matth. 3. v. 11. 12. Marc. 1. v. 7. 8. Luc. 3. v. 16. Christum in Spiritu sancto baptizaturum per baptismum, aream suam purgaturum, malos ex ea expulsurum: Eadem enim erat Dei promissio, & de eadè gratia, facta baptismo Iohannis, & Baptismo Christi Ioan. 4. v. 1. & 2. Nemo verò potest dubitare, quin Iohannis Baptismo adiuncta sit Dei promissio de Peccatorum remissione, & vitæ novæ donatione Matth. 3. v. 2. & 9 21. v. 25 Marc. 1. v. 4. Habet igitur Bellarminus quod quærebat, & audit promissionem de Dei gratia signo Baptismi fuisse additam ante Christi mortem, quam prius ignorabat Bellarminus.

Sexta lex Sacramenti apud Kemnitium est, vt promissio gratiæ Dei sit annexa institutioni signi
 eius-

eiusdem Sacramenti. Hanc legē falsam esse scribit Bellarminus. Nam, ait, verba Sacramentorum sunt assertoria. Respondeo Bellarmino, Ipse sibi contradicit, & se refutat. Nam suprà cap. 9. in 4. & 5. conditione Sacramenti à se posita vult vt Resignificata sit aliqua in Sacramento, eaque cum signo analogiam habeat: & vt signum repræsentet rem aliquam sacram. Quomodo autem hæc esse, & fieri possunt, nisi ex Dei-promissione signo adiuncta. Nam si desit ista Dei promissio in Sacramento, nulla erit res à Signo signata. Quare seipsum refellit Bellarminus. Deinde refutatur ab Augustino. Accedat, ait, *verbum*, id est Dei promissio, *ad elementum, sit sacramentum*. Refutatur denique à D. Paulo, qui Ephes. 5. v. 26. coniungit in Sacramento Baptismi *Verbum & Aquam*, id est, Dei promissionem & Signum externum. Ergo in Sacramentis veris ista coniunguntur. Nā quod ait ista verba Sacramentorum non esse promissoria, ignarum se & Theologum, & Grammaticum prodit. Theologum, qui non intelligat in verbis Christi declarantibus rem Sacramenti signatam inesse quoque promissionem manifestè de ea re, seu effectu, & fructu in nobis, ex fide signum sumentibus, futuro. Cur enim eam rem nobis offerret Deus, & declararet in sacramentis, nisi eam nobis polliceretur, & præstare vellet? Nos certè (absit verbo isti blasphemia) deciperet. Sic quum ait Christus, Iohan. 11. *Ego sum vita, via, resurrectio*, se talem nobis credentibus fore non tantum declarat: sed etiam promittit. Itaq; in his verbis continetur promissio quoque. Non est iste Grammaticus, qui non percipiat in ver-

bis imperandi semper contineri ex mente loquentis promissionem aliquam imperantis sibi obsequenti & parenti, saltem benevolentia, & acceptationis. Facito ista puer: intellige, gratia eris.

Septima lex apud Kemnitium est, Vt illa Dei promissio in Sacramento facta sit de gratia aliqua omnino nobis salutari, id est, ad vitæ æternæ assecutionem pertinente, & necessaria. Bellarminus ait, Hanc legem esse falsam, quoniam excludit Ordines à numero Sacramentorum. Respondedo, Rectè excludit. Nec enim ordines sunt Sacramenta. Nec per hanc legem remouetur Eucharistia à numero Sacramentorum: imò confirmatur. In ea enim non solum gratia Dei salutaris: sed earum omnium fons, Nimirum ipse Christus offertur fide sumentibus.

Octaua lex Sacramenti apud Kemnitium est, Vt signum sacramenti, quoniam est à Deo datum ac institutum, sit nobis certissima promissa gratia Dei obsignatio, & per fidem peculiaris applicatio. Nam quod addit iste esse Sacramenta *est miraculi*, est foetidissimum mendacium: neque hoc habet, sensu, aut scripsit Kemnitius. Bellarminus ait hanc legem esse falsam: ego contra veram esse affirmo.

Rationes Bellarmini sunt. (Videt enim hinc de toto suo præsidio se, suosque deiici, & iugulari penitusque perire.) Prima, Si Sacramenta, ut sigillum, confirmarent Dei promissiones, essent promissionibus Dei notiora. Non sunt autem, quia promissiones, quæ sunt Dei verbum, sunt nobis notiores, quàm signa illarum & sacramen-

ta. Sic argumēti Bellarmino respondeo ex Caluino, Signa & Sacramenta non confirmant Dei promissiones & verbum ex parte ipsius Dei: sed ex parte nostri propter fidei nostræ imbecillitatem, & naturæ ruditatem.

Refutare hanc Caluini solutionem conatur, sed frustra, Bellarminus hoc dilemmate. Aut Dei promissiones à nobis primùm, ait, ex Sacramētis discuntur: aut, quum eas sciamus, ex Sacramentis magis in nobis solùm cōfirmantur. Non primū, quia Dei promissiones ex verbo ipsius, non ex Sacramento primū discimus. Respondeo, Quamquam ex Dei verbo primū discimus promissiones Dei: tamen ex Sacramentis quoque easdē cognoscimus, ac discimus, quia certius eas hoc pacto agnoscimus. Per quodeunque enim confirmamur in alicuius rei cognitionem, & notitiam, per illud augetur nostra istius rei cognitio, & notitia. Exemplum est in Miraculis, per quę notitia de Christo fuit aucta, & confirmata etiam in iam credentibus Iohan. II. v. 15. & 45. Non, addit Bellar. secundum. Nam signa, sigilla, & Sacramenta nos iam scientes & credentes non confirmant. Respondeo, Imò magis confirmant nos, qui illa scire iam ceperamus, quæ indicant. Quum enim fides incrementa in dies habeat eadem crescit, augetur, & confirmatur per signa à Deo ipso nobis tradita, & data. Atq; omnino ineptus est iste Bellarminus, qui cōmuni sensu (vt pote Monachus) carens scribit frustra regis literis sigillum regium addi, nec eas magis, nostri, id est, hominum ratione confirmari, qui illud vident, quàm si non viderent. Solem meridie ipso lucete tam

verè negare potuit, quàm quod hîc negat Bellarminus. Itaque Caluino per sigillū literis scriptis appensum confirmari nos monstranti, nihil iste respondet. Hoc enim iste negat, quod verū, imò verissimum est: Negat, inquam, literas Regias magis per sigillum regium confirmari, & fieri nobis, qui illud sigillum iis appensam Terminis, certiores, & magis authenticas. Nam vult iste quamuis Scripturam nobis esse certiores, & notiores, quàm publicum Sigillum. Id quod est rerum naturam euertere, & communem hominum omnium sensum tollere, tam iste est hebes, vel pertinax: & egregiè mentitur, vt suum errorem tueatur.

Fingit Bellarminus nouam solutionem, quam nobis affingit: & quam à se confictam leui cubito deiecit. Nam iste fictitius Hercules monstratur furfuracea sibi pingit, quæ debellet, vt magnus quidam dux disputatorius, & Conon videatur. Fictio Bellarmini est, Nos fateri fidem nostram non confirmari sacramentis à Deo institutis: sed iis tantum iuari, velut quadam actione, & gestu externo, & visibili. Respondeo Bellarmino, Hæctū, Bellarminè, pro tuis respondeo: non pro nostris. Quod enim ais nos fateri, (impudentiam videre hominis) nos non concedimus. Quod ais nos velle, non volumus. Fidem enim nostram signis sacramentariis, & diuinis planè confirmari dicimus, docemúsque.

Verùm excipis, Verbum Dei esse verissimum. Respondeo, Per se quidem est tale: nostri verò ratione propter nostram incredulitatem nutat. nisi his à Deo institutis firmamētis fulciatur, & confirmetur.

firmetur in nobis. Id quod quum col. 39. L. A. aperte neges: tamen statim col. 40. L. A. *Verum.* Verum esse aperte fateris, & te refutas, vt veritatis victus, & coactus.

Secundum Bellarmini argumentum (vt neget signa sacramentave à Deo instituta fidem nostrâ confirmare) & quod ipse palmarium, atque Achilleum, seu efficacissimum argumentum vocat, est eiusmodi, Sacra Scriptura testatur verba Sacramentorum esse instrumenta, & actiua nostrâ iustificationis: nō autem obsignationes Dei promissionum: ergo efficiunt Sacramenta in nobis iustificationem. Ait enim Scriptura, Nos per baptismum nasci Iohan. 3. v. 3. Ecclesiam per eum purgari, Ephes. 5. v. 26. Baptismum esse lauacrum regenerationis Tit. 3. v. 5. Qui manducat carnem Christi, vivet in æternum Iohan. 6. v. 58. Respondeo Bellarmino, Instrumenta & Signa etiâ merè obsignantia & testantia dicuntur per tropum & metonymiam id facere, quod obsignant. Nam & annulus Sponsalium (qui solum est signum eorum) dicitur coniungere & obligare sponso. Contractus instrumentum (quod est solum consensus signum) obstringere contrahentes Doctoratus sigillum & literæ creasse, & effecisse N. doctorem. Quæ enim nos iuvant efficere ea ipsa dicuntur propter finem (in quem spectat) in quibus ab iis iuvamur. Verum vitanda est verborum huiusmodi (quæ vel causis, vel Signis, vel instrumentis actionem tribuunt) homonymia, ne propterea censeamus ea Signa vel instrumenta esse causas istius actionis vel effecti, vel fructus efficientes. Efficiunt enim aut efficiens dicuntur

illa effecta suo tantùm modo, Nempe per modũ duntaxat signi, quoniam obsignant, & certificãt eam actionem, aut effectiõnem: vel per modum instrumenti, quoniam ad effectiõnem adhibentur (Multum enim signa, & vera instrumenta inter se propriè differunt) Signa verò nihil planè ad effectiõnem conferunt, qualia sunt Sacramenta: sed effectiõnem Spiritus sancti, & opus illius nobis duntaxat verissimè & certissimè testantur, & consignant. Ergo hæc secunda ratio Bellarmini est fallacia ab Æquiuocatione horum verborum, quæ agere, vel actionem significant: quam nõ distinguit Bellarminus in his tribus dissimilimam tamen, Nimirum in caussa efficiente, in Instrumento, & in eo, quod Signum est solum, & obsignatio.

Altera fallacia huius secundi argumenti est ab æquiuocatione harũ vocum, *Nasci, regenerationis, &c.* Paulus enim ostendit nos non à Sacramentis & signis ipsis illa beneficia obtinere, sed à Deo Ephel. 5. v. 26. Roman. 6. v. 45. Idem Christus docet Iohan. 3. v. 6. 7. 8. contra quam Bellarminus existimat. Ergo actiue sumit has voces iste in Sacramentis, & eorum significatione, quæ sunt tamen passiuè sumendæ, quia sunt gratiarum & rerum effectarum, aut efficiendarum signa.

Denique hæc eadem ratio secunda est fallacia A petitione Principij. Negat enim iste Signa & Sacramenta dici in Dei verbo *testari* promissiones Dei. At facilè ex his locis refutatur Genes. 17. v. 11. Exod. 12. v. 13. Roman. 4. v. 11. 1. Pet. 3. v. 3. I. I. Iohan. 3. v. 8, vbi manifestè signa & Sacramenta testari Dei promissiones dicuntur. Hic igitur memoria

motia Bellarminum fefellit, dum nimio nostri odio, & sui amore præcepit, & rapitur in nos.

Tertium Bellar. argumentum est, Si Sacramenta solum essent promissionum Dei oblationes essent inutilia & superflua. Nā habemus certiora promissionum Dei testimonia, Nempe bona opera, quæ soli pijs præstant: at etiam impij Sacramenta lumunt, 2. Cor. 1. v. 12. 2. Pet. 1. v. 5. 1. Iohan. 3. v. 7. Respondet. Hæc ratio est fallacia Ab ignorantia El nch. Confundit enim res diversissimas & dissimillimas, Nempe fidem, & effecta fidei Bona enim opera non fidem in nobis confirmant, vt credamus: sed fidei veræ & iā confirmatæ sunt effecta seu fructus: Quare dissimilè planè de causâ Bona opera, & Sacramenta præcepta & instituta sunt, Sacramenta, vt credere certiùs nos faciant: Bona opera, vt verè, non fictè nos credere doceant. Rom. 4. v. 11. 1. Iohan. 5. v. 8. Iaco. 2. v. 26. 2. Pet. 1. v. 5 6 7.

Quartum argumentum est, Si sacramenta solum fidem excitarent vel cõfirmarent, frustra darentur infantibus, velut Baptismus, quia fidem illi nondum habent. Respondet Bellarmino. Baptismus nõ datur fidelum infantibus, vt eorum infantium fides confirmetur: sed vt fides Patrum fidelium, qui hos infantes genuerunt, corroboretur, quibus Deus promittit. Genes. 17. v. 7. sc. vt ipsorum Patrum, quia credunt, Deus est: sic se fore seminis eorum (id est, infantium, qui ex his nascuntur) Deum, teste & interprete Paulo 1. Cor. 7. v. 14. Ergo hæc ratio est fallacia A petitione Principij & Ignorantia Elēchi. Transtert enim

imperitè iste ad infantium fidem illud, quod ad Patrum fidem referri debet.

Quintum Bellarmini argumentum est, Si sacramenta testarentur Dei gratiam dari peculiariter suscipienti sacramentum, sæpenumero essent falsa, & Deus mendax. Nec enim omnes, qui sacramenta sumunt, gratiam sentiunt aut accipiunt, vt Hypocritæ, & Increduli. Respondetur Neque Sacramenta Ecclesiæ testantur gratiam Dei actu in sumentibus signa effici, & conferri sed eam illis offerri à Deo: quam tunc demùm homines signa participantes sentiunt, quum eam manu spirituali accipiunt. Est autem ea manus fides. Nec enim absque sumentium fide res sacramenti (quæ spiritualis est, & celestis) sumi potest: id est, Dei gratia, tum iustificatio, tum sanctificatio, tum incorporatio nostra cum Christo II. 7. v. 9. Habac. 2. v. 4. Rom. 2. v. 17. Ephe. 3. v. 6. Quam obrem hæc conditio necessariò requiritur in quouis sumente, aut participare volentes totum sacramentum, vt credat seu fidem habeat, id est, vt oblatum Dei donum acceptet. Ratio est, Primum, quòd nulla pollicitatio, & promissio valet sine acceptatione. D. titulo de Pollicitationibus Secundum, Quòd hæc conditio inest ex ipsius rei, celestis, quæ promittitur, natura, Nempe, vt per fidem acceptetur, velut in hac promissione, Dabo tibi fructus huius arboris, Intelligitur hæc conditio, si nascetur. Tertium, Quòd ne signum quidem ipsum externum oblatum, signum est, nisi sumatur: ergo nec res sacramenti res est, aut prodest, nisi sumatur. Sumitur autem sola fide. Iohan. 6. v. 45.

Nec valent contrariæ Bellarmini obiectiones ex Lutheri & nostrorum scriptis sumptæ. Illa enim dicta intelliguntur de fundamento promissionis gratiæ: non de fundamento, & modo sumptionis, receptionis, & applicationis peculiaris illius Dei gratiæ, quæ promittitur in Sacramento. Ergo non pendet virtus & efficacia & res Sacramenti ex nostra fide: sed ex solius Dei gratuita promissione, quæ extat in ipso verbo scripto. Applicationis verò peculiaris illius promissionis Dei gratiæ modus, & ratio, quæ fit unicuique, est ipsius vera fides, idque ex conditione vera, intrinseca, necessaria, & naturali, quæ huic promissioni per se, ac ex naturâ rei inest. Res enim, quæ a nobis repudiatur, quantumvis oblata, nobis non prodest. Atque hæc nostra efficacissima illa Bellarm. argumenta (quæ putat) evertunt, triumphos, quos ubi ante victoriam & pugnam promisit, extinguunt, & veram esse nostram sententiam, Nempe Sacramenta promissiones Dei obignare, non efficere, probant: falsam esse Bellarm. qui contra sentit, ostendunt, & demonstrant.

Ad Cap. xv.

Sententia Anabaptitarum, qui Sacramenta solas diuersarum Religionum, & (velut olim in Circo Romano) factionum syntheses esse contendunt, & faciunt, nihil ad nos. imò nos eâ, recte Bellarmino ipso, grauitèr oppugnamus, Scholasticis stertentibus.

Quod autem hic scribit Philippum Melancthonem aliquando huic Anabaptistarum errori assensum fuisse, vano vanius est. Oltedit Philip-

pus inter multos Sacramenti fines, hunc quoque esse, quemadmodum docet Paulus 1. Cor. 10. v. 17. Vt per ea pij mutuam quoque inter se charitatem ac societatem testentur. Quod iste col. 42. L. B. verius esse scribit, & agnoscit. Ergo quæ ille in aliter sentiētes homines debacehatur, nihil nos tangunt aut feriunt, sed ipsum euertunt. Quare prætermittuntur à nobis.

Eadem Bellarmini stoliditas est & inepties, nec dicam, apertum & putidum mendacium, quum col. 43. L. A. inquit Philippum, Brentium, Kemnitium viros toti Anabaptistarum populo infestissimos, eorum tamen definitionem probare, vt Sacramentum sit, nec aliud quicquam, quam allegoria, & signum patientiæ in arummis pro Christo nomine tolerandis. Hoc est quouis mendacio mendacius. Circumscribit & deprauat homo iste doctorum trium illorum virorum sententiam verissimam, qui sentiunt, quod res est, Nimirum & hunc quoque è multis Sacramentorum finibus, vnum esse, Vt Sacramenta testentur nostram quoque erga Deum promissionem, de illi obsequendo, nominis illius gloria rucnda, nobisque ipsius voluntati consecrandis. Id quod nobiscum, imò ante nos docet Paulus 1. Cor. 5. v. 7. II. v. 28. & 30. Quid non igitur piū, & concinnum scripserunt illi, nisi Diabolus esset Bellarminus, id est, calumniator? Sic enim & Petrus quoque docet, & tradit de Baptismo 1. Pet. 8. v. 21: & denuo Paulus 1. Cor. 10. v. 4. 5. 6. 7. Ephes. 5. v. 26. Roman. 6. v. 3. Itaque ipsemet Bellarminus hanc eorum, id est, nostram sententiam verā esse concedit. Rationes tamen, quibus Bellarminus

Anabaptistas refutat, sunt prorsus vanæ, futiles, & nullæ, imò falsæ. Certè sunt fallaciæ omnes A non consequenti. Nec verum Dei per mendaciũ Bellarmini stabiliri debet, aut potest: quod etiã sensit Plato.

Quod scribit iste Sacramenta non esse signa gratiæ iam etiã percepta: sed quæ ipso sumptionis & applicationis signorum momento percipiatur actu ipso, fallitur. Nec enim Dei gratia præcisè alligatur ad signi applicationem & tributionem. Imò & præteritæ, & præsentis, & futuræ Dei gratiæ signa sunt Sacramenta. Præteritæ quemadmodum Act. 10. v. 47: Præsentis Act. 8. v. 36. 37: Futuræ Act. 2. v. 38. Quare quum Zuinglius, & Kemnitius eos carpunt, qui aliter sentiunt, hoc solùm docent, Ad nullum temporis articulum præcisè Dei gratiam & opus esse restringendum: id quod iste facit: & sic Deum liberrimum agens esse negat impiè, & certis temporum vinculis coarctat & vincit.

Zuinglij veram sententiam lib. De Vera & falsa Religione, cap. de Sacramentis vellicare conatur Bellarminus, & tanti viri ossa, quâ potest, arrodere mortui. Calumniatur iste Zuingliũ quasi hunc solùm Sacramentorum finem esse velit, nos obligare Deo. Falsum est. Nam vbique vir pius Zuinglius ostendit & Sacramentum (quâ ex Dei institutione consideratur) esse verissimum Dei gratiæ & iustitiæ, qua offertur nobis in Christo signum: & tamen in omnibus Sacramentum operari, & suam efficacitatem proferre, & habere, propter hominum ipsorum signum Sacramenti sumerium improbitatem ac infidelitatem. Nam

in sacramentis homines sese ad Dei obsequium,
& fidem obstringunt. Itaque col. 44. L. A. fatetur
veram esse Zuinglij sententiam Bellarminus. Mo-
autem Bucerus, quam de Sacramentorum dispu-
tat efficacia, etiam altius assurgit, & veram eius
causam docet esse ipsius Dei prædestinationem
de singulis hominibus. Quod est verissimum.

Refutationes autem Bellarmini contra Zuing-
glium omnes sunt ineptæ. Sumunt enim Principi-
pium, Nempe Sacramenta ipsa nos Mandare.
Item Zuinglium hunc quem profert Bellar. so-
lum Sacramentorum finem agnoscere, & negare
per usum nostrorum Sacramentorum nos mor-
tem, ac resurrectionem Christi commemorare.
Id quod est falsissimum. Ergo tot sunt Bellarmi-
ni mendacia, quot sunt in Zuinglium verba.

Ad Cap. xvi.

IN Iohannem Calvinum magnum Dei organum
non venenum suum iaculaturus Bellarminus
Primum, cogente veritate, testis est ipse summus
inter hæc tria orbis lumina, Lutherum, Zuing-
glium, & ipsum Calvinum concordia in defini-
tione Sacramenti. Deinde eam, quam prædicit
ipse, concordiam calumniari, & abrupte re-
cipiens conatur Calvini verba; & mentem depræ-
uare, & eum cum Lutero & Zuinglio commi-
tere. Quid igitur est isto effronte Monacho ipse
constantius? Quo teneam vultus mutantem Pro-
thea nodo?

In ipso autem suæ cum Iohanne Calvino con-
certationis ingressu statim cavillatur Bellarmi-
nus, & robustam fraudem declarat suam. Nam

quæ de generali Sacramentorum significatione, & de peculiari eorum efficacia rectè, & verè scripsit Calvinus, homo iste confundit, miscet, pervertit, quoniam aliter, quàm calumniando, nocere Calvino non potest. Dixit ergo Calvinus hanc esse generalem Sacramentorum significationem, Vt Dei promissiones nobis obsignet: & nobis Deo consecratos indicent. Verùm huius tam angustæ significationis efficacia est in solis electis, & à Deo prædestinatis. Quid hac doctrina verius? Certè nihil, vt apparet Rom. 4. v. 11. 6. v. 3.

— Jam verò Calvini definitionem quætere, si potest, nititur homo iste Bellarm. Sic Calvinus igitur definit Sacramentum, est externum Symbolum, quo benevolentia erga nos suæ promissiones conscientis nostris Dominus obsignat ad sustinendam fidei nostræ imbecillitatem: & nos vicissim pietatem erga eum nostram tam coram eo & Angelis, quam apud homines testamur. Sic Calvinus lib. 4. ultitur. cap. 14. §. 1.

— Totam hanc verissimam definitionem reprehendit Bellarmius seipsum tamen iugulans, & ubique euetens. Ac primum dicit Calvinus Sacramentum habere symbolum externum. Hoc reprehendere quidem ille vult: verùm non potest. Nam fatetur hoc esse verum col. 45. L. B. & supra cap. 9. col. quoque 22. L. A. Ipse enim hanc primam conditionem in Sacramentis requirit.

— At excipit iste, fallitur Calvinus. Nam hoc symbolum esse duntaxat obsignatorium vult, non operatorium, & effectivum gratiæ Spiritualls. Respondeo, Non fallitur qui cum Paulo Christi Apostolo de Sacramētis sentit & loquitur.

tur. Paulus autem Sacramenta vocat σημεῖα duntaxat ἢ σφραγίδες χάριτος ἢ διακονίαι θεοῦ, non autem αἰτία, id est, signa & oblationes gratiæ vel iustitiæ Dei, non autem causæ. Ergo quum hoc dicit & sentit Calvinus, non fallitur, sed rectè sentit, & scribit.

At excipit Bellarminus, Signa seu Sacramenta sunt operatoria & effectiua Dei gratiæ. Quare semper fallitur Calvinus. Respondeo. Hoc argumentum est fallacia A petitione Principij. Præsupponit enim, & sibi Bellarminus sumit tanquàm concessum id, de quo summa est inter nos & eum controuersia. Nimirum, Vtrum Sacramenta Dei gratiam, quam pollicentur, efficiant. Hoc enim sicut iam centies probauimus, est falsissimum.

Quod autem idem hic Bellar. locos nonnullos à se perperam intellectos, tanquam rãci dãm quandam cramben nobis regetit, est ineptum. Nam ad eos iam antea respondi in cap. 14. supra quum secundum Bellarmini argumentum exploderemus. Verba enim actiua, quæ de Sacramentis vsurpantur in S. Scriptura, non causam aut actionem causantem & efficientem gratiæ significant: sed actionem duntaxat testificantem, & quidem verissimè huiusmodi gratiam spirituales nobis offerri: non vt signa publicorum hospitiorum monent nos de Cœna & mensa in illis hospitij parata (quæ crassissima, longissimaque, ne dicam, Monachalis cõiectura est) sed vt Iris in cœlo monet nos de Dei perpetua promissione de nunquam futuro in Mundo vniuersali aquarum diluuiio nos, inquam monet illud ex Dei promissione considerantes & intuentes

Genes. 9. v. 11.

Addit Calvinus in definitione *Benevolentia* et *gratia* nos *sua*: quæ verba quid significant scire laborat iste. Itaque ea falsò & variè interpretatur. Verùm perspicua sunt. Declarant enim Deum vltro benevolum hominibus salutare: gratias iis offerre, quas tamen actu participant soli prædestinati Tit. 3. v. 4. Ose. 11. v. 4. Itaque generale Sacramentorum significationem, quatenus ex institutione Christi spectantur, confundit Bellar. cum particulari eorù efficacia in hominib. Quod est maximum vitium & fallacia Ab ignorantia Elenchi. Diversi enim respectus hæc à Bellarmino confunduntur in vnum. Significatio pendet ex priora eorum institutione à Deo ædita. Efficacia peculiaris ex Dei prædestinatione. Nā gratia quidem Sacramenti omnibus eo utentibus offertur: à paucis autem, id est, à solis verè credentibus & Electis participatur. Sic dicit Christus ipse, *Multis sunt vocati, pauci sunt electi*, Matth. 20. v. 16. Sic in Scholis loquantur, Christus *sufficiens pro solis electis, seu verè credentibus*, 2. Timothei cap. 1. v. 9. Hæc duo tam diversa miscet Bellarm. & susque, deque habet, vt omnia.

Atque vt Caluini verba, & mentem non assequitur iste: sic ea falsò refutat. Air enim Sacramenta Dei gratiam non repræsentare, sed in nobis generare, eamque conferre. Respondeo, Imò Bellarminus ipse sup. cap. 9. Quinetiam esse, & quidem necessariam hanc Sacramentorum conditionem vult, vt rem aliquam sacram repræsentent. Si repræsentent, ergo non generant eam. Nam quæ

repræsentantur, iam sunt & existunt talia: quæ generantur, nondum sunt, aut talia existunt, teste Aristotele lib. I. De ortu & interitu: ergo secum pugnat Bellarminus & cum Dei verbo: non autem Calvinus.

Quod Bellar. ait, Prædestinationis mentionem factam esse in definitione Caluini de Sacramento, falsum est, & Caluini verbis astute ab isto additum, ut ex verbis Caluini à me supra scriptis apparet. Verum serialis est & facetus Monachus iste, baro, dum contrarias esse Martini Bucerii, & Iohannis Caluini solutiones fingit, inter quos semper optimè de præcipuis fidei Articulis omnibus conuenit: & in hoc præsertim de Sacramento. Vterque igitur distinguit, sicut iam toties Bellarminum monui, generalem Sacramenti significationem ab eiusdem efficacitate particulari. Nam vtraque res hæc diuersa est, uelpe significatio generalis, & efficacia peculiaris: & à diuersis pendet vtraque causis. Nempe significatio, ab institutione Dei: efficacia illa à Prædestinatione singulorum hominum ab eodem Deo facta. Hæc duo tam diuersa confundit Bellarminus.

Quare nihil necesse est Ministros Ecclesiasticos scire, Vtrum ij, quos baptizant, & quibus Sacramentum conferunt, sint prædestinati à Deo ad salutem. Sed satis est, si sciunt, eos ad D. i Ecclesiam vel externè saltem pertinere, quoniam externis Ecclesiæ membris Deus suam gratiam offert per signi Sacramentalis exhibitionem, quæ fit à Ministro seu Pastore, ex Dei iussu. Ministri enim solum signum præbent: Christus autem rem ipsam,

id est, Spiritum, & ignem Sacramenti Matth. 3. v. 11. Sed hæc duo confundit Bellarminus Opus nempe Ministri, & opus Dei.

Ex quo falsum apparet, quod iste addit, Deum porrigere ipsum sigillum. Nam Sigilli administrationem ex suo mandato suis veris Ministris relinquens Deus, sibi vni efficacitatem istius externi signi seu sigilli retinuit Act. 1. v. 5 Ioh. 1. v. 33. quam nulli non credenti communicat Deus, qui cor hominū nouit. Sed iste signi porrectionem cum ipsius rei præbitione perpetuò confundit, (quæ est fallacia Ab ignoratione Elenchi) & vtraque ab eodem dari, & simul semper coniunctam esse putat. Id quod est falsissimū. Multi enim etiam baptizati de Ecclesia exeunt, qui in ea prius erant externè 1. Iohan. 2. v. 19: & Simonis Magi à Philippo baptizati exemplū hoc ipsum contra Bellarminum confirmat Act. 8. v. 9. & 21. Ergo sunt ista duo tam diuersa distinguenda, nō confundenda, Rei nempe Signatæ, & Signi, in Sacramentis præbitione. Hæc fit à Ministro, illa fit à solo Deo. Ad signi porrectionem & susceptionem sufficit aliquem esse externum Dei membrum ex regula & ratione examinis à Deo præscripti: Ad rei signatæ communicationem & acceptionem oportet esse à Deo ad vitam æternā etiam prædestinatum, & electum. Hęc neque videt, neque discernit, neque capit Bellarminus, quæ facillimè & verissimè tradit Calvinus, tantum homo homini præstat!

Baptizare filium Turcæ parentis vtriusque adhuc infantem non licet, vt postea docebimus.

Quod suos purgare vel à Sacrilegio, vel à bla-

sphemia in Deum nititur Bellarminus, dum infantibus, de quorum dispositione sunt ipsi incerti, baptizant, frustra nititur. Nec enim eos excusare potest, A Sacrilegio, si quibuscunque signum, & ipse vult, & hinc scribit Sacramenti dari usdem re ipsa quoque gratia Dei confertur. Impij enim, Hypocritæ, infideles omnes baptizati gratiam iustificantem cum signo accipient, & acceperint. Quod sentire & scribere est sacrilegum. Nam pijs adimit peculiare Dei donum. Non potest excusare suos A blasphemia, quia si signa externa Dei gratiam conferunt, eamque, sicut isti volunt, efficiunt, tribuunt rebus creatis proprium opus Dei creatoris, quod est nos iustificare Rom. 4. v. 5. Act. 13. v. 9. & summa in Deum blasphemia.

Addit Calvinus in definitione *Promissiones sive benevolentia Deus obsignat in Sacramentis.* Hoc velle vult Bellarminus, sed non potest. Fingit enim hoc falsum esse, quia loquitur Calvinus de Promissione Prædestinationis, ait iste. Respondeo. Primum vanum est, & falsum in definitione Sacramenti Calvinum agere de promissione Prædestinationis. Ergo mendacium est. Deinde Bellarm. est homo duræ cervicis & hebes, qui non capit, aut distinguit ea: quæ tam clarè separavit Calvinus in Sacramentis, Nempe generalem benevolentia Dei significationem quæ in his est à particulari eorum efficacia, quæ sentitur à nobis. Hæc ex Dei prædestinatione manat: illa ex Sacramentorum institutione à Deo facta. Hæc perpetuò perturbat homo vâcors, vel ignorans, vel malitiosè, Bellarm.

Quartum definitionis Calvinii membrum est.

Hæc

Hanc ob signationem à Deo fieri in cōscientiis nostris-
 Bellarminus aduersus hanc quoque definitionis
 partem velitatur, sed leuiter, quia quid firmum
 obiiciat, non habet. Ait igitur, eam falsam esse,
 quoniam infantes, qui baptizantur, nullam ad-
 huc fidem & conscientiam habent, quam con-
 firmant. Respondeo.

Fidelium infantes baptizari, ut ipsorū paren-
 tum, & totius Ecclesiæ fides confirmetur hoc si-
 gno, & Sacramento, Deum esse, ut ipsorum fide-
 lium parentum: sic eorum seminis ac liberorum
 Deum, & seruatorem: quam suam promissionem
 implet suo tempore in suis, & solis electis Rom.
 8. v. 29. 30. Tit. 3. v. 5. Quem Baptismi infantium fi-
 nem quum prorsus ignoret Bellarminus, ut est
 homo in tota hac disputatione Sacramētāve he-
 bes, & ignarus: nugatur de infantium Baptismo,
 & ineprū, neque quæ dicat, nouit ipse, neque al-
 ius quisquam. Sed & hīc quoque generalē Ba-
 ptismi significationem cum peculiari eius effi-
 cacia ut ubique confundit misere.

Ad Cap. xvii.

Argumenta quoque aduersum suos, & pro
 nobis, nostra confutare conatur Bellarmi-
 nus, & soluere. Sed prorsus in suis solutionibus
 ineprum se hominem esse, & *αδελος* ostendit,
 & probat. Hoc volumus, Sacramenta diuina esse
 diuinarum promissionum sigilla à Deo insti-
 tuta.

Primum nostrum argumentum est ex textu
 S. Scripturæ apertissimo, Nempe Rom. 4. v. 11. ubi
 Sacramentum *σφραγις* appellatur. Primum res-
 pondet Bellar. Hoc de sola duntaxat circūcisio-

ne dici, non de aliis Sacramentis. Respondeo Bellarmino, Quæ ratio est, cur hoc de Circumcisionis Sacramento verè dicatur, eadem est, Cur de reliquis quoque omnibus Sacramentis enuntietur, vti de Itide Noacho data in Sacramentum Genes. 4. v. 12, de Agno Paschali Exod. 12. v. 13. Et Paulus Ephes. 2. v. 11. Coloss. 2. v. 11. 12. eadem tribuit Baptismo, quæ Circumcisioni. Denique hoc ipsum est genus cuiusvis Sacramenti, teste ipso met Bellar. cap. 9 in Conditione 4. & 5. quod competit cuilibet necessario suæ speciei, sicut Animal competit Homini, & Bruto: & sic argumentari est optimè ratiocinari.

Secundò respondet iste, Paulum de nulla Dei promissione agere, quum circumcisionis meminit. Respondeo, Quis Dæmon te, Bellarmino, fascinauit, & tibi mentem, & oculos eripuit, vt nō videas, & legas, quæ tam præcisè in Dei verbo continentur de Dei promissione Abrahamo facta, se fore eius Patrem, se daturum ex eius semine Messiam, per quem iustificetur, Genes. 17. Et Paulus ibi disertè Promissionem nominat, & appellat, Rom. 4. v. 13. & 20. Galat. 3. v. 7. 8. 9. vt de eo nemo dubitet, qui locum illum legerit.

Tertio respondet Bellarminus, Quod illic de Circumcisione scribit Paulus, fuisse peculiare in solo Abrahamo, non etiam commune cæteris fidelibus Iudæis. Ergo extendi non debere. Respondeo, Contrà disertis verbis Paulus scribit Roman. 4. v. 22. 23. 24. *Non est scriptum propter eum solum, quod hoc ei imputatum fuerit: sed etiam propter nos, &c.* Idem docet Paulus Galat. 3. v. 16. & 17. Quid igitur hic delirat Bellarminus? & frustra te

in sua ista falsa interpretatione confirmanda laborat? Sed & omnes illius rationes sunt falsæ. Prima est, Paulus hæc duo coniunxit, Patrem esse fidelium, & ex fide iustificatum esse. At solus Abrahamus fuit Pater fidelium. Respondeo, Idcirco Abrahamus Pater fidelium dictus est, ut quod de modo iustificationis ipsius dicebatur intelligeretur ad omnes fideles generaliter pertinere Galat. 3. v. 16. 7. Secunda ratio, Circuncisio dicitur à Paulo signaculum peculiariter: ergo omnia Sacramentorum signa non sunt signacula *σφραγίδα*. Respondeo, Imò dicta est à Paulo esse Circuncisio, quod sunt omnia Sacramenta, nempe signacula 1. Iohan. 5. v. 8. Genes. 9. v. 13. Ergo in eo nihil habet illa particulare. Tertia ratio est hæc, Nusquam alibi Circuncisio dicitur Signaculum: ergo illic ex peculiari quadam causa sic appellatur. Respondeo, Imò quoties Circuncisio dicitur *σημαίον* seu signum, vocatur & *σφραγίς*, id est signaculum. Nam in Sacramentis idem est signum, atque signaculum. Dicitur autem Genes. 17. v. 11. Tit. 3. v. 5. Rom. 2. & 4. Ergo frustra latebras, & *ῥα* ista *σφραγίς* quærit Bellarminus.

Secundum nostrorum argumentum est ex Genes. 9. v. 13. 17. v. 11. vbi signa dicuntur *signa fæderis* Dei. Respondet variè Bellarminus, Primum ex sua, deinde ex Chrysostomi sententia. Ex sua sententia Iridem & Circuncisionem fuisse tantum signa commemoratiua, non confirmatiua. Respondeo Bellarmino, Hoc falsissimum esse. Nam de Circuncisione testatur aperte Paulus, eam fuisse *σφραγίς*, id est, confirmatiuam promissionis Dei Rom. 4. v. 11. De Iride Celesti, ipse-

mer textus S. Scripturæ & Dei vox fidem facit
 additam fuisse Iridem à Deo ad suæ prægressæ
 promissionis confirmationem Genes. 9. v. 13. Ni-
 hil Monacho certè quidem est impudentius; sed
 præsertim isto, qui tam impudenter negat, esse
 scripta ea, quæ scripta extant totidem verbis &
 syllabis in S. Scriptura: tam est homo iste à Θεολο-
 γος, aut Scripturam sacram omnino ipse non le-
 git: sed quæ scribit, tantùm ex auditu & aliorum
 relatu habet: non ex aspectu.

Ex Chrysoptomi sententia nihil affert, quod
 eum iuuet, nos lædat. Docet enim illic Chryso-
 stomus & Iridem cœlestem, & Circumcisionem
 esse duplicis pacti confirmatricem vtrunque;
 Nimirum & Dei nobiscum: & nostri cum Deo,
 de obsequendo illi. Sed tam bona Chrysoptomi
 dicta deprauat malignè Bellarminus.

Quod autem iste negat nos non esse naturã
 de Dei promissionibus dissidentes, est insulsi-
 mum & falsissimum. Refutatur perpetua rerum
 experientia: Apostolorum, *Domine auge nobis fi-
 dem* Luc. 17. v. 5: & exemplo Gedeonis Iudic. 6.
 vers. 17.

Tertium argumentum nostrum est, Miracula,
 quia sunt res externæ & visibiles à Deo profectæ
 confirmant nostram fidem: ergo & signa Sacra-
 mentalia, quæ itidem sunt res externæ, & visibi-
 les, & à Deo quoque institutæ. Sic Lutherus in
 lib. Captiuitate Babylonica cap. de Baptismo.
 Respondet iste, Miracula & Sacramenta esse res
 dissimiles. Respõdeo, In aliis sunt res dissimiles:
 in eo autem, in quo hic conferuntur, simillimæ,
 quemadmodum omnes vident.

Quartum argumentum est nostrum ex I. Petr. 3. v. 21. ubi Christi Baptismus dicitur *ἀντίτυπον* salutis nostræ, ut olim Arca Noacho fuit sigillum promissæ salutis: & *ἐπερώτημα* conscientiam nostram confirmans. Ergo Sacramenta fidem & conscientiam nostram firmant, & Dei promissiones obsignant. Ad hoc argumentum nihil respondet Bellarminus, Verùm varias, sibi que contrarias loci istius interpretationes affert. Itaque se, suosque mirè hic inuoluit, & quamquam multa ad se ex isto laqueo liberandum mouet: nihil tamen promouet. Verba enim textus Petri sunt expressissima. Tandem hanc, quasi possit, elabatur, rimam reperit, Petrum illic non agere de Baptismo, quâ est signum nostræ in Christo salutis, ac proinde Dei promissionis: sed quâ Baptismus est testimonium bonæ conscientie nostræ. Respondeo, Baptismus non potest esse nobis testimonium bonæ conscientie, nisi quatenus illa Dei promissioni de gratuita nostra propter Christum salute innititur, & in ea acquiescit: nõ autem in se, textus expressus I. Timoth. 1. v. 5. Acto. 23. v. 1. Ergo Dei promissionem spectat semper. Nam quandiu nos, nostraque opera spectat nostra conscientia, coram Deo tranquilla esse non potest: sed quandiu Dei in Christo promissionem intuetur, tunc est bona I. Timoth. 1. v. 29.

Quod autem ait iste, Aquam Baptismi sic nos spiritualiter actu seruare, quemadmodum Arca in diluuiõ seruauit Noachum, refutatur ab ipso Petro, qui ait nostrum Baptismum fuisse illius Arce exemplar, & *ἀν-*

τίτυπον. Ergo diuersitas fit in vtroque, Arca & Baptismo nimirum, quod ad salutis exhibendæ, & liberationis afferendæ modum, necesse est.

Quintum nostrum argumentum est ex testimonio Patrum, qui passim vocant Sacramenta, σημεῖα, σύμβολα, ἑμβλαστὰ, σφραγίδας & Sigilla. Basilius in exhortatione ad Baptismum, lib. 3. contra Eunomium lib. de Spiritu sancto cap. 12. Nazianzenus de Baptismo. Tertullianus lib. de Penitentia. Hieronymus in cap. 4. ad Ephesios, Augustinus de Catechizandis Rudibus cap. 26. lib. 19. contra Faustum cap. 11. Respondet Bellarminus aliter Patres, aliter nos vocare Sacramenta sigilla. Respondeo, Hoc falsum esse. Nam ex ipsius autorum locis hic à nobis annotatis facile apparebit Bellarminum mentiri, nos verum dicere. Et ipsemet Bellarminus col. 53. L. C. 9. Tertio. agnoscit Patres eodem significato, quo nos, nominare Sacramenta signa, & sigilla. Et hæc quidem de secunda Controuersia hæctenus.



TERTIA CONTROVERSIAM.

Ad Cap. xviii.

DE causis Sacramenti dicturum se pollicetur in hac controuersia Bellarminus tam bona fide, & tam verè scilicet, quam antea de Definitione Nominis, & Rei Sacramenti egit. In vtroque autem fœdissimè & grauissimè peccauit iste. Nam neque nomen, neque definitionem Sacramenti assequi potuit, potuitve Bellarminus: sed dogmata Christianæ fidei & doctrinæ contraria

traria manifestissimè tradidit. Nec verò hìc se meliorem virum, aut præstatiorem Theologum præstat. Verùm ubique errat, quemadmodum nõ nostra accusatio, sed res ipsa ostendet, & sua oratio, doctrinæque huc tradita.

De causis Sacramentorum dicturus est Bellarminus, res est planè facilis, & brevis tractatu. Sed eam inuoluit iste variis, & inutilibus quæstionibus, ut suum ingenium ostentet, & unum se sapere ostendat. Reliquos enim mortales etiã suos solum umbris pares facit. Hoc tamen ab isto tandem euicit veritas, ut & fateatur, & doceat in nulla parte locupletissimi huius de Sacramentis argumenti suos, seu Sententiariorum conuenire, & concordare inter se. Itaque incerta est, perplexa, & dubia tota eorum de hac re doctrina. In summa, quum rerum sint quatuor causæ, Nimirum efficiens, forma, materia, finis, vno, vel saltem, ut maximè, quatuor capitibus tota hæc quæstio explicari potuit, quam tamen in XIII. capita longissima molestissimè, & suo more, multa sæpe reperendo produxit, à Materia primùm orsus, quæ est vltima inter reliquas causæ, Nimirum ὕσπερον ὀπορέτω, ut Stomacho in nos suo indulgeret, præponens.

Age tamen Bellarminum audiamus. Aliquot theses hìc proponit, ut suos præceptores indòctos esse demonstrat.

Prima Bellarmini thesis est tantùm coniecturatis, non assertoria, non vera. Quamobrem eam asserere ne ipse quidem ausus est. Ait enim, Probabile est Sacramenta legis Veteris non habuisse res, & verba: sed res solas seu duntaxat. Respon-

deo. Thesis ista refutatur à Bellarmino sup. cap. 12. col. 31. L. D. §. *Quarta*. Vult enim hanc Sacramenti definitionem, *est sacræ rei signum*, vniocè conuenire omnibus & Veteris, & Nouæ legis Sacramentis. Ergo Sacramenta Veteris legis verba habuerunt, quia rem habuerunt, teste hic Bellarmino: Rem, Nempè promissionem Dei ipsius verbo pronuntiatam, & postea scriptam in Scriptura: ac proinde illa Sacramenta habuerunt etiam verba seu promissionem Dei adiunctam aliis Sacramenta, & rei sacræ signa non fuissent. Hoc ipsum confirmat iste ipsemet sup. cap. 9. in 4. & 5. conditione.

Refutatur à Patribus, Nimirum Augustino lib. 2. de Doctrina Christiana c. 2. & 3. lib. 3. cap. 8. 9. 10. in Iohan. xv. Tractatu 80. *Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum* lib. 19. contra Faustum cap. 12. 13. 14. Irenæo lib. 4. contra Hæreses cap. 34.

Refutatur à Scholasticis ipsis, Lombardo lib. 4. sentent. distinc. 1. cap. 2. & 4. Thoma in 3. parte quæst. 60. Art. 1. 2. & præsertim 6. Dominico à Soto lib. 4. dist. 1. quæst. 1. artic. 1. & 2. Martino Leusuno dist. 1. quæst. 1. artic. 1. & 2.

Refutatur à Paulo ipso Ephes. y. v. 6. Deus purgat lauacro aquæ per verbum.

Refutatur denique à ratione ipsa. Nam nisi verbum Dei determinaret significationem Aquæ, non magis ad lauandum, quàm ad bibendum adhiberi crederetur, & censeretur in Baptismo.

Ratio Bellarmini nihil valet, imò falsa est. Nempè in Sacramentorum, ait, Veterum ritibus nulla

nulla sit mentio verborum. Respondeo, Hoc in illis fuit verbum Sacramenti, per quod à Deo primum illa vetera Sacramenta fuerunt instituta: quod verbum tunc commemorabatur, quum illa Sacramenta administrabantur Genes. 17. v. 13. Exod. 12. v. 13. & 26 Deuter. 26. v. 5. Nec enim illa vetera Sacramenta fuerunt nudæ dantaxat, mutæque actiones, in quibus tantum ritus & actio aliqua sine vlla doctrina exercetur.

Apparet ex Numer. cap. 5. reperi solitam in administrandis illis Sacramentis Dei promissionem. Idem apparet ex Levit. 4. v. 15. 20. 24. 29, nec fuisse actiones istas mutas, quemadmodum existimat Bellarminus. Nam quod negat iste Aquam rufam, item purgantem in Zolotypia non fuisse Sacramentales aquas, fallitur. Refellitur enim Numer. 5. v. 17. Hebr. 9. v. 13. Numer. 19. Augustini libro in libro Numer. quaest. 33. Philo libro de *Sacrificantiis*.

Secunda thesis istius est hæc, In omnibus legis novæ Sacramentis sunt Res, vt Materia: Verba, vt forma. Respondeo, Hæc propositio si vera est, nulla sunt Sacramenta Pontificia, quia vel rem non habent, vel verba, sicut suo loco à nobis ostendetur, & hic testatur Bellarminus in fine huius paragraphi. Porrò licet sit verum Sacramentâ omnia rem & verba habere: falsum est tamen quod ait iste, Rem esse materiam: Verba, formâ. Nam Res & verba simul sunt, teste hic quoque Bellar. col. 55 L. C. D. materia Sacramenti, quâ (vt ille hic intelligit) verba illa pronuntiantur, & sunt vti signa. Forma vero cuiusque Sacramenti propria est modus ille, per quem sese fore nobis

seruatorem pollicetur, ac proinde se nobis applicat Christus, alio significato nimirum, & forma in hoc, quam in illo Sacramento. Ergo & ipsa verba, (quatenus habent illam Christi promissionem) tunc, & eo respectu, possunt dici forma Sacramenti: sed non sicut iste vult, & quatenus verba sunt pronunciata syllabæ & quantitates. Neque etiam qua verba sunt sæpe apud Scholasticos ipsa Sacramenti signa.

Tertia thesis Bellarmini est, Ut materiale Sacramenti est res, & verba: & totum ipsum sacramentum est in idem res, & verba.

Respondio, Primum hæc thesis reiecitur à Caietano in 3. part. quaest. 69. art. 6, & à Dominico Soto in 4. dist. 1. quaest. 1. art. 1. & 2.

Deinde refellitur inuincibili ratione. Nã hoc pacto totum sit pars sua: & pars sit suum totum. Nam si & totum Sacramentum, & pars Sacramenti, Nemp: materia, constant æqualiter rebus & verbis: nihil habet plus totum sacramenti, quam pars sacramenti: item pars tantum habet, quam suum totum. Habet enim & Res, & verba: quæ duo sunt partes integrales & constituentes, & quidem sola, totum quoduis Sacramentum.

Tertio refutatur hæc thesis, Quod diuini Sacramenti genus & essentiam red dit perplexam & incertam, Vtrum Sacramentum pertineat ad Res naturales, vel artificiales, quem ad modum hic ex Bellar. apparet. Certum est autem Sacramentum verum referendum esse ad res artificiales, non Naturales. Etsi enim res, qua constat Sacramentum, est à natura: ipsa tamen significatio ac proinde forma sacramenti est ab initio Del.

Ergo

Ergo ut Signum hoc in genere est res Artificialis & Sacramentum, quod ad Signum, eiusmodi tanquam ad suum genus, refertur, est res quoque Artificialis non autem naturalis. Quamquam multæ comparationes ex rebus naturalibus ad Sacramenta traduci possunt & propter analogiam, & propter compositionem.

Rationes Bellarmini pro hac sua thesi sunt omnes fatuæ, & ἀλογοι λόγοι. Prima est, Sic Concilium Florentinum loquitur, inquit. Respódeo, falsum est: Concilium enim ex Irenæo, ait totum Sacramentum constitui & componi ex Re, & Verbo: non autem ex his constare eodem modo illius partem unam, sicut iste in sua thesi ineptè scripsit.

Secunda ratio oppugnat Bellarm. Ait enim totum Sacramentum ex materia & forma constare: ergo singulæ illius partes eadem materia & forma non constant. Alioqui totum essent, non partes. Denique fallitur Bellarminus toto celo, qui putat significationem signi in Sacramentis esse naturalem. Imò est & ex instituto solo Christi, & ex voluntate. Ergo voluntaria est. Sed hebes iste de re, quæ captum ipsius obtusum superat, disputans, putat esse eandem significationem Aquæ, quæ naturaliter Aqua est: & quæ est in Baptismo signum remissionis peccatorum. Claustris sui gymnasij Suitici, & tenebris illis innutritus homo iste, mentis oculos altius attollere non potest, ut hæc tam augusta capiat tantæque Dei Mysteria homo renebrio.

Quarta thesis istius est, Et si Sacramenta constant rebus, ut materia: Verbis ut forma: tamen

verba Sacramenti res esse possunt, & res, verba
 Respondeo. Ista thesis seipfam refutat, tam est
 absurda. Facit enim materiam rei esse illius quo
 que formam: aut rem eandem esse materiam, &
 formam eiusdem rei. Quod est a *Γράτ* *Γ*. Idem
 enim esset rei eiusdem ratione determinatum
 quatenus est illius forma, & indeterminatum
 quatenus est eiusdem materia. Itaque hæc senten
 tia totam rerum naturam, quæ est Dei decretum
 & Physicum tollit, & evertit.

Refutatur eadem thesis ex eo, quod ab ipse
 Bellarmino probatur fallacia, quæ est Petiti
 Principij. Nam ad hanc de Sacramentis doctri
 nam probandam vitur argumento à rebus, quæ
 non sunt Sacramenta, ducto, qualis est Pœnitentia,
 & Matrimonium, de quibus ipse hic anxie &
 dubitanter disputat Bellarminus, vt suam hanc
 thesin probet.

Quinta thesis huius est, In omni sacramento
 res, & verba, velut partes essentielles neque se
 quiruntur, neque coniunguntur.

Respondeo, Confutatur hæc thesis ex definiti
 one generali Sacramenti supra cap. x. ab ipse
 probata Sacramentum est rei sacræ signum, Ergo
 & rem, & signum habet, necesse est Signum au
 tem habere non potest, nisi verba institutionis
 habeat. Refellitur quoque ab Irenæo lib. 4. cap.
 34. Lombardo lib. 4. dist. 1. cap. 2. Augustino lib. 1.
 de Doctrina Christiana, Et vbi que idem Augu
 stinus ait, Quid sunt Sacramenta, nisi visibilia verba
 Denique probatio huius thesis, quam affert ipse
 est mera fallacia A Petitione Principij. Suppo
 nit enim post cōsecrationem in Eucharistia non
 esse

esse re, & signa, ac proinde neque verba. Id quod est falsissimum. Prætermitto quod in Concilio Florentino quoduis Sacramentum dicitur constare Rebus & Verbis, velut suis partibus essentialibus.

Ad Cap. XIX.

Verbum & Elementum seu signum constitueret Sacramentum (ne quenquam, more suo, fallat Bellarminus, propter vocis *Verbum* ambiguam hic significationem) eatenus verum est, quatenus *Verbum* hoc loco metonymicè sumitur pro re verbo Dei promissa, & à signo significata. Nam, ut propriè, & citra omnem ambiguitatem loquamur, sic & dicendum & sentiendum est. Quoduis Sacramentum constare Signo, & Re signata, quam iste *Verbum* obscure vocat. Quam autem sumitur verbum pro certa quadà & invariabili syllabarum pronuntiatione & forma: falsum est Sacramentum componi verbo isto, & Signo: quo tamen postremo significato *Verbum* hoc capite & loco sumit Bellarminus. Ergo vafritiem hominis & veteratoriam artem omnes intelligant. Fallacia enim est tota huius oratio Ab *Azuo*.

Quare quum eiusmodi pronuntiato verbo & forma certa & invariabili verborum nõ constet Sacramentum vllum verum: sed eo solo verbo, quod in S. Scriptura expressum, Dei promissionem, seu rem significatam declarat, & continet, frustra de eo verbo pronuntiato hic agit, quarit, & disputat Bellarminus, quum in nullo sit, aut requiratur Sacramento. Itaque chartas commaculare hac inutili quaestione malitè Bellarmi-

nus, vt hoc suum volumen crassum, & onerosum
 æderet, & ex eo maiorem questum faceret: quam
 in tanta temporis huius vitæ breuitate & angus-
 tia breuis esse, & necessaria scitu solum com-
 plecti.

Verùm & has quoque Bellarmini ineptias ex-
 aminemus. Idcirco enim hoc tractat, quod hic
 tractat, vt maximi suorum (qui est de Transsub-
 stantiatione) erroris fundamenta veteratore por-
 nat, & spargat sensim.

Scopus huius totius capituli est, vt doceat ver-
 ba, (quæ vocat) Sacramenti, id est, certam quan-
 dam syllabarum à Ministro Sacramenti pronun-
 tiatarum ac prolatarum formam, certumque nu-
 merum, non proferenda esse coram populo, vt
 de re Sacramenti doceatur populus: sed vt signum
 Sacramenti consecretur, id est, re ipsa, & actu ma-
 tetur, & priorem essentiam suam amittat, & de-
 perdat. Sic verba Sacramenti mutat iste in veram
 ac meram Magiam.

Quod ait iste col. 59. L. B. à Caluino duplex ve-
 bum in Baptismo requiri, Vnum, de quo cõcio-
 netur, & quod explicet populo Minister: alterum
 quo baptizet, perfidia est in Caluinum. Neque
 verba, neque mens Caluini vsquam hoc habent.
 Neque nos discrimen constituimus in eo inter
 Baptismum, & Eucharistiam. Imò in eo simili-
 ma sunt hæc duo Sacramenta, quoniam in vtro-
 que verbum duntaxat institutionis seu promif-
 sionis rei sacræ à Deo factæ desideratur, & expli-
 catur. Illud igitur primum à Ministro commodè
 explicatur: deinde, si necesse est, breuiter singulis
 ad confirmandos eorum, quum signa sumunt
 animos

animos repetitur. Hæc nostra est sententia, hæc Caluini, hæc Melanchthonis : non autem ea, quam iste nobis malitiosè attingit.

Concionem, explicationemque institutionis Sacramenti (quod in Ecclesia præbetur) requirimus, velut rem ad significationem Signi capiendam, & intelligendam necessariam, & ad fidem in nobis gignendam. Nec enim Sacramenta diuina sunt sacra Eleusinae Cereris, id est, actiones muta & stupida. Ergo frustra quarit iste, Vtrum constituamus Verbi diuini & Sacramentum instituentis expositionem & concionem partem essentialem Sacramenti, quum antea duas solùm partes Sacramenti essentialis esse dixerimus, Nèpe Signum, & Rem signatam. Sed concio verbi institutorij requiritur, velut illius rei signatæ propositio & explicatio. Sed dum nostram mentem interpretari conatur iste, eam vel ignoranter euertit, vel maligne.

Tandem ad suas astutias recurrit, & ad fallacias (quas ipse Propositiones appellat) deuoluitur, quas iste magistraliter tanquam oracula quædam diuina sancit, quum tamen sint falsissima.

Prima thesis istius est, In omnibus Sacramentis requiruntur verba in celebratione Mysterij. Respondeo, Si *verba* vocat Bellarminus promissionem Dei verbo proutam ab ipso met Deo: deinde sacris literis mandatam, fate-mur eo sensu verba in omnibus Sacramentis requiri, & quidem necessario, dum celebrantur. Alioquin neque hæc actio, neque hoc signum absque verbo esset Sacramentum. Accedit ver-

bum, inquit Augustin Iohan. xv, id elementum
& fit sacramentum. Sed non est plena hoc ver-
sensu ista Bellarmini thesis. Est enim addendum
*Et eorum quoque verborum nota & familiaris ve-
quiriur explicatio, que populo fiat.* Ergo & Ver-
bum promittentis Dei in Sacramentorum ad-
ministratone desideratur, & illius expositio.

Sin autem per *verba* Bellarminus intelligit
certam quandam & præfixam ac inuariabilem
certarum vocum pronuntiationem à Ministro
factam, hæc propositio falsa est. Nec enim Deus
certis syllabis, certo ve numero earum, se, suas
promissiones alligauit. Nam effectum aliquod
syllabis, vel earum numero tribuere, & inde me-
tiri, & efficere quidpiam velle, est prorsus Magi-
cum. Ergo hæc propositio Bellarmini est tam
ptiosa seu fallax ab *Æquiuocatione* vocis *Ver-
ba*, si falso sensu suatur, quemadmodum hæc
Bellarminus facit, tum manca, & defectuosa,
vero sensu, &, vt oportet, intelligatur, vti iam
stendimus, & eam accipimus.

Rationes Bellarmini nihil valent. Prima est
Christus in Eucharistia certa verba instituit
Nempe hæc, *Hoc est corpus meum*, quæ Ministro
Sacramenti conciperet, ac proferret: ergo idem
in cæteris sacramentis verba quoque instituit
Ministro pronuntianda. Respondeo Bellarmini
no, Triplex est in hac vna ratione vitium, & fal-
lacia. Prima Ab *æquiuocatione* vocis *Verba*
Deus enim seu Christus in Eucharistia, sicut in
Baptismo, rem signatam promisit ipse loquens
& instituens hæc Sacramenta. Ergo & Baptismus
& Eucharistia habet verbu institutionis, in quo
pre-

promissio rei diuinæ continetur. Sed non habet verbum consecrationis, prout intelligit iste, id est, certum syllabarum numerum, ad quarum pronuntiationem fiat mutatio essentiae signi. Hoc enim est magicum. Ergo fallit iste, & fallitur in ambigua voce *verba*. Secunda fallacia est, A non causa, seu Petitione Principij. Nam falsum Principium sumit, Nempe Ministrum Sacramenti debere in sua persona concipere hæc verba, *Hoc est corpus meum*, sicut Christus illa concipit, & pronuntiavit. Differt enim in Sacramentis autor ipse Sacramenti, qualis est Christus, ab eiusdem Sacramenti Ministro. Hæc duo confundit iste. Sunt quidem verba Christi institutoria recitanda à Ministro: sed non in sua persona. Ellet enim hoc pacto hoc Sacramentum sacramentum mendax & falsum. Nec enim Panis est corpus Ministri. Tertia fallacia est A non Consequente. Nec enim sequitur, vt Baptismus habeat omnia, quæ habet Eucharistia, quoniam vtrumque est Noui Testamenti sacramentum. Habet Eucharistia præceptum de examine fidei eius, qui signum S. Cœnæ sumit I. Corinth. II. v. 28. Baptismus in omnibus idem præceptum non habet.

Secunda Bellarmini ratio est, Dixit Christus, *Facite*. Ergo vult Ministrum & in sua persona, quæ Minister est, concipere ista verba præcisè, *Hoc est corpus meum*: & per ea voluit & vult Christus mutari essentiam seu substantiam signi. Respond. o. Quum addiderit Christus, *In meam commemorationem* Luc. 22. v. 19, I. Corinth. II. v. 24. satis ostendit aliam esse tuam, aliam Ministri sacramentum, id est, signum dantis personam. Nec

debere Ministrum Signi eadem de se fari & sentire, quæ Christus de se dixit, & sensit. Nec enim corpus Ministri pro nobis fuit crucifixum. Deinde quum per hæc verba, *Hoc est corpus meum*, Christus S. Cœnæ suæ rem ostenderit & promiserit: Panis substantiam nullo pacto aboleuit, argumento vers. 29. Matth. 26. ubi Vinum post hæc verba vocat *fructum à Vite productum*. Sic Minister debet recitare verba Christi, quatenus sunt illius Sacramenti institutoria, & rei signatæ promissoria: non quatenus sunt signi substantiam mutantia, qua vocat iste, sed falso, *Consecratoria*. Denique si hæc sententia Bellarmini esset vera, verba Baptismi mutarent essentiam Aquæ in Baptismo. Id quod esse falsam ipsimet Scholastici agnoscunt, & fatentur.

De his verbis Baptismi, *Baptizo te in nomine Patris, &c.* quærit iste, quid sint? Respondeo sunt verba explicantia Dei promissionem antea factam à Deo ipso in prima Sacramenti huius institutione. Monstrat enim Christus eam promissionem esse verissimam, quoniam in Baptismo Pater, Filius, & Spiritus sanctus operantur. Pronuntiantur autem à Baptismi Ministro hæc verba in sua persona, & simpliciter, ut sunt, quis, nō, ut verba S. Cœnæ, confundunt personam Christi & Ministri. Nam & Minister baptizat signum dans in nomine Patris: & Christus baptizat igne & Spiritum Baptismi, id est, Vinum eius conferens Matth. 3. v. 11. Verba autem Christi non pronuntiantur, vel ut mutatoria essentia signi Aquæ: vel ut causativa gratiæ, quæ in Baptismo baptizatis conferretur: sed ut rei seu gratiæ, quæ datur, expo-

suro-

storia.

At excipit iste. Non iussit Christus ea verba à Ministro pronuntiarì. Respondeo, Mi homo, latinus es, qui hoc scribas, quum disertè contrà scripserit Matthæus x ore Christi Matth. 28. v. 19. Aut enim his verbis præcisè est utendum, aut aliis æquivalentibus, & idem significantibus, ut res signata in Baptismo declaretur, sicut fecerunt Apostoli Act. 2. v. 8. 8. v. 16.

Quare quod iste blatterat de Ecclesiæ praxi & consuetudine, ineptum est, quum habeamus Christi iussum. Quod ait Apostolos ædidisse miracula, non appellato palàm nomine Christi, sed tantum intra se cogitato, falso falsius est. Refutatur enim ex Act. 9. v. 34. 14. v. 10. 3. v. 6. & 12. Sed iste blattero nihil aliud in tota hac disputatione agit, quàm quod ineptit, & omnia confandit, neque se, neque nos, neque S. Scripturam intelligens miser.

Quod de Pontificiis aliis Sacramentis addit, ea habere certam verborum formulam à Christo institutam, falsum est, & à nobis suis locis refutabitur. Nec enim illa sunt Sacramenta. Præterea quos iste citat autores, illi enim oppugnant. Alij enim negant vlla in his esse verba: alij rem vllam significatam: & illa Mysteria duntaxat vocant, non propriè Sacramenta.

Secunda thesis istius est, Verbum concionale non requiri ad vllius Sacramenti essentiam. Respondeo, Inutilis prorsus est ista thesis. Suprà enim apertè testati sumus essentialiter Sacramenti partes esse duntaxat duas, Nempe Signum, & Rem significatam. Verùm quia Res significata

absque promissionis Dei (quæ verbo ipsius Sacramenti institutoria continetur) explicacione non potest intelligi : idcirco verbo *expositorio* istius promissionis opus est, quod iste nominat verbum *Concionale*. Sic muneris, quod ad te per meum famulum mitto, essentia tota posita est in re donata à me, & meo erga te affectu. Quum tamē meum illud munus tibi tradit famulus meus, necessaria est ea, quæ fit ab eodem, voluntatis & benivolentiæ erga te meæ declaratio, quæ tamē istius muneris pars non est. Ergo explicatio promissionis Dei ad Sacramenti legitimam administrationem requiritur: vti ad illius participacionem veram, fides: neutra tamen vt pars essentialis Sacramenti, vtraque tamen, velut res ad verū Sacramenti vsum necessaria. Quare tota ista ratio est fallacia A non consequente. Explicatio Dei verbi non requiritur, vt pars essentialis Sacramenti: ergo non requiritur. Est etiam vitium A dicto secundum quid.

Quod autem iste negat, quum Discipuli Christi baptizaret Iohan. 4. v. 2. eos verbum vllum de Dei promissione, & re signata in Baptismo fecisse. Item, quum credentes baptizantur, negat oportere commemorari iis rem signatam in Baptismo Marc. 16. v. 16, fatuus est. Discat ex Marc. 1. v. 4. Act. 2. v. 38. eos qui baptizabantur, prius vni Baptismi edoctos fuisse, & hanc illis prius fuisse à Ministris explicatam, quam baptizarentur, siue illi Apostoli fuerunt, siue alij. Confirmatur nostra sententia Matth. 28. v. 19. & Ephes. 5. v. 26. vbi nominati & doctrinæ, & verbi Dei cum signi administratione, adiungendi datur præceptum.

Quid

Quid igitur iste rem tam certam præfractè negat?

Excipit Bellarminus in iis, quos iam proxime citauimus, locis non agi de verbo Dei explicando, aut expositorio, sed consecratorio, id est. mutante essentiam signorum. Respondeo. Ipse se refutat col. 63. L. A. 9. *Remanet*, ubi concedit ac fatetur instructionem de Dei promissione, & re Baptismi præcedere debere signi collationem in eo, qui iam istius doctrinæ capax est. De inde quomodo & doctrina dici potest (quam requirit Christus Matth. 23. vers. 19.) nisi doceatur; & Verbum vitæ in lauacro aquæ potest inesse, & coniungi, nisi intelligatur? Nam tunc verbum Dei fit nobis verbum vitæ, quum intelligitur, & creditur Iohan. 6. vers. 40. 2. Corinth. 2. vers. 15.

Tam ineptus est, ut sit planè ridiculus, Bellarminus, quum negat Christum, priusquam signum Sacræ Cœnæ præberet, instruxisse suos discipulos. Quid igitur, & quò spectabat tota concio Christi de efficacitate suæ carnis per fidem sumptæ, Iohan. 6? Quò spectabat doctrina tota Christi, prius à se tradita suis Apostolis? Quò denique verba hæc ipsa Christi in ipsa S. Cœna, *Hoc est corpus meum, facite in mei recordationem, Quod pro vobis tradetur.* Quæ breuiter ab Evangelistis commemorata latius à Christo ipso fuerant explicata discipulis.

Quod sex rationibus iste probare nititur, Cōcionem aut explicationem verbi Dei promissionis non esse partem essentialem Sacramenti

frustra se in eo fatigat. Concedimus. Quis enim hoc vnquam dixit? Certè nostrum nemo. Clam quidem explanationem requiri in vtu & administratione Sacramenti docemus, & quidem necessario: non tam en vt partem essentialem Sacramenti: sed vt doctrinam nos de re à signo significata docentem, ac propterea veram Sacramenti vim & naturam explicantem, & ad fidem in nobis confirmandam vtilem, ac necessariam. Nam fides est notitia non ignorantia. Sic explicatio meæ erga te benevolentia, & voluntatis, non est illa quidem pars meæ illius Voluntatis: sed illius expositio, tantum, & declaratio, quonia alioquin tibi esset ignota, & inutilis.

Verùm sex rationes pro eo Bellarmini nihil valent. Prima iam refutata est. Secunda, inepte colligit, & concludit, si concio coniungatur cum se qui administratione, Ergo concionem esse signi administrationem. Imò coniungitur, quia diuersa est. Nihil enim secum coniungi & coherere dicitur. Si panis coniungitur cum iure: ergo Panis est ipsum ius. Tertia ratio est figmentum argroti Bellarmini & somniantis. Fingit enim nos velle, concionem esse formam Baptismi. Hoc neque dicimus, neque cogitamus. Quarta ratio eodem insani cerebri Bellarmini vitio, & morbo laborat: ergo iam refutata est cum tertia. Verùm illud observa, Lector, impudenter mentiri Bellarminum, dum ait eos, qui à nostris forma Christi seruata sunt baptizati, non rebaptizati à suis. Totà Gallia hoc esse putidissimum mendacium nouit. Rebaptizant enim Papistæ eos, qui sunt à nobis baptizati ex Christi formula.

Quinta ratio est cavillatio impia Bellarmini in Calvinum. Nam Calvinus probat Baptismum Papistarum, propter formam, non propter cetera. Itaque vetat eum repeti. Concionem autem neque Calvinus, neque vllus nostrum facit Baptismi formam, quemadmodum delirus iste Mohæhus fingit, & somniat.

Sexta ratio eadem falsa præsuppositione nititur, qua tres superiores. Ergo iam explosa, & rejecta est. Forma enim Baptismi est applicatio Christi, & salutarium gratiarum ex eo manantium, quæ purgant nostra peccata, & vitam novam in nobis efficiunt. Roman. 6. Tit. 3. v. 5. Quare quod iste Calvino ex ipso Calvino obicit, prorsus ineptum est, & commetitur. Nec enim forma Baptismi Calvino est concio.

Tertia propositio Bellarmini est, In Sacramento quovis certa verborum forma requiritur non tam ad instructionem hominum, quam ad consecrationem signorum, id est, eorum substantiæ immutationem, teste & interprete ipsomet Bellarmino col. hac ipsa, & hoc ipso paragrapho.

Respondeo Satis hæc thesis refutata est ex superiori nostra disputatione. Nec enim Sacramenta divina sunt actiones mutæ, sed fidei nostræ (quæ cognitionem requirit) iuvanda instrumenta, & promissionum Dei nobis explicatarum signilla, & firmamenta.

Rationes tamen Bellarmini contrarias nostræ sententiæ perpédamus. Sunt enim omnes & falsæ, & ineptæ. Eas nihilominus audiamus. Prima est hæc, Verba Christi in Baptismo non habent formam instructionis, sed benedictionis, Nem-

pe ista, *Baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Respondeo, *Nomen* illic nomen virtutem, & potestatem significat, vti & Philip. 2. v. 10, & his ipsis, quos citat, locis Marc. 16. v. 17. Act. 3. v. 6 Math. 7. v. 22. Ex quo fit, vt quum docet Christus esse baptizandum in nomen Patris &c hoc velit, esse explicandam virtutem & potestatem Patris, Filij, & Spiritus sancti in baptisimi virtute, & re conferenda, & eorum diuinarum personarum actiones, & opera in Baptismo. Ergo illa Christi verba formam & præceptum de instruendis fidelibus continent: non ad signum Aquæ referuntur, nec illius vllam mutationem in materia, consecrationem, & incantationem. (Hanc enim cōsecrationem vocat hoc loco iste) fieri iubent & docent. Quod autem addit iste nō solum debere nos instrui de Trinitate, dum baptisimus datur, est fallum. Instructio enim de operibus Beatæ Trinitatis erga fideles totā Christianæ fidei doctrinam breuiter continet & complectitur, teste Symbolo Apostolico, & 1. Iohan. 5. vers. 8.

Secunda Bellarmini ratio est, Verba S. Cœnæ dicuntur verba *benedictionis* 1. Cor. 10. v. 6: ergo non sunt instructionis. Respondeo, falsam esse consecutionem. Nam illa eadem verba sunt & benedictionis, & instructionis. Benedictionis quatenus ex his sacer & sanctus signi Sacramentalis vsus declaratur. Instructionis, quoniam eadem ipsa declaratio finis & sacri vsus signi ex instituto Christi, est fidelium instructio, & verborum Christi expositio ad fideles. Id quod & Paulus 1. Corinth. 11. v. 23. & Patres, Cyrillus Hierosolymitanus

ranus in Catechismis Mystagogicis, & Augustinus in lib. de Rudibus Catechizandis, & lib. de Fide & Symbolo docent.

Tertia Bellarmini ratio est omnino nulla. Sic enim fatetur, Paulus ait nos in nomen Ministrorū Ecclesiasticorum non baptizari: ergo verba Baptismi non requiruntur, quæ baptizandum instruant. Respondeo, Hanc rationem non magis concludere, quàm ista quidpiam efficit, Petrus ruffit, quia baculus est in angulo. Discat igitur ratiocinari Bellarminus.

Quarta ratio istius est, Qui hæretici in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti non baptizant, eorum baptismus fuit repetitus aliorum nõ item: ergo verba hæc Baptismi, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, consecrationis signi gratia profertur, non autem instructionis fidelium. Vtrique enim illi hæretici circa Trinitatem æquè errabant. Respondeo, Et hæc quoque Bellarmini conclusio inepta est, & falsa quoque illius assumptio, Hæreticos, qui ex Christi formula baptizabant, æquè tamen errasse in doctrina de Sancta & beata Trinitate, atque ij, qui non ex Christi formula baptizabant, errarunt. Refellitur enim Bellar. ex Niceni Concilij primi cap. 8. Concil. i. Arelatensi cap 8 can. *De Arrianis, consecrat. dist. 4. Sozomeno lib. 7. cap. 12.*

Quinta Bellarmini ratio ducitur ab autoritate Patrum, qui verba Sacramentorū vocant consecrationis verba, non instructionis, Dionysius Ecclesiast. Hierarch. cap. vlt. Cyrillus Catechesi 3. Nothus Cyprianus de Baptismo, Ambrosius lib. 2. cap. 5. de Sacramentis. Nam Iustinus Mar-

tyr, Basilius, Athanasius, Nissenus (quos hic citat) nihil eum iuvant. Respondeo igitur Bellarmino, vocem *Sanctificationis*, seu *Consecrationis* apud Patres significare declarationem usus signi Sacramentalis, qui ex iussu o Dei sanctus, & sacer esse debet: non vulgaris, aut instar reliqui Panis communis. Nam illa signa Sacramentalia ex Christi mandato ad usum factum sumi in Sacramentis, seponique docebant Pastores. Ergo doctrina & institutione fidelium opus erat, que fiebat prius à Pastore seu Ministro, quam ipse sacramentum administraret, & signum præberet. Ita que adulti ante Baptismum catechizabantur, & omnes ante S. Domini Cœnam, sicut apparet ex Patrum ipsorum Catechismis, qui etiam nunc hodie extant, velut sunt Cyrilli Catechismi, & libri Augustini de Catechizandis Rudibus, de dei Symbolo ad Catechamenos. Ex quo fit, ut e mente Patrum *Verba Consecrationis sint, Verba Institutionis* quoque. Nec modò Signa ipsa sic sanctificabant, id est, ad usum factum destinata esse dicebant Patres: sed & eos quoque ipsos sanctos esse demonstrabant, id est, sanctificabant, qui illa signa participabant. Gregorius Nissenus lib. de Baptismo, Athanasius serm. 3. contra Arianos interprete Bellarmino, hic, col. 66. L. A. Iustinus Martyr in Apolog. ad Antonium Pium. Basilius cap. 15. de Spiritu sancto. Ergo hæc fuit consecratio signorum in Sacramentis ex mente Patrum. Nempe vera & sola declaratio sacri usus signi, non ipsius incantatio, quemadmodum hic putat Bellarminus, non ipsius materia signi deificatio, & exaltatio in ordinem verarum causarum nec

stra apud Deum salutis. Signa enim, & eorum
 vsum, à re signata & opere Spiritus sancti distin-
 guebant. Cyrillus Catech. 3. *Aqua corpus mundat:
 Spiritus signat: & Mundat animam.* Augustinus
 lib. 3. cap. 4. de Trinitate. Tract. 80. in Iohannis E-
 uangelium, lib. 3. cap. 10. de Baptismo. Itaque ra-
 tio ista quinta Bellarmini est fallacia Ab æquivo-
 catione vocis *Consecratio*, quam aliter iste, Patres
 aliter sumunt. Patres pro ipsa populi instructio-
 ne de sacro vsm istius signi Sacramentalis ex Dei
 verbo: iste Bellarminus pro materiæ eiusmodi si-
 gni mutatione, deificatione, & virtute, qua signū
 ipsum nobis salutem æternam & gratiam confe-
 rat. Quæ sententia blasphema est. Transfert enim
 solius Dei proprium opus in meras creaturas,
 easque mutas, qualis est signum seu elementum
 Sacramenti.

Ad Cap. xx.

Quanquam sua tueri non potest Bellarmi-
 nus, nostra tamen invadere, & euertere ten-
 tat, & conatur. Itaque vult ad nostrorum argu-
 menta respondere ille quidem, verum non po-
 test, vt res ipsa, solutionesque demonstrabunt.

Primum nostrorum argumentum est ex Tra-
 ctatu 80. Augustini in Iohannis Euangelium, *Ac-
 cedit*, ait Augustinus, *Verbum* (nimirum institu-
 torium, nō essentia, aut qualitatis signi mutato-
 rium, vt iste somniat) *ad elementum, & fit Sacra-
 mentum.* Addit enim Augustin. *non quia verbum
 dicitur, & pronuntiat: sed quia creditur. Fide enim
 Deus non signum, mundat corda* Act. 15. Respon-
 det Bellarminus variè, & perplexè, suo more,
 quia solvere, & depellere tam robustum in se ar-

gumentum & telum non potest. Primum enim varias & incertas huius loci interpretationes, ingenij sui ostendendi gratia, recenset. Deinde tandem eò decurrit, & confugit, ut, quia hoc Augustini loco, mirè & ipse, & sui premuntur, negent Augustinum illic agere de Verbo institutoris Sacramenti expositorio: sed signi essentia, & qualitatis commutatorio. Respondeo Bellarmino, Imò de Verbo & Concionali, & quod idem est Expositorio institutionis agit Augustinus. Adidit enim *Hoc verbum* quod accedit ad elementum, *credi debere*. Ergo illud verbum prædicari oportet. Quomodo enim credent ei verbo, nisi prædicetur, Roman. 10. v. 14? ex quo fit, ut dicat idem August. *detrabe verbum* (nempe institutorium & institutorij concionatorium seu expositorium) *quid erit Aqua, nisi Aqua* seu signum? Id quod est verissimum. Itaque ibidem ter addit Augustini hoc verbum prædicandum esse populo, non autem insulurandum signo. Falsissimum igitur est, quod inquit iste, Nempe detracto institutionis Baptismi verbo, Aquam esse nihilominus signum sanctificationis nostræ. Id quod refutatur Ephes. 5. v. 26 propter, & per verbum vitæ lauat Aqua nos in Baptismo, ait Paulus.

Porro dicitur verbum accedere ad elementum, quia tota actio Baptismi, & cuiusvis Sacramenti, verbi institutorij, expositione, & signi applicatione constat. Itaque ineptus est iste, qui vult Signi præbitionem præcedere debere promissionis Dei declarationem, quæ est velut Scriptura, quæ præire debet, ut ei signum applicetur, & apponatur, velut sigillum. Nusquam autem ait

Augusti-

Augustinus Aquam, ut causam purificationis nostræ, nos mundare (quod illi tribuit, & quidē falso, iste) sed Aquam esse signum ex Dei promissione & verbo purgationem illam nostrā à Deo factam obsignans, & quod Baptismi Aquam consecrari, ait Augustinus, id vult, declarari per expositionem verbi institutorij illam Aquam ad sacrum usum destinari. Denique vult Augustinus hoc verbum (quod institutionem Sacramenti habet, quodque in concione exprimitur) credi, ut hoc elementum sit verè sacrum signum aliud sumentis. Quæ omnia pulchrè nostrā istius loci Augustini interpretationem confirmant: quemadmodum & prima illa sententia, quam iste ex suis refert, & quam quum Bellarm. refutare vult, omnino se prodit à Θεολογον. Nam negat verbum institutionis prædicari debere, item debere à sumentibus Sacramentum credi, item esse illud verbum, à quo Sacramentum vim suam habet. Hæc quum iste negat, se hominem veræ sacramentorum naturæ protus ignarum ostendit.

Sed brutus homo iste est, qui ait Sacramenta constare alio, quàm institutionis, verbo. Quo verò, Nempe Magico, sicut iste putat, per quod signi essentia, vel naturalis qualitas mutetur, & abiciatur.

Item insanus, quum inquit, in eo loco Augustinum loqui, confuse, & æquivoçè seu perturbatè modò de verbo Ceremoniali seu consecratorio & Sacramentali quod vocat: modo de verbo expositorio promissionis Dei. Falsissimum istud. Nam de verbo expositorio institutionis duntaxat agit, ut locus ipse Augustini ostendit,

& perplexitas atque angustia, in quas alia interpretatio Bellarminum coniecit id probat. Multa enim hic absurda dicit, Velut Aquam, Ut causam, mundare in Baptismo animas. Vim cam, si qua est, non esse à verbo Sacramentali: Vocem *Iesus* fugare Dæmonas, & penè infinita alia, quæ postea suis locis refutabuntur, & nunc non est narrandi locus. Multa prætereà inepta & falsa asserit fingit bonæ, & piæ illi Augustini sententiæ, *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Tract. 80. in Iohannem.

Secundum nostrum argumētum est, Mutatio substantiæ, vel qualitatis naturalis in signo inhaerentis per certa verba, certasque syllabas est verissima Magia, à Deo damnata, Deuter. 18. v. 10. ubi: quæ in Sacramento veritatis & diuino (quæ sit Magia & fallacia, & à Satana) interuenire non debet. Quare nulla sunt in veris Sacramentis huiusmodi verba, siue Sacramentalia, siue cæremonialia, siue consecratoria, ad tegendum huius erroris scelus, illa vocentur, ac nominentur. Respondet Bellarminus, Primum & potissimum inficiatione sola. Negat enim hoc esse Magiam, quod vi certorum verborum res Pontificij mutant, quia id faciunt virtute Sacramentalium verborum, Res à Deo institutorum, ait. Respondet Bellarmino, Ipsum se refutare. Nam Sacramentale, & Consecratorium verbum supra fecit diuersum à verbo Sacramenti institutorio. At in Sacramentis solum verbum institutorium est à Deo. Ergo verbum Sacramenti Consecratorium, vt hic capit iste, non est à Deo. Ex quo fit, vt sit ista mutatio signi (quam Pontificij fingunt)

gunt) vera Magia, & à Satana, non à Christo, non
 ab ipsius verbo, profecta. Nec excusantur illi &
 crimine Magiæ, quemadmodum hic suus Bellar-
 minus exculare nititur, quoniam credunt Chri-
 stum sic instituisse, id est, certa verba pronun-
 tianda in Sacramentorum administratione præ-
 scripsisse, per qua eiusmodi mutatio rei fieret.
 Nec enim ista Pontificiorum non fides, sed cre-
 dulitas eos à crimine veræ Magiæ purgat. Nam
 ipsi Magi & incantatores, dum suam Magiam
 exercerent, credunt Diabolum ex pacto ea posse
 efficere, quæ promittit, & verba, quibus utantur,
 eam à Satana virtutem accepisse. Quo quid cum
 ista Pontificiorum consecratione similis, &
 conformis? Certè nihil.

Excipit Bellarminus Deus Numer. 5. Vim aquæ
 tribuit statim interficiendi mulieres adulteras: &
 cap. 21. Serpenti aeneo virtutem dedit sanandi: et
 go & verbo Baptismi Vim mutandæ Aquæ dare
 potest? Respondet Bellarmino ex Tertulliano
 in Praxeam, non quid possit, sed quid velit Deus,
 est nobis spectandum: & quid cum ipsius natu-
 ra, maiestate, gloria consentiat. Nec enim eam
 virtutem Deus vllis creaturis tribuere potest,
 quin eas ipsas veros & essentielles Deos faciat, &
 suam in eos potestatem transferat. Id quod &
 cum Dei verbo, & gloria manifestè pugnat, *Glo-
 riam meam alteri non dabo* Il. 42. v. 8: & cum ipsa
 rerū creatarū natura, quoniā illæ verus Deus fieri
 nō possunt. Deniq; falsum est Aquam, de qua est
 Numer. cap. 5, habuisse vim interficiendi, & Num.
 c. 21. serpentē aeneū vim sanandi. Ista enim erant
 datæ signa iræ, vel misericordiæ Dei. Mors autē

illa, vel sanatio ab ipso Dei Spiritu immediate fiebat: vti quum Petrus sua voce dicitur interfecisse Ananiam Actor 5. non vox Petri, sed vis Spiritus sancti, id effecit mentitus fuerat Ananias cap. 5. v. 3. & eum occidit. Sed Petri vox declarauit quid in Ananiam facturus esset Dei Spiritus.

Tertium argumentum nostrum est, Christus in Sacramentis iubet, vt se imitemur: nullis autem verbis signorum essentiam vel qualitates mutauit: ergo neque nos vult ea, dum Sacramenta damus, vllis verbis immutare. Nihil responderet Bellarminus ad hoc argumentum sola inficiatione se tueretur, & latirat. Negat denique Christum priusquam suam sacram Cœnam institueret, vllam concionem de sua in ea Cœna promissionem, & signorum illorum significatione præmississe. Respondeo Bellarmino, Hoc falsissimum esse. Nam & ex professo, Iohan. 6, & tot suis concionibus aliis quid à se, & suæ carnis vsu expectare pij omnes deberent, Christus luculenter & copiose antea docuerat: & in ipsa S. suæ Cœnæ institutione idè disertè dixit, *Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus*, & suam promissionem & signorum S. Cœnæ significationem hac concione explicans id quod vox *benedicendi* declarat. Dicitur enim Marc. 14. v. 22. Matt. 26. v. 26. Christus prius Panem benedixisse quàm eum frangeret, & discipulis suis porrigeret. At illa Christi benedictio fuit concio & expositio finis istius Sacramenti, quod instituebat, quæ præcessit signi præbitionem, vti nos facimus, ex quo fit, vt Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Paulus 1. Corinth. 11. Bellarminum condemnent erroris: & nos eum quoque mendacij, dū ait

ait Calvinum, Concionem & Sacramentum idem facere, eaque non distinguere & tempore, & officijs. Id quod fallum est. Nos enim ea distinguimus sicut & doctrina nostra, & praxis in S. Cœna luce meridiana clariùs demonstrat.

Ad Cap. XXI.

Sanctus est & pius in speciem huius Capituli titulus, Neque res, neque Verba Sacramentorum à Christo instituta mutari vlllo pacto oportere, aut posse. Verùm re ipsa est fallax, captiosus ac insidiosus. Hoc enim præfatus iste ut postea docent, & falsò colligat: ergo virtutem quãdam celestem, ac diuinam inesse in ipsis verbis & syllabis, quibus est vsus Christus, ad signa sacramenti deificanda, & in gradum causarũ nostræ salutis euehẽda. Id quod est in Deum sacrilegum. Deinde ex hoc ipso titulo tam pio *καθ'* *υπαρ*, causas nobiscum, qui piè de hoc ipso sentimus, rixandi: & sui ingenij curiositatem *καθ'* *υπαρ* ostentandi quærit homo iste miserè ambiciosus. Ergo & hoc caput examinemus, quod concedi à nobis poterat, si sanè, piè, & rectè titulus iste intelligeretur.

Verùm hic ipse Titulus damnat Scholasticos omnes, qui in Sacramentis & res à Christo institutas mutarunt, velut vinum in S. Cœna: illis addiderunt, velut Aquam: in Baptismo, sputa: verba corruerunt. *Hoc est corpus meum. &c. Hoc est sanguis meus.* Sed homo iste vertiginis spiritu abripitur, neque pensi quidquã habet, modò nobiscum rixetur, id est, contra veritatem pugnet. Itaque & se, & suos omnes euertere mauult, quàm nobis sana in hoc ipso præsertim argu-

mento sentiētibus assentiri, vel nos sinere quietos. Istius enim hominis tota quies, ac voluptas est nostri vexatio, sicut Diaboli fuit tota felicitas Iobum & pios homines cruciare.

Ergo age hoc Bellarmini caput discutiamus. Primum calumniosè Lutherum, & Brentiū accusat inconstantia, Quod verba Christi sacramenti institutoria mutari posse modò dixerunt modò mutari posse negarunt. Respondeo, Ratione doctrinae, & sententiæ in his verbis comprehensæ vterque & Lutherus, & Brentius negant hæc Christi verba mutari, aut euerti posse, id quod sentire piissimum est: Ratione verò syllabarum, & certorum verborū imitari posse dixerunt: id quod scribere est doctorum Theologorum. Contrà eum velle, Nempe vim Sacramentorum certis vocibus & syllabis esse affixam & alligatam. (Id quod & sentiunt, & scribunt Scholastici) est impiissimum. Itaque Apostoli ipsi in Baptizando Christi verbis non se astrinxerunt præcisè Actor. 2. v. 38. 8. v. 16: & in recitanda institutionis sacræ Domini Cœnæ formula, Paulus 1. Corinth. 11. v. 24. 25. (quod ad verba) differt ab omnibus Euangelistis: sed non quod ad mentem, & sententiā Christi. Ergo vana est ista Bellarmini in Lutherum, & Brentium, calumnia, lib. de Captiuit. Babyl. c. de *Baptismo*, & Brentius in Catechismo, cap. de Baptismo.

Iam ipsas Bellarmini theses audiamus. Prima est, Res ab ipso Deo determinata & certæ sunt, & esse debent in Sacramentis. Hæc thesis in se verissima est, & sic à nobis conceditur: ex sensu Bellarmini, falsissima est, & in eo sensu à nobis negat

negatur, Nempe quia signa, inquit, Sacramento-
rum gratiam nobis conferunt. Id quod est falsis-
simum, & in Deum blasphemum, teste etiam Bel-
larmino hoc loco, qui ait *solius esse Dei gratiam
dare.*

Porro multa hinc falsa ex sua sententia colligit,
& habet Bellarminus, in quibus omnibus etiam
suorum Sententiariorum summas inter se dis-
cordias quoque, & quidem in præcipuo fidei
Christianæ capite describit, & turpitudinẽ Pa-
trum suorum, contra legis veteris præceptum,
dereggit. Falsa sunt ista, vetera Sacramenta fuisse
solum typos nostrorum, non ipsius Christi: item,
Legalem. & Politicam tantum munditiem, non
spiritualem Iudæis obsignasse: Sacramenta ante
legem datam non fuisse verbo præscripta Patri-
bus à Deo, sed per tacitam quandam inspiratio-
nem iis teleuata, Licet Thomas in 3. parte q. 60.
Artic. 5. ad 3. id scripserit. Sed refutatur ex episto-
la ad Hebræos cap. 11. vbi Patres fidem habuisse
dicuntur. Fides autem absque Dei verbo præce-
dente, & expresso, esse non potest. Ergo ea que
Patres ad Dei cultum agebant, ex Dei tecum lo-
quentis verbo didicerant.

Secunda thesis istius est, Verba quoque sunt
in Sacramentis à Deo determinata, quæ mutare
non licet. Respondeo, si Bellarminus verba pro
Dei promissione ab eo ipso verbis explicata su-
mit, hæc propositio vera est: itaque eam conce-
dimus. Nam à nobis eam sumpsit, & sic primum
videret ipsemet intellexisse, col. 74. L. B. §. *Secun-
do*: sed in tam pia sententia diu Bellarminus non
perstat, nec permanet. Sin autem, *Verba hæc de-*

terminata sumantur, & intelligatur *de certa quadam certorum verborum*, & syllabarum formula, in quibus sit inclusa virtus sacramenti (quo sensu hic iste accipit sicut apparet col. 75. lit. A) hoc Magicum est, & falsissimum.

Tot autem præmunitiones cantiones, expositiones addere nihil fuit necesse. Est enim facilis huius thesisi sententia. Sed nodum in scirpo querit Bellarminus ut se magnum Palæphatum ostentet. Præterea ex his ipsis tot cantionibus, quam sit perplexa inter istos hæc de Sacramentis doctrina, apparet, & quam onerosum iugum, quor præceptis constet: denique quam graves sint inter Scholasticos de præcipuo fidei, lucæ capite contentiones, & discordiæ, cernitur.

Probare suum errorem conatur Bellarminus, sed nihil efficit. Est autem iste error, vim & efficacitatem Sacramentorum alligatam esse certis illis syllabis & verbis, eorumque pronuntiationi, & denuntiationi. Prima huius ratio est, Verba à Deo instituta non sunt mutanda: ergo nec verba Sacramenti. Respondeo, Quum verba mentis explicandæ gratiâ sunt comparata, non mutantur ex mente loquentis, si aliis syllabis & verbis mens illius sana & sincera exprimatur. Apparet in Legatis Principum, qui Principis sui mandata verbis aliis explicant, quam quibus exposuit, eaque dedit ipsemet Princeps. Verum ille à Dei institutione recedit, qui verba Sacramenti in Magicam virtutem, & rerum naturas mutantem conuertit. Quod Bellarminus facit.

Secunda, & tertia ratio coincidunt, Nempe, uti materia Sacramenti non est mutanda (quod axioma

axioma Pontificios iugulat, qui Vinum Eucharistiae materiam mutarunt) lic nec verba. Respondeo, Non est vtriusque par ratio. Ergo non valet consecratio ista. Materia Sacramenti non est vlllo pacto mutanda, utpote pars essentialis Sacramenti. Verba mutari possunt quod ad syllabas, quia haec verba (quatenus sunt aer pronuntiatas ore hominis) non sunt pars vlla sacramenti: sed illius solū expositio. Ergo quatenus Dei promissionem explicant (quibuscunque syllabis autem illa explicetur, satis est) illa, aut his similia alia verba ad notationem Sacramenti requiruntur, ut illius expositione, non pars.

Quarta ratio sumitur à Patrum testimoniis, qui damnant eos, qui verba Baptismi mutarunt. Respondeo, Quoniam ea immutatio non solū syllabas, sed & mentem Christi & veram sententiam horum verborum, *In nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti* euertebat, ut docet Augustinus lib. 6. contra Donatist. cap. 25, Basilus de Spiritu 515. cap. 2. Damascenus lib. 4. cap. 16. de Orthodoxa fide, Tertullianus in lib. de Baptismo, Item 2us lib. 1. cap. 18. Ergo & syllabas & voces, & institutionem Baptismi conuellebant: ac proinde rem Sacramenti tollebant, ipsumque Baptismum abrogabant. Ex quibus apparet nullius esse momenti eas rationes, quibus tuam haeresin fulcire Bellarminus conatur.

Ad Cap. xxii.

CApit hoc agit de fine, propter quem à Deo instituta sunt Sacramenta: Facilis quaestio, & breuis: sed enim iste perplexam, longam, & intricatam sua & curiositate, & vanitate, homo ni-

mirum ambitiosissimus, efficit. Finis Sacramentorum est obsignare nobis Dei promissionem; non autem ipsam Dei gratiam nobis conferre, dare, aut eam in nobis cauſſare, quod iste blasphemè vult, & sentit.

Ratio cur fuerunt nobis instituenda Sacramenta tota pendet ex humanæ naturæ vel per se, & cū Angelica comparatæ; vel post peccatum consideratæ infirmitate. Hic vanas rationes committitur ex Hugone lib. 1. de Sacramentis part. 9. cap. 3.

Necessitatem Sacramentorum hoc quoque capite stabilire Bellarminus vult, nimirum vt errorem errori addat. Ergo sic sentit Sacramenta esse necessaria non necessitate quidem absoluta, sed præcepti. Hoc quidem à Bellarmino dicitur, sed non probatur ex vlllo S. Scripturæ loco. Itaque tam facilè, sicut monet Hieronymus, negatur à nobis, quàm ab isto asseritur. De hac necessitate postea fusius erit agendum.

Denique, vt omnia misceat Bellarminus, etià hoc eodem capite contra Calvinum & Kemnitium hic Hercules pugnat, vt Tridentinæ cõtionis falsissimum dogma tueretur, quod ait Sacramenta Euangelica esse ad salutem necessaria, et si non omnia omnibus. Tribuit igitur Concilium istud, teste & interprete Bellarmino col. 80. L. B. §. *Asqui*, hanc tantam laudem Sacramentis, vt sint necessaria nobis ad immediatam acceptionem, & applicationem nostræ coram Deo iustificationis. Voluit enim, & vult Signa hanc Dei gratiam & habere seu continere in se ex Dei verbo infusam, & eam in nos transfundere, & defer-

deferre, qui fuit ineptissimus error Harchij Montensis luculentissimè à Th. Beza confutatus. Ad-
dit errorem suum errori Concilij Tridètini Bel-
larminus, Nimirum ad nostram iustificationem
magis requiri Sacramentum, quàm fidem, ne si-
ne suo Symbolo, & à se collato in hac quæstione
versaretur inter tuos. Nam multi, inquit, sine fi-
de iustificantur, ut paruuli: Nulli autem sine Sa-
cramento quod habeant in re, aut in voto seu vo-
luntate. Denique iste gratiam, quam in Sacra-
menti percipimus, imputandam ait non fidei,
sed ipsis Sacramentis. Hæc commemorasse &
indicasse, tam impia & nefaria in Deum, est refu-
tasse, sicut præclare ait Hieronymus. Nam ob-
secro te, pie Lector, maiorè ne vnquam bla-
sphemias, aut magis falsas sententias audi-
uisti?

Quid enim est Dei gratiam gratuitam in crea-
tura transferre, si hoc non est? Quid fidei in
Christum dignitatem tollere, si hæc dogmata
non tollunt? Atque hi & Conciliabulum Tri-
dentinum, & Bellarmini errores non refutant Cal-
uini sententiam, imò confirmant eam, quum
ab illa disc. dere sit, sicut ex toto hoc loco ap-
paret, grauissimè à fide vera & Christiana ab-
errare.

M. Kemnitij sententia est verissima, tot esse
insidias in canone istius Conciliabuli, quot
sunt verba. Primæ, quia generalis est senten-
tia Canonis, Sacramenta esse ad salutem ne-
cessaria. Ergo vult omnia esse necessa-
ria: aut Canon ipse distinguere debuit. Nam
indefinita propositio æquipollet vniuersali.

Secunda techna Canonis. Accusat nos falso canon iste, quasi nos à modo Dei gratiæ participandæ verbi Dei prædicationem, & Sacramentorum usum excludamus. Contra nos ea esse necessaria eo modo, quo Christus præcepit, concedimus. Multa enim sunt ad salutem & gratiam Dei necessaria, Christus, fides, Prædicatione, Sacramenta. 1. Pet. 5. v. 9. 2. Petri 1. v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. quæ in Dei gratia omnia comprehenduntur à nobis, velut subalterna, quæ cum suo principali nunquam pugnant: neque inter se ipsa.

Tertiæ canonis insidiæ, Quod ad accipiendam Dei gratiam usum Sacramentorum putat esse necessarium. Non enim ait Canon, Deum in nobis efficere hanc gratiam: sed disertè dicit Sacramenta ipsa, id est, & opus, & signum à Deo institutum eam gratiam sumentibus dare, conferre, efficere.

Quarta techna est, Quod canon iste facit nostra & Evangelica Sacramenta præstantiora legalibus, quia nostra gratiam Dei ipsa conferant nobis, licet eam ex institutione & verbis Christi habeant. Imò sunt solùm illius gratiæ à Deo collatæ sigilla.

Quinta Concilij techna est, Quod voluntatem & votum Sacramenti accipiendi in eo, qui non habet, necessariò requirit. Ergo Dei gratiam aligat nostræ voluntati.

Ad Cap. xxiii.

DE causa Sacramentorum efficiente, re peripicua, facili, breui dicturus bellarminus, totam eam tamen perplexam, obscuram & difficilem reddidit, ostentandæ duntaxat. *Matthæolæ*

plac sue gratiâ. Nam cui bono hæc scrupulosa, & inepta distinctio inter causas Efficientes, Causas Nimirum independentis seu Primariæ Causæ excellentiæ seu coniunctæ, & causæ instrumentalis, quâ & causæ ipsa excellentiæ sit instrumentalis? Ergo speciem hic Bellarminus confundit cum suo genere, quod est vitiosissimum in omni diuisione. Quis verò dubitat solum Deum esse veram Sacramentorum causam efficientem? Christam, & eius salutaria beneficia (quâ Christus homo est) rem Sacramenti, non illius causam: Pastores veros esse Sacramentorum ministros? Matth. 3. v. 11 21. v. 25. 1. Corinth. 11. v. 23. Ambrosius lib. 4. cap. 4. de Sacramentis. Augustinus lib. 3. c. 9. de Doctrina Christiana & epist. 113. c. 1.

Ex hoc fundamento verissimo, & à Bellarmino hic concessio col. 2. L. B. (*solum Deus, ait, ex auctoritate gratiam dare, & sacramenta instituere potest*) auertantur omnia Pontificia Sacramenta, Confirmationis, quod à Meldensi concilio institutum scribit Alensis 4. parte quæst. 24. membro primo, Bonaventura in lib. 4. Dist. 7. Art. 1. quæst. 1. (et si à Milciade Papa iam antea institutum dici potest ex can. *Spiritus sanctus* Consecrat. Dist. 5. & apparet ex ipsius epistola ad Episcopos Hispaniæ.) Confirmatur can. *ut Episcopi consecr.* Dist. 5. Sacramentum quoque Pœnitentiæ negat à Christo institutum esse idem Alexander Alensis quæst. 59. Membro 3. & Bonaventura dist. 17. Art. 1. quæst. 3. Idem de reliquis Pontificiis sacramentis suo loco docebitur. Nec enim simul omnia possunt dici.

Quod verò Hugo de sancto Victore lib. 2. de

Sacramentis parte x v. cap. 2. & Lombardus lib. 4. dist. 23. agnoscunt quædam in Euangelio Sacramenta, quæ non fuerunt à Christo instituta, impium est, & omnino explodendum ex Ecclesia, quemadmodum hoc ipsum præclare quoque Martinus Kemnitius in 2. parte Examinis confutauit.

Magis autem & Hugonem, & Lombardum refellit Bellarminus, & Iua, id est, Pontificia Sacramenta euerit, dum scribit, quod verum est, Nulla sub Euangelio Sacramenta agnoscenda, quæ non fuerunt immediatè, & præcisè seu distinctè à Christo instituta. Quam quum velit esse Tridentini Concilij sententiam Bellarminos, ostendit Concilium illud semel tollere & delet quinque ex suis sacramentis quæ non Christus, sed homines instituerunt.

Quas autem rationes ex Dei verbo, & Patribus profert Bellarminus, vt Deum solum Sacramentum autotem esse probet, eas ex nostrorum libris transcripsit, præsertim ex Caluini lib. 4. Institut. cap. 14. & Kemnitij examine in Tridentino Concilium parte 2. sed iste nomina ista substituit.

Ad Cap. xxiiii.

Queritur in hoc capite longissimo de Ministro, eoque vero Sacramenti in Ecclesia Responsio facilis. Is est verus in Ecclesia Sacramenti Minister qui in ea Pastor est vel reuera, & salutariter: vel ex regulis externæ vocationis. Ergo hic in Ecclesia Sacramenta administrare potest, licet sit reipsa Diabolus & in se: ratione tamen Ecclesiæ Pastor, qualis fuit Iudas Iscariotes.

Matt. 7. v. 22. Nec enim ex fide & probitate Pastoris seu Ministri pendet efficacitas Sacramentorum: sed ex Christi institutione. Et hoc ipsum præclare sensit, & scripsit, D. Martinus Lutherus *Libro de Missa* priuata anno M. D. XXXIV.

Nec verò idem ille sibi aduersatur, quum ait Homines omnes baptizatos posse administrare sacramenta, quatenus baptizati omnes potentiã & aptitudinem habet, vt Pastores Ecclesiæ creati possint. Creati enim Pastores, tunc demũ, expositore ipso Lutero & hic, & in lib. Ad Pragenses anno Domini 1523. poterunt administrare sacramenta. Sic est intelligendus Lutherus lib. de Captiuitate Babylonica cap. De ordine teste etiam M. Kemnitio in examine part. 2. pag. 31. A. in magno volumine. Denique teste, & assentiente ipso nec Bellarmino, & Lutheri sententiam aperte probante, tam iste est & inconstans, & maledicus col. 86. L. A. S. *At debuisset.* Quæ verò Bellarminus obiecit Lutero de reuocatis nonnullis doctrinæ suæ Articulis, velat de libero arbitrio, est a *apostolico* Gr. Nec enim erat huic cupressu hic locus: & de eo nos alibi dicemus, vti & de tota Lutheri sententia. Sed hic scriptitator omnia confundit, & millies eadem repetit, tam est audax ostentationis, & odor nostris.

Cum D. Caluino cõsentit hoc loco, & in hoc argumento Bellarminus, Quid ni verò consentiret? Quam verissimè sentiat Caluinus lib. 4. cap. 15. Institutionis, & in Antidoto ad can. 10. sess. 7.

Martinum Kemnitium obscurum in scriptis fingit isto tenebrio. At D. Kemnitio nihil est & clarius, & facilius in scriptis. Sed omnes arrodit

canis famelicus. Itaque tota eius velitatio, in x̄p̄
nitium est pugna vana, & proeæx, sine fundame-
mento.

Accedo ad theses & propositiones Bellarmini, quæ sunt duæ: & utraque falsa. Prima est hæc
Homo, non Angelus, debet esse Minister Sacra-
menti. Respondco. Multipliciter peccat Bellar-
minus in hac propositione. Primum ab ambiguo
idque dupliciter. Nam vox *Homo* est ambigua
& tam de masculo, quàm femina potest intelli-
gi ex Latini sermonis proprietate. Et tamen fal-
sum est, feminam esse debere, aut posse ministrum
Sacramentorum in Ecclesia, quia nec in eadem
prædicare potest 1. Timoth. 2. v. 12. Concilio Car-
thaginensi IIII. cap. 100. Deinde ambiguo lo-
quitur thesis de Ministro, Vtrum intelligat de
ordinario, an extraordinario Ministro. Nam, re-
ft: hic Bellarmino col. 86. L. D. Angelus bonus
potest esse minister Sacramenti, sed extraordi-
narius.

Peccat præterea Bellarmini thesis à falso. Nam
falsum est, quod ait, Angelum, bonum præsertim,
non posse esse Ministrum etiam ordinarium Sa-
cramenti. Exemplum in Aqua Piscinæ, quæ quo-
tannis turbabatur ab Angelo Iohan. 5. v. 3. erat
que ea Aquæ turbatio Christi beneficij Sacra-
mentum tunc ordinatum. Deinde sunt Angeli à
Deo destinati ad Ministerium Electorum, Heb.
II. v. 14. cur non igitur destinati à Deo ad Sacra-
mentorum administrationem, & ministerium
poterunt? Denique iste refutatur à Lombardo,
qui lib. 4. sentent. dist. 24. cap. 12. scribit corpus
Christi & Sacramentum Eucharistiæ à missio &
nuntio

nuntio celesti, id est, Angelo offerri Deo.

Porro rationes, quibus ad hanc tuam thesin tuendam utitur, sunt falsæ. Prima est, Angeli non possunt propriè loqui, & pronuntiare verba Sacramenti, Thomas in prima parte quæst. 51. artic. 3. Respondeo, Hoc esse falsissimum. Nam quum sunt locuti cum Abrahamo Genes. 17. & 18. propriè sunt locuti, & præfert Paulus linguam Angelorum linguæ hominum 1. Cor. 13.

Secunda ratio istius est, Ista potestas conferendi Sacramenta, non est à Deo concessa Angelis, sed solis Homini bus. Respondeo Bellarmino, Non quaritur hoc loco, qui sint de facto Ministri Sacramentorū: sed qui de potestate esse possint. Ergo duas istas diuersas quæstiones vel imperitè, vel malitiosè cōfundit Bellarminus, quod ipse in Remittio reprehendit supra col. 86. L. A. §. *At debuisset.* Quin verò, ordinarius Manna celestis (quod fuit carnis Christi sacramentum 1. Cor. 10. v. 3.) Minister, fuit Angelus. Ergo potentia cum actu non fuit à Bellar. confundenda: neque negandum est hoc esse posse, quod fuit, & quidem tenerà.

Tertia ratio Bellarmini nihil valet. Est enim calumnia in Lutherum, falsaque verborum eius interpretatio.

Quod autem iste obiicit Lutherò eū voluisse Diabolum quoque facere Ministrum Sacramentorum, & crudum est, & falsum. Crudū, quia non hoc dixit sic Lutherus, sed quo casu Diabolus aliquis obrepisset Ecclesiæ, & in aliqua Ecclesia Pastor electus esset. Nam & Iudas Iscariotes, qui Diabolus à Christo vocatur Iohan. 6. v. 70. quò-

niam fuerat Apostolus à Christo constitutus, et
 etè & prædicauit vnâ cum cæteris Matth. 10. &
 baptizauit Iohã. 4. v. 2. falsa scribit Bellarminus
 quia non sensit Lutherus Diabolum, vel quâ An-
 gelus, vel quâ Diabolus, posse Sacramenta admi-
 nistrare (quod illi affingit Bellarminus) sed quâ
 Pastor. Ergo nihil necesse est nos responsiones
 Bellarmini ad argumenta Lutheri perpendere.
 Sunt enim meræ Lutheri calumniæ omnes.

Secunda Bellarmini propositio est, Solus is ho-
 mo Sacramenta potest administrare, qui est in Ec-
 clesia ordinatus, excepto Baptismo, & Matrimo-
 nio. Respondeo, Hæc secunda thesis falsa est, Pa-
 trimum, Quod facit Matrimonium sacramentum
 Atqui non est. Deinde quia Baptismum ab eo
 qui non est Pastor Ecclesiæ ordinatus dari potest
 posse falsum est. Christus enim ipse Matth. 28.
 19. disertè verbi prædicationem (quæ solis Pasto-
 ribus conuenit) cum Baptismi administratione
 coniungit. Quid igitur hic tergiversatur Bellar-
 minus. Sed & ambigua quoq; est ista thesis in voce *Ordi-
 nari*. Quæ enim in Ecclesia sint varij ordines nec
 omnes possint Sacramenta cõferre, distingueret
 debuit iste, de quo Ecclesiastico ordine ageret hoc
 loco. At suas in contrariũ rationes habet. Eas igi-
 tur audiamus, & perpendamus. Prima ratio est,
 Christus constituit Pastores: ergo ad eos perti-
 net, & quidem solos, administrare Sacramenta.
 Resp. Quæuis intentũ istius propositionis sit ve-
 rũ, illius tamè fundamentũ est falsum. Nec enim
 quia constituti sunt Pastores à Christo distincti
 ab Apostolis debent Pastores omnia gerere in Ec-
 clesia soli. Nã ad curam Ecclesiæ sunt etiam vbi-
 que

cum Pastoribus Presbyteri constituendi Tit. 1.

Secunda istius ratio est falsa, licet conclusio sit vera. Ratio huius est hæc. Nemo sibi assumit in Ecclesia honoré Heb. 5. v. 4: ergo soli in Ecclesia ordinati conferunt Sacramenta. Respondeo, Nō simpliciter, quia sunt ordinati. (Nam & Diaconi, & Presbyteri quoque habent ordinem ecclesiasticū 1. Tim. 3.) sed quia sunt ad hoc peculiariter à Christo vocati, ut & Verbum Dei prædicent, & Sacramenta conferant. Alioqui non possent. Sed hanc rationē peculiarem omittit iste, in qua vna est totum fundamentum rei.

Tertia ratio est fallacia A non cōsequente. Sic enim ait iste, Christus concessit Apostolis Sacramenta conferre: ergo omnibus in Ecclesia ordinatis, vel solis Pastoribus. Respondeo, Non sequitur. Nam multa Christus Apostolis cōcessit, velut Miracula ædere, dare Spiritum sanctū, quæ nec omnes ordinati habent, nec soli Pastores.

Quarta istius ratio est, Nō quia Christiani omnes veri vnguntur à Spiritu sancto 1. Iohan. 2. v. 27. ideo possunt baptizare: ergo soli ordinati id possunt. Respondeo, Etli verum est intentum, falsum tamen est eius fundamentū. Nec enim vlla est istius argumenti consecutio. D. inde non omnes ordinari hanc potestatem habent Sacramenta cōferendi: sed soli Pastores. Deniq; cōfundit Bellar. hoc loco potestatem cū actu & vsu, quod est vitiosissimum. Nam de sola *durand* intelligit Lutherus posse eos baptizare, quia Christiani possunt in Pastores eligi: Bellarminus hoc ipse incipit de ipsa reali administratione. Quod est Lutheri mentem circumscribere: & pervertere.

Idem est respondendum ad quintam istius Blatteronis & calumniatoris rationem, vbi fallacia est & A non conſequentes, & Ab æquiuoco horum verborum, *poſſe conferre*: Lutherus de potentia: hic de Actu intelligit.

Sexta iſtius ratio eſt argutiola & captio. Aie enim, Legalia Sacramenta, quæ fuerunt imperfectiora, non poterunt ſinguli Iſraelitæ ad miniſtrare: ergo nec omnes Chriſtiani Euangelica. Reſpondeo, Verum eſt hoc totum, præterquam quod ait legalia Sacramenta fuiſſe noſtris imperfectiora. Nec intelligit iſte Quomodo Chriſtiani omnes dicantur Sacerdotes: ex noſtrorum ſcriptis diſcat. Nec enim mihi vacat hæc docere.

Ad Cap. xxv.

VAfer iſte homo, & veterator, quacunquæ poteſt, nocet Luthero, quem magnum Deſeruum fuiſſe totus orbis Chriſtianus cõfiteor. Ergo hanc calumniam illi mortuo apponit & facit, quaſi voluerit vir ille pius & magnus, Patruos in Eccleſia homines Sacramenta dare poſſe. Id quod eſſe falſiſſimum ſuprà cap. 24. & aduimus ex ipſomet Luthero, Kemnitio, led & Bellarmino ipſa.

Dixit Lutherus omnes verè pios eſſe ſacerdotes. Hoc reprehendit iſte. Reprehendat igitur Petrum I Pet. 2. v. 9. & S. Iohannem Apoc. 1. v. 6 ſv. 10. 2. v. 6. Reprehendat Tertollianum, qui idem ſenſit, & ſcripſit. Voluit enim Lutherus, & quidem piè, ſuperbos iſtorum raſorum ſpiritus deſicere, qui præter ſe, Reliquos omnes Chriſtianos aſpernantur.

Dixit Lutherus, etiam Mulieres poſſe ſicut
ſub

sub Lege Exod. 15. Iudicum cap. 4. 2. Reg. 22: sic
 sub Euangelio extraordinarie prophetisatum
 munere, ex singulari Dei dono, fungi Ioel. 2. v. 28.
 Act. 20. 17, sicut Philippi filia fecerant Act. 21. v.
 9. Hoc reprehendit iste. Reprehendat igitur Deū
 ipsum, qui hæc dona dat, deditve illis formis
 ad Ecclesiam suam ædificationem.

Quæ ex libro Lutheri ad Pragenfes de insti-
 tuendis Ministris iste malitiosè & truncatim ex-
 cerpsit, illa sunt calumniæ metæ. Nūquam enim
 voluit aut sensit Lutherus Actū quenquam sine
 vocatione Sacramentum vllum administrare in
 Ecclesia Dei posse. Voluit quidem vnumquēq;
 pium posse proximum pro sui doni mensura cō-
 solari, docere, exhortari, illi viam salutis osten-
 dere, vt iubent Isaias cap. 2. v. 3. Paulus 1. Cor. 14.
 v. 31. Petrus 1. Pet. 4. v. 11. Nihil præterea. Nec e-
 nim *ad Ecclesiam*, sed *vt Ecclesiam* fuit author Lu-
 therus, sicut iste calumniator fingit. Itaque nihil
 nobis necesse est ad Bellarm. responsiones, id est,
 calumnias quicquam respondere. Nec enim stul-
 to respondendum est secundum suam stultitiam
 Prouerb. 26. v. 4.

Ad Cap. xxvi.

Questio est, Vtrum fides, vel probitas Mi-
 nistri Sacramentum administratis requi-
 ratur, vt efficaciam habeat Sacramentum Chri-
 sti. Responsio est, Nequaquam requiri. Nam ex
 Dei promissione, non ex Ministri qualitate (mo-
 do sit Minister seu Pastor) pendet Sacramentorū
 efficacitas. Itaque col. 94. L. A. fatetur Bellarmi-
 nus omnes inter se in eo consentire.

Sed ne qua pars huius argumenti sit, in qua

suum ingenium non ostendet. Bellarmianus, hic quoque suas distinctiones habet, Nempè Qui in hoc capite errant, qui eos refutarint, Quomodo sit illis respondendum.

Sed brevis erit hæc historia tota. Nam à nobis istius scriptoris verbositas cōtrahetur. Agrippinus quidā Episcopus Carthaginienſis censuit ab hæreticis baptizatos esse rebaptizandos Eusebius lib. 7. cap. 2. Augustinus lib. De vnico Bapt. cap. 13, & lib. 2. de Baptismo c. 7. Vide Nicephorum lib. 6 Histor. cap. 7. 8. 9. Agrippinum suum prædecessorem secutus est in eo errore Cyprianus, in epistolis Cypriani ad Quintum, ad Pompeianam, ad Iubaianam, quæ sunt epistolæ 71. 74. 73. in Cypriano recens à Iacobo Pamelio ædita.

Cypriano Donatistæ successerunt, cōtra quos acerrimè depugnauit Augustinus variis opusculis aduersus eos æditis. Hi igitur errorem hunc iauerunt. Ex fide nimirum & probitate Ministerii Sacramentum conferentis efficacitatem Sacramenti dependere contendentes.

Donatistis successerunt, ait iste (sed perperam) Luciferiani. Nec enim inter hypotheses & errores eorum, hic recensetur. Quod itidem de quibusdam Apostolicis vocatis hic idem refert ex Bernardi serm. 66. in Cantica, est dubium. Nec enim illi de Ministro Sacramentorum agebant, sed infantes Baptizandos negabant, teste Bernardo. Verùm iste malignè voluit quo iure, quæve iniuria successionem istius erroris fingere, ut eū tandem ad Lutherum impudenter deriuaret. Ergo Donatistis successerunt Anabaptistæ: non Valdenses, non Albigenſes, quemadmodum Bellarm.

min. calumniatur ex ineptissimo illo scriptore Antonino, & veræ doctrinæ aduersario in Summa Theolog. part. 4. Tit. II. cap. 7. §. quinto. Extant enim totius & VValdensium, & Albigen- sium (qui ab his profecti sunt) doctrinæ capita iam pridem ab iis ipsis ædita, in quibus nihil tale legitur. Quod ad autores, quos iste pro se contra VValdenses & Albigenes citat, sunt, fueruntque eorum hostes, & veræ doctrinæ. Finxerunt enim eos hæreticos qui non erant, odio puri Evangelij. Sed & Bernardus quoque ipse non satis æquum se iudicem in Albigenium causa præbuit odio Henrici cuiusdam, & Arnoldi peculiari, sicut ex eius vita apparet. Monachis enim semper vera pietas displicuit.

10. Iohannis VViclefij doctrina ex ipsius scriptis, non ex actis perfidi Concilij Constantiensis colligenda fuit, ne quid hic erret Bellarminus, in qua nullus est eiusmodi error, quale illi asserunt Bellarminus & Concilium.

Quorsum vero attinebat hoc loco de atate Augustini agere. *Plenary Concilij* vocem exponere tam laboriosè: catalogum eorum, qui hunc Donatistarum errorem refutarunt, contexere, quum huius erroris ne vestigium quidem obscurissimum extet, summo Dei optimi, Maximi beneficio: Quid bonas paginas inutiliter contamine? nisi quod Monachus iste ambitiosissimus sese ostentare voluit, &, pro sua scilicet modestia, eorum illam scriptorum commemorare, qui ubique sua furta celat?

Pessimè autè, imò falsissimè Luthero tribuit, & imponit Bellar. eū sensisse, Quosuis Christia-

nos actu esse Sacramentorū Ministros, quemad-
 modum antea docuimus: aut Sacramentorum
 efficacitatem à fide vel probitate Ministrorum
 manare, id quod calumniosè de Luthero scribit
 Bellarminus. Quare minimè necesse est nos istis
 calumniis respondere. Frustrà verò & proflus
 peruacaneè, ne dicam blasphemè, has hæretes, &
 earum uendendarum rationes repetit, & nobis hinc
 regerit Bellarminus, quia, summo Dei beneficio,
 sunt proflus extinctæ inter omnes Christianos.
 Quid igitur sordes istas renouare opus erat, &
 eas ab Orco reuocare? (Quod iste facit) certè ni-
 hil fuit opus. Istam Canarinam mouere.

Laborat iste in probando hoc axioma, Sa-
 cramentorum, Nempe efficaciam non pendere à
 Ministris eorum. Respondeo Bellarmino, Equi-
 verò hoc affirmat? Certè nostrum nemo. Deinde
 etsi verissima est hæc propositio, tamen perpeti-
 probatur à Bellarmino. Primum nullo S. Scriptu-
 ra loco (quem Theologum imprimis in promi-
 ptu habere oportebat) citato. Deinde iis argu-
 mentis utitur, quæ potius leues sunt coniecturæ
 quam solidæ rationes. Quare ridiculam hoc pa-
 do facit hanc verissimam Dei doctrinam. Id quod
 est impium. Denique rationes quædam ex his
 sunt falsæ, velut hæc, Autoritas conferendi Sa-
 cramenta est gratia nō gratum faciens. Nā quem-
 admodum ea ipsa autoritas homines saluos fa-
 cit. Tim. 4. v. 16: sic eos Deo gratos facit: quem-
 admodum item ea autoritas prædicat, sic que fi-
 dei originem in nobis Rom. 10. v. 14: ita facit nos
 Deo gratos. Nam per fidem placemus Deo, si-
 mulque illi grati Heb. 11. v. 6. Deinde quarta ra-
 tio

tio falsa est, hæc nempe, Deus non aufert potentias naturales hominibus propter eorum peccata. Fallunt id est. Nam propter peccata hominum reddunt eos cæcos, mutos, surdos, privaque potentias naturalibus peccatores Iohan. 9. v. 2. 3. Pl. 107. v. 17. 18.

Quod rationes Donatistarum hic petit, & revocat, ut eas refutet, est ambitiosum. Quid enim erat necesse? Præterea nostri iam pridem eas confutaverunt; ergo actum agit, qui hoc agit, & petit. Ineptæ etiam hic sua admittet Bellarminus col. 99. L. A. Nempe de characterē, quem per Sacramenta hominum suscipientium animis imprimi iste falsò existimat. Dubius est in solvenda objectione, quæ sumitur ex Iohan. 20. v. 22. *Accipite Spiritum sanctum.* Torquet, dætorquet, intorquet hæc verba: neque tamen eius loci mentem assequitur. Nec enim de Sacramentis agit: sed de verbi divini vera fide suscepti fructu, & effectu ille locus.

Ad Cap. xxvii.

Sed & hæc quoque quæstio ab isto homine curioso & ambitioso vexatur, Nempe Viri intentio Ministri sit necessaria ad perfectionem Sacramenti. Hoc autem etsi breviter explicari potuit, & perspicue: tamen involvit Bellarminus, & confuse explicat. Nostra sententia est, si quis Pastor Ecclesiæ in ea Signa conferat Sacramenti ex Christi præcepto, quæcumque ipse privatim intentionem habeat, nihil referre. Conferat enim signum ab ipso Christo institutum, ac propter eam collatio valet. Est enim Minister præbitor si qui duntaxat externi ex Christi mandato.

Isti putant Ministri internam intentionem ad efficacitatem Sacramenti esse prorsus & omnino necessariam. Hoc falsum est. Penderet enim efficacitas Sacramentorum ex Ministro, non ex Deo. Id quod totam superiorem Bellarmini disputationem cap 25. euertit. Itaque dum hoc postremum dogma stabilit, prius suum dogma deiecit, & subuertit. Eligat igitur cui sententiæ adherere velit, vel priori, vel huic posteriori. Nam utrique non potest, & mendacem memorem esse oportet.

Deinde à suis Sententiariis hæc eadem opinio velut à Tatharino lib. de Intentione Ministri: Ab ipso met hoc quoque Bellarmino col. 101. L. C. ubi in Ministro Sacramentorum aliam intentionem (non hanc, quam Scholastici constituunt) requirit: A Viguerio, qui negat actu hanc intentionem requiri in Ministro. Certe Thomas in parte quæst. 64. Artic. 8. ad 3. ait sufficere intentionem Ministri habitualement. Scotus id negat, & col. 101. L. D. in fine. Scotus lib. 4. Sent. Dist. 6. quæst. 5. Nobiscum facit Arnoldus Vesaliensis in epitome lib. 4. Dist. 6. Sent.

Præterea est perplexa, varia & incerta huius dogmatis sententia, teste Bellarmino, qui multas cationes, præmutiones, interpretationes huius dogmatis affert tota col. 101. & 102.

Quid vero Bellarminus ait Tilmanū & Kemnitium esse mentitos, dum scribunt à Concilio Tridentino requiri in Ministro, non solum intentionem actionis, sed etiam finis, ipse méritur impudenter. Hoc enim ipsum desiderat Conciliabulum illud, si non expressis verbis, saltem ex verissi-

verissima ipsius Concilij mente. Constat enim
 ex illius Concilij can. xl. sess. vii. requiri in Mi-
 nistro intentionem agendi, quod facit Ecclesia.
 At quod Ecclesia facit, facit certi alicuius finis
 gratia: Ergo Minister eiusdem finis ratione id a-
 gere debet ut verè agat id, quod agit Ecclesia.
 Deinde non est Muta actio, iocularis, scenica Sa-
 cramentorum administratio, sed religiosa, pia,
 deuota. At hoc ipsum est finis Ecclesie in dandis
 Sacramentis. Ergo Minister debet eundem finem
 habere, quem habet Ecclesia aut Sacramenta nõ
 conferet sed erit duntaxat mimus & histrio. Ter-
 tio, Sacramenta ex eo fine danda sunt, ob quem
 à Christo sunt instituta: Ergo propter finem huc
 ipsum ea conferre debent Minister & Ecclesia:
 ac proinde agunt finis eiusdem gratiã. Quarto,
 Sacramentorum administratio esset duntaxat ex-
 ternus, ac proinde friuolus & scenicus actus. Id
 quod sentire de Sacramentis est prorsus blasphemum.
 Quinto Alexander Halensis in 4. parte sum-
 mæ quæst. 13. Memb. 1. Artic. 2. & Gabriel Biel in
 4. Sentent. Dist. 6. quæst. 1. Conclus. 3. docent in
 Ministro Sacramenti requiri non solum inten-
 tionem actionis, sed etiam finis Ecclesie. Ergo
 verè senserat Tilmannus H. shulsius, & Marti-
 nus Kemnitius. Interpretationes autem quas af-
 fert iste de mente Halensis, & Bielis, sunt metæ-
 phorice diuinationes. Sunt enim apertissima eorum ver-
 ba contra Bellarminum. Nec quisquam vnquam
 sensit finem externum Baptismi esse remissionem
 peccatorum. Quam ineptam ex sua interpreta-
 tione bardus iste Halensi affingit, & imponit:
 quemadmodum istam Bieli, Non requiri in ve-

ro Dei Ministro, vt dum Sacramenta confert, conferat & velit conferre sigillum & effectum salutis & gratiæ. Væ isti, qui in suos quoque tam est maledicus & contumeliosus: & eos, vt se, bardos fungos, fingit, & ineptos.

Ergo postquam se tot modis ineptum ostendit Bellarminus, tandem suæ stultitiæ cumulum addit. Conatur enim, sed infeliciter, hunc suum de intentione Ministri errorem confirmare. Hæc verò sunt istius rationes, & fallaciæ. Prima hæc est & esse debet certa determinatio actionis, & materiæ sacramentalis: ergo ea ab intentione Ministri debet pendere. Respondeo. Hæc ratio est fallacia duplex, vna A non Consequente. Nec enim ex priore concesso posterius villo pacto sequitur, Altera est Ab ignoratione Elenchi. Perdet enim illa determinatio materiæ Sacramenti & illius vsus non ex intentione Ministri: sed ex verbis, & institutione Christi, qui hanc actionem & materiam Sacramentorum ad certum finem destinavit si ab ijs, a quibus oportet, administratur. Quare blasphemus est Bellarmini iocus, & consequentia hæc impia, ergo si Psittacus hæc Christi verba pronuntiarit, baptizabit si in Ministro intentio non requiritur. Nec enim Christus Psittacos aues sacramenti Ministros esse voluit, & instituit: sed homines, teste Bellarm. ipso sup. cap. 24. prima propositione col. 86. L. D.

Secunda istius ratio est, prolixa illa quidem, & verbosa hoc loco, sed quæ breuissimè contrahetur à nobis. Est igitur hæc istius ratio, Ministri Sacramentorum sunt instrumenta Dei voluntate, & intentione, & voluntate, atque ratione vtentia: ergo certum in
iis

ijs administrandis finem sibi proponere, & intentionem certam habere debent Ministri. Respondeo, est hæc ratio fallacia A petitione Principij. Etsi enim conceditur (vt rectè, & salutari- ter ex sui parte, & muneris sui ratione conferat Sacramentum Minister) vt velit, & intendat pa- rere Christo: tamen ex eo non sequitur, eam in- tionem Ministri esse omnino necessariam, aut causam ad efficacitatem Sacramenti con- currentem. Facit quidem ex officio famulus meus, quum meum munus defert ad amicum meum si velit illis donatū istud esse, quod dono. Sed etsi nolit id seruus modo deferat, accipit amicus meus munus meum ad se delatum etiam à fa- mulo meo, illi invidente tale meū beneficium. Ergo inutilis est ista Bellarmini ratio, quam ta- men firmissimam esse putat.

Tertia istius ratio est, Verba Sacramenti sunt practica, id est, efficientia nostra coram Deo iu- stificationis: ergo intentionem Ministri omnino requirunt. Respondeo. Hæc ratio est fallacia tri- plex, Vna A petitione falsa Principij, Nempe Sa- cramenta esse instrumenta nostræ iustificationis. Hoc enim & refutatum est, & falso falsius. Alte- ra est A non consequente. Nec enim sequitur, Vt, licet concederentur verba Sacramentorum esse practica & efficientia gratiæ, requiratur inten- tio Ministri ea pronuntiantis. Nā in Magica o- perationibus verba dicuntur practica, neque ta- men ad opus producendum requiritur intentio pronuntiantis, quum ea sæpe non intelligat, qui pronuntiat. Tertia fallacia est A non causa. Fal- lam enim istius intentionis Ministri causam

ponit, hanc videlicet, Verba Sacramentorum esse effectiua gratiæ. Hoc certè quidem est falsissimum. Nusquam enim talia sunt verba, nisi in sola arte Magica. Hoc docent interpretes in Virgilij Eclogam viii. ad hæc verba,
*Rectè tribusa nodis trinos, Amarylli, colores:
 Nocte Amarylli, modò: & Veneris, die, vincula
 necto.*

Durandus in lib. 4. sentent. dist. 1. quæst. 4. N. 7. Aristoteles lib. 4. Metaphys. Ergo verba Sacramentorum Christi non sunt effectiua gratiæ: sed illius declaratiua: vt signa sunt illius sigilla. Quod si verba illa etiam concederentur esse operatiua gratiæ, illud non ex intentione Ministri, sed ex institutione Christi haberent. Itaque ipsemet Bellarmi. col. 105. L. C. scribit sic scribit, frigidè *Aliquo modo pendent verba Sacramentalia à Ministri potestate, & voluntate,* nimirum ne à Thomæ Aquinatis istius scholæ coryphæi & Chryssippi sententiæ, non autem à verbi diuini mète (quod hæc nullum profert) discederet. Diuinant enim isti sic eum censuisse in 3. parte quæst. 64. articulo contra quam tamen & Cai tanus Concilij Tridentini princeps, & Dominicus Sotus ipsius successoriator, doctissimi Aquinatis interpretes, existimant, atque explicent. In hac ipsa Sacramentariæ disputationis parte, sicut in cæteris omnibus iste suos inter se repugnantes & contrarios esse docet: tam est incerta tota huius scholæ doctrina: ac proinde reicienda, damandaque.

Quarta Bellarmini ratio sumitur ex absurdis, quæ ipse sibi fingit. (Nam & qui amant, sibi somnia fingunt) nisi dicatur necessaria Ministri intentio

tio ad efficaciam Sacramentorum. Tria verò absurda colligit ex Hugonis lib. 2. de Sacramentis part. 6. cap. 13. Primum, Ergo ait, lotio pueri aut alicuius facta in balneis à quouis in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, erit verus baptismus. Respondeo & Hugoni, & Bellarmino, istud absurdum allegare, est ineptissimum ignorantissimum se prodere. Nam ista lotio, quæ fit in balneis, nec à Pastore fit, nec in Ecclesiæ cœtu, quæ Ecclesia est, neque confertur post verbi Sacramentalis expositionem. Quæ tria in vero baptismo requiruntur: & quum in ista balneari lotionem deficiant, hæc lotio balnearis non potest esse, ac ne censeretur quidem baptismus.

Secundum absurdum est, Sacerdos pronuntiâs hæc verba, *Hoc est corpus meum*, &c. in prædio & mensa communi consecraret Panem, in quem hæc verba insufflaret. Respondeo, Absurdum est hoc absurdum proferre. Nam quum & Ecclesiæ cœtus (quæ Ecclesia) in communi mensa delit 1. Cor. II. v. 22. & verbi Sacramentalis expositio, neque hæc actio est S. Cœna Domini, neque Panis istius vlla sit ibi consecratio, quantumvis vellet iste Sacerdos consecrare, idque facere intendere. Ergo ineptus est & absurdus Bellar. qui hæc esse absurda putat, & euenire, nisi Ministri intentione in usu Sacramentorum accedat.

Tertium absurdum Bellarmini nullum est, & de Coniugio agit, quod non est Sacramentum. Itaque omnibus Bellarmini rationibus (quæ sunt & falsæ & ineptæ) respondimus, adeo quidem, ut suum errorem iam agnoscere aperte: & si ingenius est, liberè possit.

Ad Cap. xxviii.

Iam verò Hercules iste marmoreus pugnam & certamen hoc vno capite, & impetu solus aduersus quatuor Antagonistas aggreditur, quorum tres veri Heroes Christiani: quartus verò in nullo prorsus inferior Bellarmino. Atqui verus Hercules & viuis ne quidem contra duos simul vnquam dimicauit. Sed iste velut superbus ille Roboam, iste Monachus pluris facit id, quod vel minimum in se habet, quàm totos Solomonis & Herculis renes, tam est ambitiosus, ac effrons.

Primum igitur Lutherum aggreditur, Deo bone, qualem Athletam, & virum, cuius rationes deicere, & conuellere conatur iste quidem, sed frustra. Sunt enim & veræ, & inconculsæ, ac inuictæ.

Prima Lutheri ratio est & hæc, Dei verbum purè annuntiatum est fructuosum, quacunque mente & intentione prædicetur Philipp. 1. v. 13. & 16. ergo & verbum Sacramenti, quacunque intentione, prædicetur, & signum ex Christi mandato præbeatur, est efficax, & fructuosum. Lutherus in Assertionem artic. 12.

Respondet Bellarminus, Hoc Lutheri argumentum esse verissimum, si verbum Sacramenti non sit gratiæ operatorium. Respondeo Bellarmino, Ergo victor est, & causam obtinet Lutherus, teste Bellarmino, iacet Bellarminus victus. Nam verum est verbum ipsum Sacramentale qua pronuntiat, & qua verbum est etiam Christi, non esse gratiæ diuinæ operatorium, teste Innocentio 1. 1. in cap. *Massores. S. Cæternm.* ext. de Baptis-

Baptismo. Deinde, quamvis hoc verbum concedatur esse operatorium, id virtutis tamen non ex Ministri intentione, sed ex Christi institutione solum haberet. Ergo nec ea intentio requireretur ad efficacitatem baptismi.

Ad locum ex epistola ad Philipp. 1. v. 15 & 16. respondet Bellarminus, aliud esse verbum concionale, aliud verbum Sacramentale. Verbum concionale est, ait, Speculativum. Nam & sola illius pronuntiati intelligentia (citra Ministri intentionem) pendet & manat excitatio fidei. Sed verbum Sacramentale est practicon: ergo requirit intentionem Ministri illud conferentis.

Respondeo Bellarmino, Hoc utrunque esse falsum. Nam est tam verbum Sacramentale, quam concionale verbum speculativum, ut ipse loquitur, & explicat. Comparata sunt enim ubique verba, non ut aliquid efficiant & producant: sed ut mentem nostram explicent, siue in concione, siue in Sacramentis. Nec verò futurum est ex nostra sententia, Ut, Picæ aues, & ebrij homines conferant, sicut iste colligit calumniosè, Sacramenta. Nam neque Pastores esse, neque prædicare possunt, nisi fortè Romæ id fiat. Verùm in Gallia non fit, ubi homines non sunt caules, & iumenta, & Picæ aues, aut ebrij.

Lutherus instat, docetque ipsosmet Pontificios in sua. n sententiam pedibus ire, qui probet Baptismum ab Athanasio puero absque illa Ministri intentione datum aliis pueris: & eum quod baptismum, quem amicus quidam contulit gentilibus absque eiusmodi intentione, quam illi requirunt in Ministro, Ruffinus lib. 10, Histor.

cap. 14. Sozomenus lib. 2. cap. 17. can. *Romanorum*
 can. *Soler. consecr.* dist. 4. Glossa in can. *Sacerdos*
 ibidem. & can. *Quod quidam.* 1. quaest. 1. ubi dicitur
 Ethnicis, & laico datus baptismus, non attenditur
 hac Ministri intentione, probatur. Antonius in
 1. parte Summæ Historialis, Tit. 8. cap. 1. §. 9. Re-
 pondet ad utrumque exemplum Bellarminus,
 Athanasium & mimum habuisse intentionem
 verè baptizandi: ergo ex his suum dogma de Mi-
 nistri intentione confirmari.

Respondeo Bellarmino, Primum fingitur
 habuisse intentionem & animū baptizandi, quod
 hic, videlicet Athanasius puer ille, mimus, &
 ethnicus fuerit, vterque finis baptismi ignarus,
 utraque ré totā ludicrè, non religiosè gesserunt,
 repræsentarūt illi duo, teste etiā Bellarmino
 107. L. A. & B. Deinde ut habuerit vterque illi
 intètionem illa fuit inutilis. Neuter enim in Ec-
 clesia vocationem habuit, nec Ministri sacra-
 menti. Id igitur fecerunt, quod pueri ludentes dum ve-
 lut Reges imperant, aut, velut amisso parente
 nœnias canūt. At verò Christi Domini nostri Sa-
 cramenta sunt procul ab istis nœniis, ludicris,
 iocis scurrarum, & puerorum remouēda, neque
 his similia fingenda, aut probāda, quod hæc Bel-
 larmi responsio tamen facit.

Caluinum aggreditur postea Bellarminus, cu-
 ius ex Antidoto hoc argumentum verissimum
 profert, Si Ministri intentio necessariò deside-
 ratur, perit tota de effectu Sacramenti in iis, qui
 eo vtuntur, certitudo. Nemo enim certus esse po-
 test de Ministri, id est, alterius voluntate, 1. Cor.
 2. v. 11.

Respondet Bellarminus, Neque etiam eam certitudinem in baptizando, aut Sacramentis v-
tente requirit, sed solum certitudinem humanam
& leuem, quæ est quam creditur id, quod præsu-
mitur, esse verum, aut factum, nisi appareat con-
trariū. Id quod apparet in infans, qui baptizatur.

Respondet Bellarmino, Eam certitudinem à
nobis in Sacramento desiderari, quam ipsam Sa-
cramentum pollicetur, & cuius causa est à Deo
constitutum. Alioqui frustra eo utimur, nisi ex
eo vsu siamus de nostra salute certiores. Atqui
non sumus, si efficacia Sacramenti in nobis pen-
det ex eo, quod neque scimus ipsi sine nouimus:
neque est in nostra potestate, qualis est intentio
ista Ministri. Quare qui eam inducant, Sacra-
mentorū vsu vel tollunt, vel inutilem reddunt.

Remittit quoque carpit, arguit, & occupat
iste, qui sic arguit in 3. parte Examinis, pag. 32. &
33. in magno volumine. Nimirum Augustinus ip-
se lib. 7. de Baptismo cap. 53. & tractatu v. in E-
uangelium Iohannis, ait oraculi diuini testimo-
nio esse opus, vt definiatur, Vtrum Baptismus per
iocum datus valeat: & vtrum Ministri intentio
desideretur (vt in ebrio) ad hoc, vt bonus sit ba-
ptismus ab eo datus. Quod idem sentit Innocen-
tius quartus, sicut allegat Angelus in Summa,
nempe non esse necessariam ad veritatem, seu
integritatem Baptismi intentionem Ministri ba-
ptizantis. Dictum Augustini etiam refert Lom-
bardus, & probat Lombardus lib. 4. Sentent. dist.
6. cap. 5, & Gratianus in can. *Solet etiam queri*,
consecrat. distinct. 4. Ergo non debent Scho-
lastici, & Bellarminus id affirmare, quod &

Augustinus vir eruditissimus, & Innocentius I. Pontifex Maximus non definiuit; imò cuius contrarium Pontifex Romanus tenuit, & asseruit.

Respondet Bellarminus, Augustinum nolle asserere, Vtrum Baptismus per iocum & citra intentionem Ministri datus valeat: ergo hæc sententia nos, ait, non se oppugnat, quia nos asserimus eiusmodi Baptismum non valere. Respondeo Bellarmino, Imò respondet Augustinus esse opus reuelatione diuina, vt sciatur, Vtrum intentio Ministri desideretur ad efficacitatem Baptismi: neque id verbo Dei scripto definitum esse. Quare temerè citra Dei verbum isti definiuerunt eam quæstionem, teste Augustino, & Concilio hæc duo inania, Nempe Florentinum, & Tridentinum, qui fuerunt ineptorum hominum cæcus. Ex quo fit, vt hæc Augustini sententia Sententiariorum oppugnet, qui eam intentionem, & quidem necessariò, requiri docent & contendunt.

Ad dictum Innocentij quarti respondet Bellarminus Kemnitium esse falsarium, quia verba hæc Innocentij, *dum modò intendat baptizare*, prætermisit, quæ probant intentionem Ministri requiri.

Respondeo Bellarmino, Eum ipsum esse falsarium, non Kemnitium. Bellarminus enim illa supponit cap. *Si quis puerum*. extra de Baptismo, vbi scribit illa Innocentij quarti verba, quæ conueniunt prætermissa, extare. Hoc omnino falsum est. Nam in cap. *Si quis puerum* nulla sunt omnino eiusmodi verba, vel picta, vel scripta. Deinde est illud caput decretalis epistola Alexandri III. qui Innocentium præcessit. xv. plus quàm totis

octoginta annis. Ergo verba Innocentij quarti referre non potuit. Alexander tertius qui ante hunc Innocentium quartum tot annis mortuus est. Ergo hoc totum mentiens scribit Bellarminus. Quare Bellarminus ipse incidit in crimen falsi, quod calumniosè obiicit Kemnitio, quoniam aliter telum hoc euitare non potuit iste, quam strenuè egregièque mentiendo. Sin extravagantes intelligit aliquas Bellarminus, ubi extet Innocentij quarti dictum, Respondeo Angelum esse optimum mentis Innocentij interpretem, qui proximus ætate fuit: longèque meliorem, quàm totis ducentis annis postea fuerit ab Innocentio quarto remotissimus his noster Bellarminus.

Quarto loco aggreditur Ambrosium Catharinum, qui lib. de *Intentione Ministris* negat eam intentionem requiri. Vtitur autem testimonio primum Thomæ Aquinatis in 3. parte, quæst. 64. artic. 8. ad 2. & in 4. dist. 6. quæst. 1. artic. 2. ubi negat mentalem intentionem & actualem Ministris requiri in conferendo efficaciter & vtiliter Sacramento.

Respondet Bellarminus ex aliis eiusdem Thomæ locis eum velle, vt Minister habeat intentionem saltem agendi id, quod agit Ecclesia. Respondeo Bellarmino, Aut est ipse Thomas bardi-ingenij homo, si suam mentem exprimere non potest: aut inconstans, si quum eam expresserit, nihilominus mutet: aut denique mēdax est Bellarminus: quod postremum est verissimum. Primum autem non est verum. Mentem enim suam apertè declarauit Thomas, Nempe requiri id

tionem Ministri solum externam & habitua-
 lem non mentalem. Est autem Habitualis inten-
 tio, quæ ex dispositione & sensu ipsorum Christi
 verborum manat, non ex actuali vel mentali Mi-
 nistri cogitatione, quum Sacramentum admini-
 strat. Nam etsi Pastor seu Minister vellet esse fun-
 ditus perditum, & damnatum eum, quem bapti-
 zat, nec habere vnquam remissionem suorum pec-
 catorum, quoniam illi hostis est: tamen si idem
 Minister Sacramentum externum in eum contulit ex
 mandato Christi, valet, & est fructuosum & effi-
 cax in suscipiente. Atque sic dilectè Thomas in
 2. part. q. 64. art. 8. ad 2. scripsit ad perfectionem Sa-
 cramenti non requiri intentionem Ministri. Nō
 est autem inconstans Thom. s. Nam Scholasti-
 corum summus Rex & Coryphæus, qualis est
 Thomas non est inconstans. Quis si est inconstans,
 quid & quales sunt ceteri? Si tam vile Margari-
 tum, quàm vile vitrum? Ex quo fit, vt sit omnino
 mendax Bellar. in Thoma interpretando. Nā hic
 eum fingit inconstantem: supra verò nempe cap.
 127. col. 102. E. A. etiam bardum, qui suam mentem
 explicare nō posset, & qui intentionem Virtua-
 lem appellaret imperiti Habitualem, vt iste ma-
 gister Medicus homo vult, & ideo Thomam flagellat.
 Idem Catharinus probat ex Chrysoft. Homil.
 85. in Iohan. non requiri mentem, & intentio-
 nem Ministri, qui solum linguam & manus præ-
 ebet. Nec aliud. Nec enim ex o vilo pacto pen-
 det efficacia Sacramenti, id est, neque ex eius
 fide, neque probitate, neque intentione. Respon-
 det Bellarminus Chrysoftomum negare fidem,
 probitatem, & alias virtutes Ministri requirere.

non intentionem, quia Minister est animatum instrumentum Dei.

Respondeo Bellarmino, Verba, & mens Chry-
sostomi generaliter excludunt quicquid in Mi-
nistro spectari potest: ergo concludit intentio-
nem ipsius, velut ad efficacitatem Sacramēti ne-
cessariam. Deinde hæc sibi ipsi repugnat Bellar-
mini responsio. Nam si Chrysostomus excludit
virtutes Ministri: ergo & intentionem. Nam ve-
ra legitimæque Ministri intentio est summa in
eo virtus, utpote Muneris sui diligens executio,
& erga Deum obsequium, teste hîc ipso Bellar-
mino col. 110. L. C. Denique non sequitur, quod,
etsi est Minister instrumentum animatum, ipsius
intentio ad efficacitatem requiratur. Nam famu-
lus meus est instrumentum animatum, cuius ta-
men neque voluntas, neque intentio requiritur,
ut munus meum (cuius est baiulus & delator) sit
efficax erga meum amicum, & apud eum sit, ad
quæ illud defert, cuique tradit famulus. In sum-
ma agnoscit ipsemet Bellarminus ex Chryso-
stomi sententia Dei beneficium ex hominis Mini-
stri malitia, ignorantia, negligentia, nobis inuti-
le nequaquam esse oportere: neque ex his causis,
aut aliis impediti posse, quo minus sit efficax. Nā
Deo quis resisteret? Roman. 8. v. 3. I. Corint. 10. v. 22.

Quod autem addit Bellarminus, Nisi adsit &
desideretur intentio Ministri, per quam velit Sa-
cramenta dare, futurum esse, ut si Minister nolit
fungi suo officio, denegetur alicui Sacramentū,
& illi noceatur à Ministro isto fastidioso, aut in-
vido. Respondeo, Nulla est cōsequutio ista Bel-
larmini. Nec enim quicquam huiusmodi ex in-

entione Ministri negata à nobis euenire potest. Potius id eueniret ex Intentione Ministri, vt sit ab istis, concessa & probata, tanquam necessaria. Deinde respondeo, Verum est, si Minister Sacramenti negligens est, aut malus, eum priuare Sacramento posse nonnullos: propterea tamen effecti Sacramenti eisdem minimè priuabit, quia Dei gratia signis Sacramenti neutiquam est alligata.

Ex superioribus autem confirmatur eiusdem Ambrosij Catharini sententia & ratio hæc, Iniquum ac durū esse, Vt ex impij Ministri arbitrio & intentione pendeat salus hominum. Nam Dei promissiones ex ipso Deo, eiusque potestate: nō autem ex hominibus pendunt, Quæcūque enim Deus vult facit Psal. 115. Rom. 8. .31.32. & exequimur, & confert.

Idē Catharinus profert Nicolai Papæ rescriptum ad consulta Bulgarorū, quod extat in can. *A quodam Iudæo Consecrat. Dist. 4.* vbi, nullo pacto ad efficacitatem Sacramenti requiritur intentio Ministri. Respondet Bellarminus quia Nicolans præsupposuit eam intentionem adfuisse. Respondeo Bellarmino, Hoc est diuinare, non soluere: præsupponere temere, non explicare. Imò in can. *Romanus* ibid. confirmatur Nicolai sententia, vbi prorsus Ethnicus baptizat, & quidem ex Gratiani & Isidori sententia rectè, tamen citra vllam intentionē agendi id quod agit Ecclesia, quoniam Ethnicus erat: vt alter Iudæus a Ihuo Iudæus. Ex quo fit, vt sit vera Lutheri, Caluini, Kemnitij, & Catharini sententia illa verò Bellarmini sit falsissima, & ineptissima.



AD LIBRUM SECVNDVM

Tomi Secundi, ubi quarta Controversia con-
tinetur, quæ est,

De Effectu Sacramentorum.

Ad Cap. i.

Dæclarè Basilius lib. 5 cōtra Euno-
mium inquit τῆς ψυχῆς νόσημα ὄσιν
τὸ πικρῶς καὶ ἀειτέργως ζητεῖν ἀεὶ θεῶν
καὶ ἀληθείας. *Magnus animi morbus*
est male & curiose mouere quæstiones
de Deo & veritate. Id quod verissimum esse toto
hoc libro lōgissimo (cōtinet enim capita xxxii.
eaque etiā longissima) probat Bellarminus. Quæ
enim iste tot verbis futilibus tractat, & foliis
plurquam xiiii. totis & plenis, Thomas in 3. par-
te, persequitur vnico penè folio, nempe quaest.
62. & 63. Durandus in lib. 4. Sentent. dist. 1. quaest.
4. vnica quæstione: alij etiam paucissimis, & bre-
uissimis pagellis. Iste verò, more suo, vbique vet-
bosus, vbique ambitiosus tota 14. folia implet,
ostentandi ingenij gratiā, & suo, & nostro otio
in tanta vitæ humanæ breuitate abutens, quum
bonas horas melioribus studiis nos collocare
oporteat, quàm istis Bellarmini controversiis &
scriptis inanibus legendis. Verùm iste fastum ca-
peat. Sed, mi Bellarmine, ad populum phaleras:
dictum sapienti sat erat.

Quæstio tota est de effectu Sacramentorum in genere, in prima, & secunda huius libri parte. Facilis & brevis est responsio, si homo iste Bellarminus vel micam cerebri, vel guttam solidæ Theologiæ habet. Finis generalis Sacramentorū est obsignare nobis ea ex fide sumentibus promissiones Dei Roman. 4. v. 11. Genes. 17. v. 10. Ios. 5. Ergo non solum *σύμβολα*, uti tesserae & symbola militaria vocantur, velut apud Marcum cap. 14. v. 44. non solum *σημεία*, velut fuit funiculus fili dibaphi Ios. 2. v. 12. 18. sed etiam vocantur veræ *σφραγίδες*, Roman. 4. v. 11. & *ἀντίτυπα* & *τύπα*. 1. Petr. 3. vers. 21. Hæc erat verissima & brevissima totius istius quæstionis decisio, responsioque.

Quòd si suos, suorumque errores sequi mallet Bellarminus (quos deosculatur mirificè) tamen brevissimè responderet, generalem Sacramentorum effectum esse triplicem. Nempe collationem gratiæ, Animæ ornatum & Characterem, ut docet Thomas in 3. parte quæst. 62. Durandus lib. 4. Dist. 1. quæst. 4. Quamobrem paucis verbis & pagellis tota res ista confici potuit. Gaudent, enim brevitatem moderni, nec se suamque memoriam prolixitate scriptorum opprimi volunt.

Verùm à suis, solitisque in nos convitiis, & calumniis & hunc quoque librum, sicut & superiorem, ordiri maluit Bellarminus. Ista enim Rhetorica huic Monacho, id est, maledicentia mirè placet: & tunc se vicisse autumat, quum nobis convitiatus est. Ducit igitur initium scribendi à calumnia in D. Calvinum sua, cuius tamen tota

de istis Scholasticis sententia verissima est.

Ait Calvinus, Deum neque uti signis tanquam vehiculis & inuolucris deferentibus suam gratiam: neque velut instrumentis eam continentibus: neque ut causis eam efficientibus: sed ut signis duntaxat eam verè credentibus hominibus obsignantibus. Qui verò aliter aliudve docent, & id, quod hîc Bellarminus, Nempe Sacramenta esse causas gratiæ effectivas, etsi non primarias, gratiæ, inquam nec apud Deum iustificantis, eos docet Calvinus transcribere proprium Dei opus in externa symbola, quasi Deus vires suas terrenis signis resignet. Id quod est falsissimum. Is. 42. v. 8. *Gloriam meam alteri non dabo: Deus ipse per verbum suum sanctificat.* Ephel. 5. v. 29. *Moses & Deus sanctificat, Moses ut simplex Minister: Deus, ut causa à quo est immediatè totus fructus Sacramentorum.* August. lib. 3. *Quæstionum Veteris Testamenti cap. 84.* Denique quo id sentiunt, sunt idololatræ.

Hæc verè de Scholasticis sentit Calvinus, eos tribuere efficacitatem collationemque gratiæ causatiuam ipsis signis, & quidem proximam & immediatam, quemadmodum, & Thomas in 3. parte quæst. 62. & Lombardus lib. 4. Dist. 1. & ipsemet Bellar. superiore libro disertè scripsit. Ex quo fit, ut dum hæc de istis tradit Calvinus, non mentiatur. Nec enim mendax est, qui sciens veram dicit. Sed mentitur Bellarminus, qui suam, suorumque manifestam sententiam, (cuius cum pudet) dissimulat, & negat eam sciens & prudens. Sed quid (ut reliqua persequar) hæc quatuor notabilia, hæc tot præcantiones, munitiones & vera

Bellarmini subterfugia hic profunt. Nec enim huius quæstionis mentem explicant. Imò eam prorsus obscurant.

In summa enim hoc vult iste, Velle Scholasticos eos Sacramenta Euangelica conferre in virtutes Sacramentis Deo gratiam iustificantem, actis, & eo ipso quo signa ijs tribuuntur, momento, quoniam hanc virtutem habent à Deo quidem velut organa & instrumenta à Deo selecta (qualis Panis noster vites & vaculus alendi à Deo habet, & eum in se conclusum continet) atque etiam eam ipsam virtutem Sacramēta seu signa, ait iste, post consecrationem in sese continent, receperunt consequuntur. Hic totius istius longissimæ, & confusissimæ disputationis Bellarminicæ corpus est.

Atqui hæc sententia & à Durando vera esse negatur lib. 4. Dist. 1. quæst. 4. N. 19. & ab aliis Scholasticis in dubium & controuersiam vocatur, & per se blasphemum est. Transfert enim ex parte causam nostræ salutis in symbola externa, quæ tota est vnus Dei propria, 1. Pet. 5. ver. 10. Ephes. 2. v. 8. Il. 43. v. 11. Ergo signa illa Sacramentorum in Deum transformant isti, & Deos faciunt.

Verùm ne conqueratur homo iste, sibi non fuisse ad omnia responsum, age secundum notabile (primùm enim meram esse Bellarmini calumniam antea proximè probauimus) videamus. Ait igitur Bellarminus, Non esse quærendum, nec à piis sciendum, & sciscitandum. Quomodo Sacramenta sint in hominibus sumentibus causæ salutis. Respondeo, Hoc esse pulcherrimum, &

& *Contra* sui erroris præsidium & *Oppugnavit* sed
 inceptissimum. Quomodo enim sunt signa causæ
 salutis æternæ est a piis hominibus querendum,
 quia pugnat isti sententia cum Dei gloria, quam
 manifeste destruit, & in meras creaturas trans-
 fert. Deinde hoc notabile seipsum refutat. Nam
 si ad fidem Christianâ non pertinet, scire Quo-
 modo Sacramenta sint veræ & efficientes causæ
 salutis nostræ cur igitur ipse d. hoc ipso tam la-
 boriose, totque verbis infra cap. 3. disputat, &
 contendit? Denique quomodo huius suæ fidei
 rationem reddet vir pius cuius eam à se petenti
 (quod fieri præcipit Petrus 1. Petr. 3. v. 15.) si eam
 ipse ignorat, quem ad modum eam ignorari iubet
 hoc loco, contra Petri Apostoli præceptum, Bel-
 larminus: ista non consentiunt, aut coherent.

Tertium Be lar. notabile est, *Conferre gratiam*
ex opere operato, est, non ex merito vel conferen-
 tis Baptismum, vel suscipientis: sed ex sola vi ex-
 ternæ actionis Sacramenti, id est, ex debita appli-
 catione formæ & materiæ à Ministro facta caus-
 sare gratiam iustificationis coram Deo in susci-
 piente homine. August. lib. 4. de Baptismo cap.
 24. Itaque falluntur, ait Bellarminus, qui aliter
 sentiunt.

Respondeo Bellarmino, Neque Calvinus in
 Antidoto scilicet 7. cap. 7. & 8. & lib. 4. Instit. cap.
 14. §. 26. Neque Heshusius lib. de Sexcentis Pa-
 pillarum erroribus cap. 15: neque Kemnitius in
 2. parte examinis senserunt, dixerunt ve Põrificios
 velle, ut ex merito & virtutibus, vel Ministri Sa-
 cramenta dantis: vel hominis suscipientis valeant,
 sintque efficacia Sacramenta: sed ut ex vi ipsius

actionis & applicationis materiæ & formæ Sacramenti in suscipiente debita sit efficax Sacramentum. Sic igitur cum vera Scholasticorum mente consentiunt illi. Nam & ipse Bellarminus col. 117. L. C. §. Secundo, ait, *Sacramenta vi sua conferre gratiam.* Quare calumniatur eos Bellarminus, quum aliam iis de opinione Scholasticorum sententiam assignat.

Sed & hæc ipsa Bellarmini interpretatio & sententia tum falsa est, tum blasphema. Falsa est quia non ipsa applicatio formæ & materiæ debita in suscipiente causat gratiam Dei: sed Deus spiritus in hominibus credentibus & fid. libere atque signa sumentibus operans, & Dei promissiones præstans. Deinde fides suscipientis (quam isti in suscipiente Sacramenta prorsus præmittunt) quæ est præparatio cordis ad Christum Christi que dona salutariter accipienda, est causa gratiæ Dei in nobis. Blasphema est hæc eadem Bellarmini sententia, quia transfert in externam hominis Ministri actionem illud, quod est proprium opus Dei, Nempe nos apud Deum iustificare. Itaque nihil iste ex hoc suo notabili iuratur. Imò ex eo planè opprimitur.

Quartum Bellarmini notabile est, Kemnitium non rectè Tridentini Conciliabuli mentè percipisse: se verò, utpote Magistrum nostrum, & in istis sordibus educatum, meliùs suarum Vpoperum crocitus & coccysmos suorum coruorum intelligere. Respondeo. Inter eos sit certamen de ista lana caprina, nempe de mente Tridentinæ contionis. Qui tamen diligenter illius verba & decreta perpenderit, pro Kemnitio vindicias

contra Bellarminum pronuntiabit. Denique ex
 ista Bellar. sententia efficitur quum ex vi actio-
 nis Sacramenta suam efficacitatem habeant, ut in
 quocunque exercetur & sit hæc actio, ille Dei
 gratiam habeat, siue sit bonus, siue malus, siue fi-
 delis, siue non. Id quod & Gabriel Biel quoque
 aperte sensit in lib. 4. sentent. dist. 1. quæst. 3. & Io-
 hannes de Palude ibid. quæst. 1. cōclus. 2. probat.
 4. & Marsilius in 4. quæst. 2. artic. 2. & Mensinger-
 us in cap. 6 Iohannis, & Thomas ipse. Hi enim
 omnes excludunt internum motum, fidem, &
 penitentiam suscipientis hominis. Nec enim eā
 requiri putant, ut gratia accipiatur. Sed accipi-
 tur ex opere operato, aiunt, & vi actionis à Mi-
 nitro applicatæ suscipienti homini. Ergo vera
 est Kemnitij de Tridentino concilio sententia:
 Bellarmini autem, quæ illi contraria est, falsa.

Porto hæc ipsa Concilij Bielis, Paludani, Mar-
 siliij, & Thomæ sententia falsissima est. Quum e-
 nim efficacia & virtus Sacramentorum pen-
 deat ex nostri vnione cum Christo: vel, ut loqui-
 tur Thomas in 3. parte quæst. 62. artic. 5, fundetur
 in passione Christi: sola autem fide & Christo,
 & ipsius passioni communicemus Iohan. 6. vers.
 29. 58. Rom. 6. v. 3. 4. Ephes. 3. v. 6. fit, ut qui fide ca-
 ret, & nullum ex Sacramentis, quæ participat,
 fructum sentiat: ac prouide in suscipiente fides
 necessario requiritur, ut in eo Sacramenta sint
 efficacia. Quæ veritas & Concilij Tridentini, &
 Bellarmini, & sociorum sententiam funditus tol-
 lit & euertit.

Denique eò tandem delabitur Bellarminus,
 ut id agat, quod impudenter mendaces homines

in mendacio manifestè deprehensi. Negant enim, intorquent, obscurant, detorquent sua verba, quantum possunt, ne mendaciam eorum verè appareat, & detegatur. Sic iste sua, & suorum & Concilij ipsius sui verba, *de opere operato*, primum negat, deinde quia mendax deprehenditur, detorquet, obscurat. Sed quicquid conatur semper manet laqueis Kemnitij irretitus, sic, vix nullo pacto iam elabi miser queat.

AD CAP. II.

Quod iste, ut nostram sententiam calumniosè explicet, Messalianorum hæreticorum meminit, est malignum. Primum non fuerunt Messaliani dicti hæretici, quod nos coram Deo negarent per Sacramenta iustificari: sed quod continuè precationum certarum demurmurationibus salutem nostram tribuerent, quod & sentiunt, & faciunt Pontificij Monachi, in eorum Messalianis hæreticis simillimi, eorumque verissimi successores.

Quæ sit nostra, nostrorumque de efficacia Sacramentorum sententia, nemo melius, quam ex nobis ipsis intelliget. Non ex hoste nobis infestissimo intelligenda est: non ex homine illius ignaro: non ex tenebrione & bruto, quæ omnia est Bellarminus. Itaque hic in nostra sententia explicanda, neque se, neque nostram mentem assequitur, obscurus est, ineptus, mendax. Ac quidem mendax, qui nostrorum alios ab aliis dilucide scribit, quàm inter nos omnes maximè consentiamus. Est ineptus, qui quæ non percepit, alios docere conatur: est obscurus, qui neque se,

neque nostram mentem notit, & eam obscure fallóque explicat, quum sit tamen facillima.

M. Lutherus ubique secum consistit, & cum eo Philippus, cum Philippo Calvinus, cum Calvino Kemnitius manifestissimè. Nam Lutherus lib. de Captivitate Babylonica cap. de Baptismo, item in alicert. artic. 1. anno Domini 1523. contra Cochlaeum, Sacramentorum ait effectum esse vt sint sigillum promissionum Dei nobis in Christo factarum. Nam Sacramenta fidem nostram excitant, tum confirmant. Efficacitas autem Sacramentorum & ipsa gratiæ collatio fit à Deo, non à signis ipsis. Huius gratiæ à nobis recipiendæ dispositio & præparatio est fides nostra in Christum. Hæc est breuiter nostra sententia. Idè docet Philippus anno Domini 1523. cap. de Signis, & in Apologia. Idem Calvinus lib. 4. Institut. cap. 14. §. 6. & 18. Idem Kemnitius in 2. parte Examinis pag. 20. & 26.

Nec sibi aduersatur Lutherus Homil. 1. & 2. de Baptismo, neque Kemnitius, dum aiunt Baptismum nos regenerare, peccata nostra abluere, & mortem suffocare. Suffocant, abluunt, regenerant per modum signi, quòd ea fieri in nobis à Deo testantur, & obsignant. Nam signa & sigilla ea facere dicuntur, quorum sunt signa & sigilla propter certitudinem eorum, & analogiam signi, & rei signatæ Metonymica enim locutione signis tribuitur illud, quòd est proprium opus Rei signatæ, vt docet Theodorus Dialogo. 3. Sic verba Calvinii in Antidoto lesi 7. cap. 5. & 6. sunt intelligenda. Sic Th. Beza. Nec enim (teste hoc ipso Bellar. col. 120. L. C.) à sua illa priore senten-

tia, quam exposui, nostri vnquam recesserunt. Sacramenta esse sigilla solùm, non causas Dei gratiæ in nobis. Denique, licet inuitas, tamen agnoscit Bellarminus constantiam in hoc vero dogmate, *Sola fides iustificat*, tuendo nostram, eamque perpetuam.

Ad Cap. III.

Hoc totum caput est inane, proiicit enim ampullas, & magnorum factu & pompa promittit mendacia. Hunc hominem Hispanum propterea putes.

Ad Cap. IV.

Pri nam sui erroris probationem nititur ducere Bellarminus ex Nouo Testamento, sed non potest ex vlllo illius loco, quemadmodum res ipsa ostendet. Sunt autem omnes loci, quos ex Nouo Testamento citat iste, fallacia duplex, & non consequente, & Ab æquiuocatione. Quas rationes istas examinemus, Ait igitur.

Matth. 3. v. 11. Baptizabat Iohannes vti & Christus: ergo per suum baptismum Iohannes Minister gratiam conferebat, vti & Christus: ac proinde baptismus per se, & ex vi sua gratiam confert. Respondeo Bellarmino, Primum A non consequente. Nam Iohannes ipse sese distinguit, & suum baptismum (qui erat duntaxat externa aquæ applicatio) à Christo, Christi que baptismo, qui erat gratiæ collator, & collatio interna gratiæ. Ergo confundit Bellarminus, quæ & Iohannes distinxit Matth. 3. v. 11, & Christus ipse Act. 19. vers. 5.

Nec obstat Marc. 1. v. 4. Luc. 3. v. 3. vbi dicitur baptismus Iohannis & Christi fuisse, quod ad effectum.

effectum, idem. Respondeo, Hoc verum est, sed effectum Baptismi & in suo, & in Iohannis baptismo conferebat ipse Christus, non Iohannes, non Baptismus, id est, ipsa actio Baptismi, sicut vult ist. Quare nulla est istius collectionis ratio, & argumenti consecutio. Altera fallacia est Ab equiuocatione verbi, *Baptizo*, quemadmodum docet Augustinus lib. *Quæstion. Veter. Testamēti* 3. cap. 84. Sanctificat Moses, sanctificat Deus, ait, Moses vt minister: Deus vt author & sola causa sanctificationis. Ergo confundit hic Bellarminus opus Ministri quod est duntaxat externum, cum opere Dei, quod est internum, quod & que nec Ministro, neque ipsi Sacramenti actioni tribui potest absque blasphemia.

De loco ex Act. 19. v. 4. alibi commodius agitur. Nolumus enim Mandrabuli in morem omnia confundere, suisque, deque habere, quod facit Bellarminus. Hæc enim ipsa centies repetet, & istud hic non suo, sed deserto loco habet.

Secunda ratio Bellar. est ex Marc. 16. v. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur*: Ergo vis seruandi tribuitur Baptismo. Respondeo, Imò tribuitur fidei, vt docet Paulus Ephes. 2. v. 8. *Roma. 1. v. 17, Fide seruamur*. Itaque prius dixit Christus, *Qui crediderit*. Num Baptismus est solum testimonium istius Dei promissionis, Nos si credimus, id est, per fidem, seruari. Habac. 2. v. 4. Itaque Bellarminus putat absurdè hic oportuisse Baptismum præcedere fidem: non autem fidem Baptismum. Promissio enim præcedit sigillum. Fides autem quoniam ex auditione Dei verbi est in adultis (de quibus hic agit Christus) pendet.

que idcirco eos oportet prius audire Dei verbum, quam baptizentur Rom. 10. v. 17. cap. *Maiiores*, ext. de Baptismo. Quare vera est, & confirmatur ex illo Christi dicto Marc. 16. nostra sententia Verbum Dei concionale in Sacramento- rum administratione precedere debere, quod in- men iste negat. Non est autem eadem ratio fidei & Baptismi, sicut hic modestè putat Bellar. ergo non sic baptis- mus applicat nobis immediate Christum, Christi- que beneficiam, sicut ea nobis ap- plicat immediate fides. Ratio diuersitatis est. Quòd fides immediate apprehendit Christum, ergo & immediate quoque nobis eum, & eius be- neficia applicat. At baptismus, neque est Christi apprehendendi instrumentum, sed apprehen- ditur: neque etiam immediatum, sed mediatum. Accedit enim signum ad verbum in Sacra- mento, & ex verbo, & per verbum scimus signu- esse nobis Christi applicati sigillu. Ergo est me- diatum, & subsequens & fidem, & verbum Sacra- menti, & utroque posterior.

Tertium Bellarm. argumentum est ex Iohan. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei*: ergo ex Aqua, id est baptismo pendet, velut ex causa, nouitas vite nostræ. Respondeo duplex est hoc loco fallacia. Prima A non consequente. Nam et si nos ex aqua renasci oportet, propterea tamen non pendet ex aqua, velut causa, ista vite nouitas: sed pendet ex Dei solo spiritu, teste ibidem Christo ver. 7. *Genitum ex spiritu est spiritus & renatum*. Sed Aqua requiritur, ut istius nouitatis & renatcen-

tia spiritualis testimonium, non autem caussa. Itaque sic vox, *Ex*, est eo loco sumenda, teste Paulo Ephes. 5. vers. 29. Nam falsa est interpretatio & suppositio istius, tanquam ex nostra sententia, quod Aqua illic requiratur ut fides creetur, & exciretur in nobis. Hoc ne cogitauimus quidem.

Interpretatio verò Caluini in Commentarium eum locum, & lib. 4. Institutionum Christi. cap. 16. §. 25, ut *Aqua et Spiritus* illic pro eodem sumantur, tanquam doctrinam habet, atque tolerabilior omnino est, quam tua, tuorumque illius loci expositio, per quam præcisè necessitatem Baptismi colligunt tui ex eo loco. Sed falsò, ut antea docuimus. Nec enim omnipotentis Dei gratia signis externis vllis alligatur, & adstringitur. Aquam autem pro Spiritu sancto sumi apud Iohannem, & alios apparet ex Ioh. 4. vers. 11. Hier. 2. v. 13. Nec sequitur, si Aqua pro Dei Spiritu semel, aut aliquoties accipitur, sic semper sumi deberet ac proinde tolli baptismum Aquæ, quemadmodum calumniosè colligit iste, & ineptè. Denique ineptus est Bellarminus, qui proram & puppim suæ victoriæ in traducenda ea Caluini interpretatione collocet. Sic enim Calvinus hoc scripsit, ut (qua fuit animi modestia) si quis meliora sentiret, non inuideret, ut est Philip. 3. v. 15. Itaque Theodori Bezae explicationem eius loci à se diuersam patienter tolerauit. *Non eadem sentire bonis de rebus eisdem, Incolum licuit semper amicitia.*

Quartum argumentum istius est ex Actor. 2. vers. 38. 22. vers. 16, vbi Remissio peccatorum tribuitur baptismò. Respondeo, Sacramen-

taliter, nō effectivè tribuitur baptismo. Est enim baptisus remissionis peccatorum, & Animi ferriæ pœnitentiæ sigillum, signum, & Sacramentū fide susceptus. Ergo fallacia est Ab æquinoctiatione hæc ratio Bellarmini. Ludit enim in ambigua significatione harum vocum, *Accipere remissionē peccatorum*. Accipimus enim eam à Deo, tāquam à solo authore: accipimus à Pastore, vt à Ministro: accipimus à baptismo, tāquam à solo signo illius & sigillo. Sic diploma gratiæ regium aliquis accipit à Rege, vt à vero istius gratiæ autore: accipit ab amico Aulico, velut intercessore: accipit à Cancellaria regia, velut ab aulico obsequante Principis beneficia. Quare Bellarmini exclamations sunt ineptæ. Nec enim iis refutat Calvinum, aut eius interpretationem: sed eam, cui nihil acutissimus ipse respondere potest, confirmat.

Quintum argumentum suum ex Acto. 8. v. 18. 2. Timoth. 1. v. 6. confutat ipsemet Bellarminus. Ait enim illos locos S. Scripturæ à se citatos pertinere ad Ordines & Confirmationem, quæ duo non sunt Sacramenta. Itaque extra oclās vagatur hoc loco Bellarminus.

Sextum argumētum est ex 1. Cor. 10. v. 17, quia participant omnes fideles vnum panem, sunt vnum corpus: ergo participatio ipsa vi sua causat hoc, vt sint fideles vnum inter se corpus Mysticum. Respondeo & ad hunc locum, & ad cap. 12. v. 13. prioris ad Corinthios, participationem vnus Panis Sacramentalis non esse causam, sed signū duntaxat vnionis illius fidelium inter se. Sicut quum Panis vulgaris editur, non ipse Panis illius
eius

efus primum coniungit membra corporis nostri inter se: sed ea prius inter se vnita continet, & sustentat. Sic & S. Cœna Domini non nos primum vnit, sed Spiritus sanctus in Christo id facit. 1. Corintha. 12. v. 13. 1. Iohan. 1. v. 3. Sacra verò Domini Cœna & Panis illius obsignat illam nostrā (qui fideles sumus) inter nos vnionem, eamque ratificat, & confirmat: non autem efficit, & causat, vt vult bardus homo iste.

Septimum argumentum istius est ex Ephes. 5. v. 26. Respondeo. Hic locus Bellarminum iugulari ostendit eum Deum seu Christum, non autem ipsum Baptisum mundare nos: sed Deum postea adhibere istius mundationis spiritualis externum signum, & symbolum, Nempe Baptisum. Id quod eruditissime & verissime scripsit, & sensit Calvinus. Nec verò par ratio est cæterarum actionum nostrarum etiam sanctarum & externarum, quæ Baptismi. Nam illæ non habent Dei promissionem & institutionem, vt sunt sigilla nostræ lotionis spiritualis, quemadmodum habet eam baptisus. Itaque negatur iste, qui tam diuersa & dissimilia comparat inter se, & similia facit. De hedera verò, quæ est vulgare signum vini vendibilis, idem dici nō potest, quod de signo Sacramentali à Deo instituto (id quod tamē iste blasphemè blatterat, atque hic scribit) quia hoc signum est certissimum: hedera non item. Præterea non inebriationis signum est hedera, sed venditionis dumtaxat vini, sicut signum Sacramenti significat gratiam Dei. Ergo non potest dici hedera inebriare (quod tenebrio iste fingit) sed vendere, aut vendendum signum

monstrare. Sed quid hæc inter se conferre necessesse est, quæ sunt diuersissima, teste hoc ipso supra libro primo signorum genera?

Octauum Bellarmini argumentum est ex 1. Petr. 3. v. 21. vbi Baptismus dicitur nos seruare, sicut Arca seruauit Noacham ex aquis diluuij. Sic enim ita sunt inter se componenda non quemadmodum iste confert Aquam Baptismi cum Aquis diluuij. Nam aque diluuij homines perdidit. Sed Aqua baptismi seruat pios à morte æterna, & purgat sacramentali à peccatis. Ergo non intelligit Bellar. testimonium, quod pro se citat. Præterea, Resp. Fit quoque quidem comparatio Aquæ Baptismi cum Arca Noachi super aquas fluctuante, non omnino, omnibusque modis. (Nec enim simile est idem) sed ex parte tantum, & *κατά τινος*, Nèpe quod ad hoc, vt quemadmodum Arca Noacham, & ipse liberò seruauit à morte corporis: sic Christus in Baptismo nos seruat ab æterna morte: & eius sui beneficij testimonium & sigillum dat Aquam videlicet. Ergo sicut fuit instrumentum seruandi olim Noachi, Arca illa in aquis fluctuans, sic nunc est sigillum nobis spiritualis Dei gratiæ per Christum in Baptismo collatæ, Aqua Sacramentalis, sed sigillum duntaxat non etiam dandæ istius gratiæ instrumentum.

Ad Cap. v.

Secundam sui erroris probationem molitur Bellarminus ex locis, si quæ potest, Veteris Testamenti. Nimirum *ὄχι ἐπὶ τὰ πρότερα* faciens quia nullum, ne probabile quidem pro se argumentum in Veteri Testamento videt. In prima igitur arce meliores, quas putauit, suas copias produxit

xit, Nempe Nouum Testamentum, quod tamen posterius est Vetere Testamento. Sed nos totam illam primam Bellarmini aciem fudimus, fugauimus, profligauimus. Accedamus ad mediã istã aciem.

Primus locus est ex Is. i. v. 15. & 16. Dicit Propheta *Lauamini, & Mundi estote*: ergo ipsa actio Sacramenti & Baptismi confert gratiam iustificantiẽ. Respondeo, Ne puer quidẽ tam ineptẽ, stolidẽ, stultẽ argueretur. Nulla enim est ista cõsecutio, siue breui, siue longa manu prematur, & producat. Nam et si Hieronymi & aliorum interpretatio concederetur, essentque hæc dicta de Christi baptismo, non sequitur tamen vim peccata mundantem esse & dari per signum, aut per actionem illam externam baptismi: sed per Christum, & ipsius spiritum, vt docet Iohannes Baptista Matt. 3. v. 11.

Deinde nequaquam de Baptismo locus ille intelligitur, qui nondum erat institutus a Deo, & iam iam tamen ab eis istam lotionem Deus requiebat. Verum locus & lotio ista de abstinentia a peccando sumi debet, quam illic Deus disserre præcipit, vti apparet ex eodem Isaia cap. 59. v. 3. Nimirum metaphora à lotionibus legalibus tunc notis sumpta, ac familiari Iudeis.

Secundus locus est ex Ezech. 36. v. 25 vbi Aquę peccatorũ purgatorię promittuntur a Deo. Eas autem Hieronymus, & alij aquam Baptismi esse volunt ac intelligunt, vt Cyprianus lib. 1. Epist. vlt. & lib. 4. Epist. 7. Respondeo, fallacia est A non consequente hæc argumentatio. Licet enim cõcederetur a nobis locum illum de Baptismo esse

sumendum, tamen non sequeretur virtutē ipsam Mundandi esse in aquis comprehendendam, quemadmodum iste vult: sed esse in aquis, ut in illius spiritualis Mundationis signo. Nam signa sacramentalia propter certitudinem diuinæ promissionis, & analogiam rei signatæ & signi dicuntur id facere, quod promittunt. Theodoritus Dialogo 3. Sic sigillum regium quia confirmat regium donum dicitur donum illud nobis dare & conferre.

Præterea illa Aqua est sanguis Christi, qui nos purgat. Iohan. 2. v. 2. 3. Lyranus Aquam illam nos a peccatis purgantem dicit esse fidem Actor. 15. v. 9. Hæ posteriores sententiæ sunt probabiliores, quam interpretatio Hieronymi in Ezech. cap. 36.

Tertius locus est ex Mich. 7. v. 19. Hoc nihil omnino ad hunc locum de Sacramentis & argumentum pertinet. Ergo frustra allegatur.

Quartus locus est ex Zachar. 13. v. 1. Respondeo, Et si largiamur Bellarmino locum illum esse de Baptismo Christiano intelligendum, nihil tamen valet ad intentum & mentem Bellarmini. Fons enim ille Aquæ dicitur futurus in ablutionem peccatorum, velut solū & duntaxat sacramentum: non autem velut illius causa. Ergo illa Fontis Aqua est obsignatura peccatorum ablutione non eam effectura, & causatura, quemadmodum iste vult.

Quintus locus ex Psal. 51. v. 9. nullius est momenti. Itaque in aliud tempus & argumentum eum transfert Bellarminus.

Ad Cap. itidem 1 v.

In toto hoc capite sibi, suisque contrarius est Bellarminus. Agit enim de figuris & Sacramentis Veteris Testamenti, quæ negant isti omnes effecisse, & contulisse gratiam Dei. At tamen ea iam profert Bellar. ut doceat Sacramenta conferre & efficere Dei gratiam. Quod est se, & suos destruere.

Hominem tamen, & eius ineptias age patienter audiamus.

Prima est, Dicitur Genes. 1. v. 2. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*: ergo Sacramenta Novæ legis efficiant & conferant sua vi sumētibz gratiam coram Deo nos iustificantem. Ut autem istam consecutionē suam probet, (quā vel pueri quinque nnes agnoscunt esse ineptissimam.) Primum ait Aquas illas fuisse Baptismum: Deinde vult Piscem qui in his aquis natat, esse Christum, ut scribit Optatus Milevitanus contra Parmenianū. lib. 3. Hieronymus epist. 43. Tertullianus in libris de Baptismo: & idcirco vox Græca *ἰχθυὸς* (quæ piscem significat) significat & cōtinet quod hæc omnia *Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σὸς τὸν Ἰησοῦς Χριστὸς Dei filius servatur.* Augustin. lib. 18. de Civitate Dei cap. 23. Quis verò hanc Caballam ad hoc Scholasticorum dogma confirmandum necessariam esse iudicasset, nisi id Bellar. homo socors excogitasset? Vē tibi, qui sic sacrosancto Dei verbo abuteris ad tuas nentias extruendas & hæreses fulciendas. Præterea non videt Bellar. istas Patrum locutiones esse ex longinquis & remotis allegoriis & rhetoricationibus petitas, quæ nihil cum iuvant & probant.

Respondeo, vno verbo, Bellarminum ex hoc ipso, quem citat, loco planè r. futari. Ait enim Scriptura Spiritum Dei fouisse aquas, vt terræ producerent, non autem eas, in se, aut à se vix istas habuisse: quas tamen inopiè & quidè maior res etiam tribuit Aquæ Baptismi, Bellarminus vtpote quas vult etiam gratias spirituales elicere in nobis, & producere.

Secunda istius inepties est ex Genes. 7. v. 21. aquis seruatus est in diluuiò Noachus: ergo Aquæ habent vim seruandi. Respondeo, Non Aquæ, sed Deus Noachum ex aquis diluuij seruauit: itaque Noachus ex Arca egressus Deo, non Aquæ, tanquam soli suæ salutis autori sacrificauit Genes. 8. v. 20. Nec alia, sicut iam exposuimus Petri mens est 1. Pet. 3. v. 21.

Tertius inepties ex Genes. 17. Coloss. 2. v. 11. Circuncisio verè carnem præputij abiicit: ergo Aquæ Baptismi verè & reapse nos spiritualiter purgat. Respondeo, Satis ineptum te ubique agnoueram, sed iam video Bellarminè ineptissimum, qui sic cõfigas. Nonne vides in Circuncisioe re ipsa abscindi carnem, quoniam ista abscisio fit & naturaliter, & rei naturalis: sed animæ nostræ purgationem esse & spirituale, & spirituali modo fieri: id quod in Aquam, & terrenum elementum vllum non cadit. Spiritualia enim à rebus spiritualibus fiunt 1. Corinth. 2. v. 13. nõ à corporalibus.

Quarta ineptia est ex Exodi 4. Aqua maris rubri submersit Ægyptios re ipsa: ergo Aquæ Baptismi reuerà vi sua purgat & seruat Animas nostras. Respondeo. Hæc fallacia est. Ab ignoratio-

ne Elenchi. Fit enim transitus, & migratio de genere ad genus, Nimirum à rebus corporalibus fit conclusio ad res spirituales. Nā aqua nimia submergit & necat naturaliter homines naturales naturali modo. Verūm Aqua Baptismi, quæ est terrena, delere peccata quæ sunt spiritualia, non potest nec in ea agere. Nec aliter senserunt Cyprianus lib. 4. Epist. 7. Augustinus tractatu II. & 13. in Iohannem, quam Aquam Baptismi sacramentaliter tantum, ut domus: non autem causaliter, ut vult Bellarminus, purgasse peccata, & ea deluisse.

Quinta Bellarmini inepties est ex Exodi cap. 16. & 17. sic, Manna verè reficiebat corpus quæ pluebat è caelo: & Aqua ex Petra exiens potabat re ipsa corpus, non erat autem sigillum, & testimonium. Ergo Evangelica sacramenta Dei gratiam spiritualetm conferunt, & efficiunt vi suæ actionis. Respōdeo primūm falsum est, quod ait, Mannam, & Aquam è Petra fuisse tantum corporales cibos, & non sacramenta ac sigilla. Nam & Christus Iohan. 6. v. 32. & Paulus I. Corin. h. 10. v. 3. & 4. id refutant, ut falsum. Deinde fallacia est A non consequente ista ratio. Nam non sequitur quòd si signum sacramenti externū re ipsa alit nostra corpora: idem re ipsa alit animas nostras, & causa sit gratiæ Dei spiritualis. Sunt enim uti res diuersæ, corpus & Anima: sic earum diuersi cibi: quos iste confundit in hac sua conclusione.

Sexta inepties est ex Numer. 19. Aqua cineri vacca ruffa admista lauabat & purgabat immūdos corpore: ergo Aqua baptismi (quam Aqua illa referebat) purgat peccatores & animam. R.

spondeo, laborat hæc ratiocinatio eodem vitio
 & fallacia, qua proximè superior, Nimirum
 non consequente, & Ab Ignorantia Elenchi.
 Nam & cinis vaccæ ruffæ & Aqua baptisimi, que
 sunt signa externa, lauant tantum & sanctificat
 ad carnis purgationem Hebr. 9. v. 13. Numer. 9.
 11. 12. Christi verò sanguis purgat animas nostras
 non Aqua Baptisimi, Hebr. 9. v. 14. 1. Iohan. 2. v. 2.
 Roman. 3. v. 25. Perpetuè igitur iste confundit
 quod in Sacramentis agit in Animâ: & id, quod
 agit in corpus. Quæ fuerit autem cineris istius
 Aquæ, & Vaccæ ruffæ significatio, explicat aliter
 Augustin. Quæstion. in Numer. cap. 33. aliter Phi-
 lo Iudæus in lib. de Sacrificantiis.

Septima inepties ex Ios. 4. de Israelitarum tra-
 situ per Iordanem: Octava ex 2. Reg. 5. de Naamæ
 Syro, qui se in Iordane lauit: Nona ex Iohan. 5. de
 Piscina probatica. Decima ex Iohan. 9. de cæco
 qui se lauit in Siloë riuo & aqua: vbi sic ineptè
 iste, omnes istæ Aquæ lauauerunt & purgauerunt
 re ipsa corpora, & Baptisimum representauerunt: Er-
 go Aqua Baptisimi lauat Animas nostras. Respon-
 deo & vna fidelia omnes istos parietes dealbo.
 Sunt enim fallacia. Ab ignorantia Elenchi, qui
 fit migratio de genere ad genus, & quod corpo-
 ralis ac terreni elementi proprium est in corpo-
 ra agere corporaliter, transfert & applicat iste hoc
 ipsum ad actiones spirituales. Nam cōcludit eade-
 dem elementa agere in Animas nostras, que sunt
 spirituales. Fuerunt quidem, fateor, omnes istæ
 lotiones spiritualis Dei gratiæ in eos effusa, qui
 sic loti sunt, signa & sigilla ex Dei promissionibus:
 sed nequaquam fuerunt istius gratiæ vllò pacto
 causa,

causæ, quod iste blasphemè tamen sentit. Ergo quòd illæ lotiones & Aquæ dicuntur purgasse peccata, intelliges, sacramentaliter, non causaliter.

Denique ad illud, quod ait iste, eadem tribus Sacramentorum signis, quæ fidei. Nam utraque illa dicuntur, *Nos saluos facere*, Luc. 7. 1. Pet. 3. *Iustificare, & sanctificare*, Act. 15. Eph. 5. Tit. 3. v. 5. Rom. 5: ergo fides vt sigillum tantùm nos iustificat, sanctificat, seruat (quod est falsissimum) si Sacramenta nos iustificat, & sanctificant solùm, velut sigilla. Respondeo, Tota hæc Bellar. argumentatio est fallacia mera ab Equiuocatione harum vocum, *saluare, iustificare, sanctificare*, quæ & Deo tribuantur, vti soli causæ efficienti: & Christo, velut materiæ: & fidei velut instrumento: & Baptismo velut sigillo. Sic Rex, vt antor, dat beneficium immunitatis: Amicus aulicus, vt intercessor: *Acceptatio mea*, vt causa accedens, & acceptans illud donum: & *Cancellaria Regia*, quæ diplomã regij domi obsignat, velut testis istius beneficij publica. Quos omnes respectus confundit hic à *Θεολόγος* Bellarminus, vel malignosè, vel imperitè. Sic Deus iustificat, Christus iustificat, fides iustificat, Minister iustificat, Baptismus iustificat, diuersis omnino modis & respectibus Deus eligit Pastorem, Consultorium quoque eum eligit, Ecclesia tota eligit, sed diuerso respectu. Ambrosius in lib. De Sacerdotio.

Præterea quum hæc sententia Bellarmini de Sacramentis sit generalis, etiam Sacramenta Veteris legis iustificabunt, sanctificabunt, & gratiæ

Dei causæ effectivæ erunt: quæ sententia evertit omnes Scholasticos. Illi enim aliter sentiunt.

Denique fallitur Bellarminus, dum putat fidem nos iustificare sua vi, & dignitate. Est enim hæc locutio, *fides nos iustificat*, aut *ex fide iustificamur*, Rom. 3. v. 24. & sic q. 5. ver. 13. metonymica. Contingens enim pro contento sumitur. Christus enim fide a nobis apprehensus nos iustificat Ephel. 2. v. 8. Tim. 1. v. 9. seu Deus: non autem fides ipsa nostra. Nam illa Christum duntaxat (non suam iustitiam, nostrumque iustificatorem, Rom. 4. v. 25. 1. Cor. 1. v. 30.) nobis applicat: non autem ipsa causat, & elicit in nobis iustitiam: tanto minus igitur eam, aut gratias Dei spirituales in nobis efficiunt nostra Sacramenta, quæ non sunt immediata, sed mediata: non proxima, sed remota Christi nobis applicandi & applicati signa. Verum fides est & immediatum, & proximum Christi percipiendi, Christo que fruendi medium organon, & instrumentum. Quamobrem ex sua illa fidei cum Sacramentis comparatione se refutat, & vim iustificandi vi sua Sacramentis merito adimi iam intelligit, nisi sit proflus aversus, Bellarminus.

Ad Cap. v.

Quid verò Nititur etiam ex Conciliis sumitum de vi Sacramentorum & efficacia gratias Dei in nobis operante errore confirmare Bellarmin. Sed frustra. Nam ab illis ipsis, quæ pro se citat, & assert, refutatur.

Primum profert Niceni primi Concilij ex nomine Alfonsi Pisani versione. cap. *De Baptismo*. At hoc

hoc caput totum hunc errorem tollit, & anti-
 quat. Ait enim concilium, *Virtutem Dei renova-*
re eos, qui baptizantur. Excipit Bellarini. eam Dei
 virtutem absconditam esse in Aquis ex mente
 Concilij. Respondeo Sacramentaliter, non caus-
 saliter in aquis inesse eam virtutem, quoniam
 propter promissionem Dei signum Aquæ testa-
 tur, & obsignat baptizatorum regenerationem
 eam autem nequaquam efficit caussat, aut produ-
 cit ex mente Concilij.

At concilij Constantinopolitani 1. Symbolum,
 Miletani concilij cap. 2. Arauliaci 2. ca. 25. ubi di-
 citur Baptizari in remissionem peccatorum.
 Respondeo. Finis baptismi his verbis ostenditur,
 vti & Marc. 1. v. 4. Act. 2. ver. 38: nulla autem vis
 caussanda & producenda in nobis gratiæ Dei
 signo Baptismi. 1. Aquæ tribuitur. Deus enim, &
 quidem solus, peccata remittere potest. Ergo ea
 Aqua non remittit Il. 43. v. 25. Marc. 2. v. 6. Luc. 5.
 v. 21. Gloriam autem suam Deus alij rei nulli dat
 Il. 42. v. 8.

Quod autem iste ubique inculcat, & falso in-
 sulurrat nos sentire, & velle, vt fides actu intit in
 omnibus, qui Sacramenta suscipiunt: & eam nos
 finem vel solum, vel præcipuum eorum facere,
 vt fidem in nobis excitent, fallitur, vti lapsus an-
 tea iam diximus. Nam & Baptismum infantibus
 fidelium recte dari concedimus, qui fidem non
 habent, & præcipuum Sacramentorum finem do-
 cumus, docemusque, esse hunc obsignare, nem-
 pe. Nos Christi, ipsiusque beneficiorum saluta-
 rium esse per fidem participes, idque testari pro-
 pter Dei promissionem. Fidem autem in iis, qui

iam eam habent, augēt quoque Sacramēta, quia quali visibiles Dei gratias nobis offerunt, & faciunt propter signa visibilia iis adiuncta. Sed homo iste Bellarminus ubique se, & veri Sacramentorum nostrorum finis, & nostræ quoque sententiæ (quam sogillar) ignarum ostendit: audacem tamen in iis, quæ non intelligit, obtrudendis, contra Pauli præceptum Coloss. 2. v. 18.

Ad Cap. vi. & vii.

Quanquam ad omnia illa argumenta iam respondimus, quæ iste profert ex Patribus pro suo errore tuendo: quia tamen labilis est hominum memoria, breuiter illud responsum nostrum, quod ad illa omnia Patrum testimonia verum est, repetemus. Est enim & verum, & magni momenti, & totam, quam ex his Bellarminus quaerit, causæ suæ confirmationem subruit, & evertit.

Est autem hoc nostrum responsum, Nempè Patres & de Baptismi, & Eucharistiæ signis sic loqui, ut quæ sunt propria rei in Sacramētis signatæ effecta signis tribuant, genere loquendi plane tropico, & metonymico: verò tamē, propter certissimam Dei promissionem. Tam enim verè & efficaciter Deus efficit spiritualiter ea (quæ signantur) in iis quæ sumunt illa ex fide, quam verè signa ipsa res illas spirituales similitudine rerum corporalium nobis repræsentant, & virtutes & vires suas corporales in rebus corporalibus verè nobis demonstrant, & exhibent. Ergo sunt omnes istæ Patrum locutiones tum Græcorum, tum Latinorum tropicæ & Sacramentales. Itaque sacramentaliter solum intelligendæ, non causæ-

causaliter. Ex quo fit, ut eiusmodi testimonia nullam, vim effectiuam Signis Sacramentorum tribuant: sed tantum ob signatam. Id quod verum est, & hoc, & sequens caput euerit prorsus. Nam frustra Bellarminus seipsum torquet in detorquendis Patrum, quos citat, testimoniis. Vim enim illam signis Sacramentorum inesse volunt Patres, quoniam à Dei Sacramentum instituentis verbo signa hanc vim & significationem acceperunt, & habent, ut Spirituales Dei gratias nobis ob signent, & proponant: non autem eas in nobis procreent. Ergo quod tropicè dictum est à Patribus, Bellarminus sine tropo sumit: quæ maxima est Ab æquiuocatione, vel figura dictionis fallacia, tanti est Patrum, mentem ex Dei verbo verè interpretari & intelligere: non autem eam intorquere, quod iste facit. Alioqui Patres impiè Dei Optimi Maximi omnipotentiam signis & elementis Sacramentorum externis tribuerunt. Id quod illis *περὶ τῶν ὀψων* quidem, nedum *καὶ τῶν ἁγίων* nunquam in mentem venit.

Quod verò toties iste repetit fidei excitationem per obiectum signorum Sacramentalium à nobis constitui præcipuum eorum finem, & vnicum, & antea negauimus, & nunc quoque negamus. Nam si es Sacramentorum sunt plures, uti superiore libro demonstrauimus, quorum præcipuus est, Non excitare obiectiuè in nobis fidem, ut iste tenebrius nobis calumniosè obicit: sed nostram cum Christo, eiusque beneficiis communicationem, fide ea sacramentibus, ob signare: ac proinde fidem nobis augere, si quam habemus, ac confirmare. Id quod ex illo priorè sine consa-

quitur, estque secundarius Sacramentorum finis
Deique promissiones vere propterea testificari
& ratas ostendere.

Ad Cap. viii.

Sed quid non tentat Monachus impudens
Bellarminus, ut suum de efficientia & colla-
tione gratiarum Dei in nobis ex signis, & a signis
& à vi actionis Sacramentorum errorem confir-
met: veritatem autè Dei, quæ id negat, nostram-
que, si potest, sententiam euertat? Certe nihil in-
tentatum reliquit. Omnem propterea lapidem
mouet. Imò Deum quoque ipsam in seipsum
proh blasphemia, committit. Nam ratione, quæ
nobis ex Dei imagine reliqua est, atque summe
Dei donum, ad oppugnamdam Dei ipsius glo-
riam, potentiam, veritatem aduocat, & arma. In
Dei dona, inter se Bellarminus committit. Veri-
ut, summo Dei beneficio, statim apparebit, non
modò inaniter & frustra: sed etiam blasphemè.

In hac autem tanta blasphemia (cuius eum
pudet) audenda, & proponenda cautionibus, præ-
monitionibus, & præsuppositionibus, sed falsis
vtitur, ut aliquam viam sibi ad fallendum faciat
& parat. Denique tot præmonitiones istius ra-
tionis & argumenti monstrant quàm sit illud &
infirmitum, & debile, & obscurum.

Prima præmonitio, est Distinctio hæc falsa.
Quædam esse & verba & signa tantum significan-
tia, quæ Theorica nouo nomine vocat iste. Quæ-
dam autem esse & significantia & efficiètia, quæ
iste Practica, nos cum Patribus operatoria seu o-
perantia nominamus. Sic enim ea nominat in li-
bris de Sacramentis Ambrosius, aut quicumque
fuit

fuit illorum. v. librorum autor, libro quinto.

Hæc præmunitione falsa est, quod ad secundum Signorum, & Verborum genus. Nam nulla sunt vel Signa, vel verba operatoria, & efficiëntia. Primum, quia signum amplius signum non est, si est causa efficiens. Nam quâ signum est quidpiam, extra rei adhaerentiam est, & effectum illius rei representat, cuius signum est. At si idem est quoque eiusdem rei causa efficiens, idem erit causa & effectum eiusdem rei, quod est *ad v. a. Tr.* Deinde & signa & verba rei vel mentis nostræ declaranda solum gratiâ instituta sunt. Aristoteles lib.

4. Metaphysicor. & in libro de Interpretat. Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 3. 4. 5. Ergo non sunt instituta, ut mentis nostræ sententia, vel res, quarum sunt signa, efficiant.

Tertio, Aliquid per verba sola & Signa efficiere est Magicum & Satanicum: ergo non est hic legitimus & à Deo concessus Signorum & verborum usus, ut per ea efficiamus aliquid.

Quarto, Idem esset prius & posterius ratione eiusdem rei quod est naturæ repugnans. Nam & Signa & verba res, quæ iam sunt, declarant: ergo signa, quâ signa, sunt posteriora rebus à se signatis. Idem de verbis sentiendum. At eadem Verba & Signa, quâ sunt rei à se significatæ causa, priora sunt ea ipsa re. Ergo idem esset prius & posterius eiusdem rei ratione. Quod est *ad v. a. Tr.*

Quinto, Hinc suam sententiam & distinctionem refutat ipsemet Bellarminus hic col. 134. L. A. ubi ait ea, quæ verba & Signa Theorica superiore libro dixit, iam vocanda esse practica, contraque. Ergo falsa est ista distinctio, cuius mem-

bra diuersa inter se coincidunt & concurrant, & sunt eadem. Denique quæ exempla, & genera profert hic ipsemet Bellarminus Signorum & verborum operatoriorum, falsa sunt omnia. Nam illa sunt & signa & verba tantum Theorica & Significantia: non etiam Practica & efficiencia, sicut res ipsa & excusatio Bellarmini demonstrat.

Secunda præmunitio est istius & argumenti, & sententiæ, Signa & Verba operatoria rebus etiam inanimis adhibentur, velut, Quod Iosue Soli imperat Ios. 10. v. 12. Christus Venis & Mortuis Matth. 8. v. 26. Iohan. 11. v. 43. At verba & Signa tantum significantia adhibentur foris rebus intelligentibus. Respondeo, Hæ sunt Bellarmini nugæ nugerrimæ. Nam quum Dominus noster Iesus Christus, aut Apostoli, Act. 9. mortuos alloquuntur, non ipsa eorum verba mortuos illos excitarunt, aut vitam illis reddiderunt, verum eos excitauit ipsemet Christus vi sua, non humana, sed diuina. (Nec enim vel in ipso Christo natura eius humana operata est miracula, sed diuina; teste & Augustino in Sermonibus de verbis Apostoli & Cyrillo Alexandrino) Verba autem, quæ adhibuerunt tunc illi, fuerunt tantum in eis eorum symbola, interpretes, & notæ. Nam per ea declararunt assistentibus quid & facere vellent, & à Deo peterent. Idem de verbis Iosue Solem sistentis & dicendum, & respondendum est. Itaque insulsus est Bellarminus, qui putet & spatium Christi Iohan. 9. & digitos in autem immissos Marc. 7. v. 33. sanasse & cæcum, & surdum illum, & eiusdem Christi vocem illam exere:

externam & verba excitasse Lazarum Iohan. 11. & tactum loculi excitasse filium viduæ Luc. 7. v. 11, Fallitur. Ipsa Christi virtus diuina id effecit: sed his signis, hoc gestu, hoc sermone Christus offendit & declarauit quid facturus esset, & effectum vellent. Sic Elizæus 2. Reg. 4. v. 34: sic Paulus Act. 20. v. 10. excitaturi mortuos, illis toto corpore incumbunt, vt quid à Deo peterent, ostenderent.

His Bellarminus subtractionibus & fundamentis subtritis & euersis, iam est facillimum omnes eius superædificationes & rationes, quæ his fundamentis innituntur demoliri, & refutare. Est igitur hæc PRIMA Bellarmini ratio. Sacramenta rectè adhibentur & conferuntur non intelligentibus: Velut Baptismus Infantibus, Amentibus, surdis? Absolutio dormientibus datur Cõcil. Carthaginense III. cap. 76. August. lib. 1. c. 16. Adulter. Coniugijs, Leo epist. 91. ergo Sacramenta sunt signa operatoria. Respõdeo, Tota hæc ratio est fallacia A Petitione Principij. Falsum enim præsupponit, esse Nempe quædam signa & verba operatoria. Nam quod Infantibus fidelium datur Baptismus ex alio fundamento pender, quàm quod gratiæ Dei sunt operatoria Sacramenta: sed ex hac Dei promissione *ego sum Deus tuus, & semini tui* Genes. 17. Amentes, & Surdos, & non intelligentes homines baptizari posse, nego, si perpetuò tales fuerint, nec sint liberi fidelium, textus in cap. *Maiores* §. sine vbi glossa Extra de Baptismo. Si nõ fuerint tales perpetuò, sed aliquod suæ in Christum fidei antea signum & indicium dederunt, ex eo & propterea bapti-

zari possunt, quòd suã in Christum, Christi que doctrinam fidem testati sunt: ac proinde illis intelligentibus, & quã fuerant intelligentes, sacramenta dantur: non autem quã erant & sunt intelligentes. Ex quo sequitur ex regula Bellarmini Sacramenta non esse operatoria, quoniam solis intelligentibus dantur. Absolutio non est Sacramentum: quare nihil ad hanc disputationem pertinet.

Secunda istius ratio est, Signa & Verba Sacramentorum sunt à Deo instituta: ergo sunt operatoria. Respondeo Fallacia est A non consequente. Nam Vtrunque nimirum & signum, & Verbum est à Deo institutum testandi, & declarandi duntaxat gratiã quid ipse in nos conferret, & efficeret: non autem vt ipsa signa has in nobis gratias efficerent, operaretur, & causarent: id quod ille vult: & est blasphemum. Nam transfert in creaturas opus ipsum Dei.

Excipit Bellar. Ergo homines possunt instituire Sacramenta, si tantum illa obsignant Dei gratias. Respondeo verò, Nequaquam. Nec enim possunt homines citra Dei verbum vliã vitã æternam, & Dei gratiam & rem celestem polliceri. Est enim solus Deus earum rerum arbiter, nõ homo. Nam vulgò dicitur, vnusquisque est rei suæ moderator, non alius vnus. Denique impios est iste, qui Sacrosancta Sacramentorum signa non pluris facit, quàm signa in hospitibus & carponis appensa, ita vertiginis spiritu abripitur.

Tertia ratio Bellarmini Deus per Sacramenta agit: ergo ipsa Sacramenta & signa gratiam conferunt. Respondeo, fallacia est A nõ consequente.

Nam Deus instituit Sacramenta ad obli-
 gandum suas promissiones Roman. 4. v. 11: non autē
 ad eas efficiendas. Nec enim signa Sacramento-
 rum sunt sic Dei instrumenta ad vitam aeternam
 nobis dandam: quemadmodum Panis est instru-
 mentum Dei ad corpus alendum, quia res spiri-
 tualis a signo corporali dari non potest, qualis
 est Dei gratia in Sacramentis promissa: sed res &
 vita corporalis à re & signo corporali dari po-
 test, qualis est Dei gratia in Sacramentis promissa:
 sed res & vita corporalis à re & signo corpo-
 rali dari potest, qualis est hæc vita corporea 1.
 Corinth. 2. v. 13. Ergo extra finē Dei vltimū Sacra-
 mentorum communiscitur Bellarminus.

Quarta istius ratio est, Sacramenta in Christi
 morte & passione fundantur. Thomas in 3. parte
 quest. 62. Artic. 5: ergo Sacramenta sunt operato-
 ria. Respondeo, in idem fallacia est A non confe-
 quente. Nam pendet quidem Sacramenta, vti
 & tota salus nostra, à Christi passione 1. Corinth.
 2. v. 2. quia beneficia, & gratia, quæ sunt nobis ad
 salutem necessaria, pendent omnes & fundantur
 in obedientia & sacrificio Christi pro nobis ob-
 lato. Tamen non quicquid ex eo pendet, est o-
 peratorium. Et quod recipit ille, Ergo concio,
 quæ explicat nobis Dei promissiones, pendet ex
 Christi passione. Respondeo, Si concionem in-
 telligit rem, quæ in concione explicatur, hoc ve-
 rissimum est: Sin autem concionem vult esse so-
 lam verborum pronuntiationem (sicut hoc loco
 sumi) hoc falsum est. Pendet enim ex æris per-
 cussione, quæ fit à nobis lingua, & dentibus.

Quinta ratio, Sacramenta certissimos nos red-

dunt de Dei promissionibus: ergo eas ipsas nobis præstant, conferunt, efficiunt. Respondeo, Nihil plus hic videt Bellarminus, quam in superioribus argumentis. Est enim fallacia A non consequente. Reddunt enim Sacramenta nos de Dei donis certissimos, quia signa illa à Christo instituta habent adiunctam Dei, qui mentiri non potest Tit. i. v. 2. promissionem. Non ergo quædam efficiant Dei gratiam, sed quædam eam nobis obtingent, reddunt nos certissimos Sacramenta, Rom. 4. v. 11. 1. Iohan 5. v. 8.

Excipit iste, Pendet igitur eorum efficacia ex fide sumentium, id est, ab Hominiibus. Respondeo, Pendet efficacia eorum ex Dei promissione, & que sola: sed eius efficacitatis sensus & applicatio & manus in singulis, pendet ex singularum fide, quam dat Dei spiritus.

Sexta istius ratio est, Sacramenta fides præcedit: ergo eam non excitant. Respondeo, & Verbum, & fides Sacramentorum usum præcedit: & tamen eam excitant Sacramenta, & augent. Nam fides, quæ in nobis inest, augeri in dies potest 2. Cor. 10. v. 15. Ex quo fit, ut sit hæretica Bellarmini, qui hoc negat, sententia: nostra verò qui cum Paulo sentimus, verissima.

Septima ratio, Sacramenta sunt æquæ efficacia siue lingua suscipienti nota siue ignota duntur: ergo per se sunt efficientia gratiæ. Respondeo, est fallacia A petitione Principij. Nā etsi ex Dei promissione pendet eorum efficacia: tamen sumentium ratione, sunt inefficacia pro fusus Sacramenta ijs, qui verbum promissionis Dei non capiunt, & quibus linguæ sumentibus ignota conferunt.

feruntur. Ineptus autem Bellar. & vacors, qui aliter sentit. Nā fides nostra est manus per quam Sacramenti gratiam accipimus. Octava ratio istius est, Si sacramenta non operantur, sed duntaxat obsignant, non sunt doctis necessaria, nec imperitis, quibus tabellæ, & pictura Baptismi idem obsignaret. Nona ratio, Nec singulis essent applicanda sacramenta. Respondet Miluini & Noctuanus esse oportuit, Bellarmine, non hominem, non Christianum, qui hæc scriberes, & tam malè de Christi Sacramentis sentires. Disce igitur neque Baptismi picturam (quam Ipso Christi baptismo sacrilege præfers col. 137. L. A.) neque S. Scripturam & lectionem & predicatam tam nos siue doctos, siue indoctos in Dei promissionibus confirmare, quam sacramentorum signa, quæ & oculos feriunt, quia videntur: & aures, quia significatio eorum prædicatur: & tactu quia sentiuntur. Homines enim omnes sumus siue docti, siue indocti, qui his externis adminiculis ad fidem nostram fouendam egemus, equeiūque etiam in primo statu nostro, & innocenti: nedum post peccatum, & tenebras tantas animis nostris infusas: Pictura verò Baptismi nihil nos inuaret. Non enim picturæ Baptismi, eamque videnti: sed Aquam suscipienti In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Christus peccatorum remissionem promisit. Quare blasphemus est iste, qui Christi mutet institutionem, & tam ridiculè de Sacrosanctis Dei sacramentis sentiat, velut duntaxat de pictura inani. Cuique autem pio applicari sacramenta o-

porter, quum id fieri potest. Nam quod verbi concio & prædicatio in genere vniuersis proposuit Dei beneficium per Christum: hoc ipsum singulis postea applicat sumptum sacramentum. Ergo non sufficit in cætu quempiam vnum baptizari pro omnibus: quemadmodum isti sacrilegæ contendunt in sua sacrilega Missa (quam impiè pro S. Domini Cæna substituerunt) satis esse & sufficere, si vnus sacerdos pro omnibus assistentibus edat, & bibat, & corpus & sanguinem Christi hœlletur solus & impiè. Ergo vel effrõs est, vel imperitissimus est Bellarminus, qui hæc scribat.

Decima ratio nihil valet. Non enim est hæc differentia inter Sacramenta Nouæ legis & Veteris, quòd hæc gratiam Dei non conferant: illa conferant. De quo postea fusiùs.

Ad Cap. ix.

CÆterum aduersus hanc hæreticissimã Scholasticorum de Sacramentorum efficietia & virtute hæresin nos Orthodoxi pugnamus arguentis à S. Scriptura, à Patribus, à Ratione ductis, quæ conuellere Bellarminus omnia conatur ille quidem: sed nulla tamen potest euerteri, sed nec eludere. Nam & ipse infra cap. x. i. v. fatetur. Nullum Vetus Sacramentum gratiam conferat.

Primus ex S. Scriptura locus est ex Hab. c. 2. v. 4. Rom. 1. v. 17. Hebr. 12. v. 38: Dicitur toties in Deo verbo, *Iustus ex sua fide viuit*: nusquam autè additur, *Viuit ex Sacramentis*. Ergo vita fidei, non signis tribuenda est.

Respondet Bellarminus, Non propterea excluduntur

duntur Sacramenta, Neque Dei, neque Christi opus remouetur ad nostram salutem efficiendam. Nec enim dicitur, *Iustus ex sola fide uiuit*: sed solum, *ex fide*.

Respondeo Bellarmino, Locutio ista, *Iustus ex fide uiuit*, est tropica. Hoc enim significat Iustus ex eo uiuit spiritaliter, quod propriè fides apprehendit, & immediatè. Illud autem est Deus, ut causa efficiens salutis: & Christus, ut eiusdem materia. Quare ineptus est iste, qui fide nos ipsa nostra putet uiuere: nõ autem ipso fidei obiecto, nempe Deo, & Christo, & eos nomine fide expressè cõprehendi tunc non uideat, Ioh. 6. v. 29. 35. Fides autem tunc solum nostris operibus omnibus à Paulo opponitur. Ergo quum Sacramenta ab his actionis à Ministris implerè & operis uideantur iustificare, uel omnes isti Scripturæ loci falsi erunt, qui docent nos fide, non ullo humano, & Pastoris hominum opere iustificari: uel Sacramenta iustitiam conferre nõ possunt. Nam sunt opera humana, quæ omnia hæc uerissima S. Scripturæ sententia, *Iustus ex fide uiuit*, excludit. Verba autem hic fõndit inutiliter Bellarminus, quia mentem huius sententiæ non capit. Ergo hæret in variis illius & falsis interpretationibus afferendis.

Secundus locus ex Marc. 16. v. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruetur. Ergo fides primaria est. Qui uerò non crediderit, condemnabitur.* ergo nõ baptismus seruat, sed fides, cõtra Scholasticorum dogma de Sacramentorum efficacia ex opere operato. Respondet Bellarminus, Perinde intelligendũ esse hoc quoque, licet à Chri-

sto prætermiſſum, *Qui baptizatus non fuerit, damnabitur.* Iohan. 3. v. 5. Verùm addi nõ debuit, quia qui non baptizatur, fidem non habet: ſed qui baptizatur, ſemper non habet fidem coniunctam, ergo dici debuit, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Reſpondeo Bellarmino, Primùm falſum eſſe, omnes, qui non baptizantur, damnari. Nam latro cum Chriſto pendens non baptizatus, tamen ſeruatus eſt Luc. 23. v. 43. Auguſtin. lib. 3. in Leuiticum quæſt. 84. Deinde hæc ſolutio alligat viam ſeruandi Baptiſmo, & operi ſeu actioni eius. Id quod eſt blaſphemum. Denique ſeipſam refutat Bellarminus in ſua hac ipſa ſolutione. Partes enim ſeruandi tribuit non Baptiſmo, ſed fidei, quum neget etiam baptizatos ſeruari, niſi fidem habeant.

Tertius locus ex Roma. 4. v. 11. Paulus ait Circumſionem, ac proinde reliqua Sacramenta eſſe obſignationem iuſtitia: non autem eam appellat cauſſam ſalutis: imò diſertè hoc negat v. 10. Galat. 5. v. 6. ergo non eſt fuit ve cauſſa ſalutis & gratia.

Reſpondet Bellarminus, Primùm Soli Abrahamo, non etiam aliis circumſio fuit ſignaculum iuſtitia: ergo non valet extenſio iſtius ſententia.

Reſpondeo Bellarmino, Imò, teſte Paulo Roman. 4. v. 23. Galat. 3. ver. 8. ad omnes fideles rectè extenditur, quod de Abrahamo v. 11. Rom. 4. dictum ſcripſumque eſt eo loco à Paulo.

Secundo reſpondet Bellarminus, Non eſt, aut fuit eadem Iudæis Circumſionis, & Baptiſmi nobis ratio. Reſpondeo, Imò, teſte Paulo Colof. 2. v. 11.

2 v. 11, eadem est ratio, fuitque utriusque Sacramenti eadem, significatio, Circumcisionis Iudæis: Baptismi, nobis. Atque hoc ipsum supra concessit Bellarmin.

Quartus locus ex Luc. 5. v. 21. solus Deus delet peccata: Ergo non signa, non ipsa actio Sacramentorū. Respondet Bellarminus, Imò & Christus remisit peccata, & dedit hanc ipsam potestatem suis Apostolis, Iohann. 20. v. 23. Respondet Bellarmino, Christus Filius hominis & verus tunc in his terris remisit peccata, non tamē quā homo, sed quā Deus verus, sicut in eadem illa naturā sua diuina ædebat miracula, non quā homo. Dedit potestatem peccata remittendi suis Apostolis, velut Ministris suum erga homines fideles beneficium declarantibus tantum: non autem tanquam ipsam peccatorum remissionem operantibus, efficientibus. Ergo sunt veri Ministri Dei solū declaratores & præcones non effectores & causæ istius, quam denuntiant, & quæ fit à solo Deo, peccatorum remissionis.

Quartus locus est ex Ephes. 5. v. 26. *Deus nos mundat in baptismo ipso per verbum suum*, id est, propter suam ipsius promissionem: ergo signum, vel actio ipsa Sacramenti nos non mundat. Respondet iste Verbum, de quo loquitur Paulus, esse Verbum operatorium, quod efficit gratiam in nobis. Respondet isti, Imò dilertè ibi ait Paulus, Christum, ipsum, non signum Baptismi nos mundare v. 25 26.

Ad Cap. x.

Secundo loco proferimus Patrum, imprimis Augustini (qui fuit totius Antiquitatis, lumen) testimonia pro nobis, nostraque sententia, & contra Scholasticos.

Primum pro nobis testimonium est Augustini tract. 26. in Ioannem tract. 80. quoque, & epistola 23. ad Bonifacium non sacramentum, sed fides Sacramenti iustificat. Respondet iste hoc intelligendum eo tantum casu, quo Baptismus haberi non potest. Tunc enim sufficit fides & voluntas habendi Sacramenti. Respondeo isti. Hæc solutio inducit præcisam Baptismi necessitatem, contra dictum Christi, *Hodie incumbris in paraiso* Luc. 23. v. 43. Dein se transfert ad signum externum & viibile opus proprium dei, seu potius Christi contra Augustinum lib. 3. in Leuitic. quæst. 84.

Secundum testimonium est ex lib. *Quæstionum Veteri & Novi Testamenti* cap. 59, non est spiritualis, qui se in baptismo per aquam, non per fidem immutari credit. Respondet Bellarminus. Primum, librum istum esse hæreticum. Respondeo, Tamen & hanc, & alias sententias habet præclaras & orthodoxas. Nullus enim est Patrum liber, in quo nõ insint aliqui doctrinæ novi nec propterea tamen sunt hæretici: Nam omnes essent reiiciendi. Deinde respondet Bellar. illic agi de fide formata, & perfecta, quam Bellarminus hic concedit, iustificare. Respondeo Bellarmino, Imò autor ille opponit Aquam & fidem, & ab hac fide (quæcunque sit) non ab Aqua Baptismi nostram iustificationem manare docet.

Addit, enim idem hic autor, *Aqua cernitur, sed spiritus operatur*, quæ verba & solutionem, & sententiam Bellarmini euertunt, & vim iustificandi soli fidei tribuunt.

Tertium ex Augustino lib. 3. in Leviticum quæst. 84. Minister, ait, præbet visibile signum. Deus autem inuisibilem gratiam. Sæpe Signum datur sine gratia: sæpe Gratia sine signo. Respondet iste, Ministrum, quum confert signum ex mandato Christi, dare reipsa gratiam quoque. Respondeo isti, Pugnat aduersus, dictum Christi A. cor. i. v. 5, & Ioannis Baptista Matth. 3. v. 11. ista Bellarmini sententia. Docent enim illi solum signum, non ipsam gratiam à Ministro homine in Baptismo confetti, cõsentit cum nostra responsione Hieron. in Il. 4. *Homo aquam præbet, Deus Spiritu sanctu*. Denique hic col. 141. L. A. fatetur Bellarminus gratiam à signis separari posse: ergo Deus ad conferendam gratiam signis, velut instrumentis, non eget, nec signa gratiam Dei continent, aut efficiunt.

Quartum ex Augustino lib. xv. Trinitat. cap. 26. Solus Deus dat Spiritum sanctum. Respondet iste, Sed homines & signa dant, & dare possunt dona Spiritus sancti: Respondeo isti, Dona Spiritus sancti solus ipse Spiritus S. dat, ac dare potest, teste Paulo 1. Corin. 12. v. 11. Ego solus ille dona Spiritus sancti dare potest, qui potest dare Spiritum sanctum iuxta regulam, *Causa cause est causa & causati*.

Quintum testimonium est ex August. lib. 19. contra Faust. cap. 16. Quid sunt sacramenta, nisi visibilia verba? Ergo sicut concio non confert

gratiam, ita neque Sacramenta. Respondet Bellarm. Augustinum illic vnum duntaxat effectum Sacramenti commemorare, Nimirum excitare fidem, ceteros tamen non negare. Nam reddit rationem cur nos diuersa à Iudæis Sacramenta habeamus est autem, quia diuersas ab illis Dei promissiones & verba habemus: Ego & diuersa quoque Sacramenta ab illis accepimus. Quid enim sunt Sacramenta, nisi verba visibilia: Hæc Bellarminus.

Respondeo Bellarmino, Hæc ipsa solutio probat & in vetere, & in Nouo Testamento Sacramenta nihil aliud esse, & fuisse, quam appendicem, & sigillum verborum, & promissionum Dei, & fuisse semper ad Verba & Dei promissiones & gratias attemperandū, vt illis subseruiens. Vt quales sunt promissiones, talia sint Sacramenta. Ergo Sacramenta promissionib. & gratia Dei solū subseruiūt vt sigilla: nō autē eas causant, & efficiunt, vt causæ: sunt enim ex ista sententia Sacramenta appendices duntaxat verborum & Dei gratiarum. Ergo nō sunt earum causæ. Nec enim accessorium est causa sui principalis. Ex quo fit, vt hæc sua responsione Bellarminus se suūque errorem refellat: nos autem, nostramque sententiam confirmet, & sanciat.

Porro falsa est Bellarmini interpretatio de isto Augustini loco libr. 19. cap. 16. contra Faustum: Non enim id docet, quod ait iste, alias esse aut fuisse Dei promissiones Iudæis factas, alias nobis. Id enim sentire, est Seruicium nequissimi terribilissimo errori assentiri, & Paulo I. Corinth. 10. v. 3. 4, & Augustino quoque ipsi-

eiusdem libri cap. 14. planè repugnare, & contradicere. Sed docet Augustinus eandem Dei promissiones illis & nobis factas quod ad rem, nempe Eundem vtriusque Christum promissum fuisse: verùm diuerso modo, Nimirum illis futurum, nobis exhibitum 1. Petr. 1. v. 11. 12. Sed aliqua elabi, & hoc totum quocunque modo emittare voluit Bellarminus. In summa docet Augustinus omnia Sacramenta diuinas gratias proponere duntaxat visibiliter, non autem efficere.

Sextum testimonium est ex lib. 21. cap. 25, Augustini de Ciuitate Dei, vbi ait eos qui sacramenta acceperunt, nisi fidem, & vitæ sanctitatem iis sacramentis adiungant, per, & propter Sacramenta iustitiam Dei nequaquam consequi: ergo illa non operantur vi suæ actionis gratiam. Respondet Bellarminus ad hoc argumentum nihil omnino, nec enim potest, quoniã est manifestissimum. Nam si Sacramenta ex opere operato gignerent & efficerent in nobis Dei gratiam, quamcunque vitam ageremus, eam certè Dei gratiam per Sacramenta consequeremur.

Septimum testimoniũ est ex Bernardo Serm. de Cœna Domini, qui Sacramenta vocat Symbola solùm Gratiarum Dei, vt annullus est Episcopatus dari & collati Symbolum, baculus Abbatia: Liber Canonicatus.

Octauum testimonium est ex Tertulliano lib. De Pœnitentia, qui baptismum appellat oblationem, non causam fidei, & gratiæ Dei salutariæ. Ad hæc duo testimonia idem respondet Bellarmin. Pates non adimere propterea Sa-

cramentis efficientiam gratiæ Dei. Respondeo, Sicut Symbola illa, & obfignatio non possunt esse, nec sunt causa Abbatia, velut baculus: neque Episcopatus, velut Annulus; sic neque Signa sacramentæve possunt esse causa salutis nostræ, aut gratiæ Dei salutaris. Pugnant enim inter se, sicut supra cap. 8. docuimus, idem esse rei eiusdem signum, & causam efficientem. Itaque gannit solum Bellarminus, nihil respondet ad hæc testimonia.

Ad Cap. XI.

Sed & rationibus quoque validissimis ac firmissimis aduersus hunc Bellarmini de Sacramentorum efficientia errorem pugnamus, quas, quoniam iis se, suosque sentit opprimi, conatur refellere, & iugum Christi sibi impositum (est enim vera ratio Christi donum Iohan. i. v. 9.) excutere, si quo pacto potest. Sed non poterit. Hominem enim istum vel inuitum in gyrum rationis reducemus & reuocabimus. Sunt ergo hæc rationes nostræ, non quidem omnes, sed ex multis pauca.

Prima, etiam in Sacramentis, & iis, qui Sacramenta percipiunt, fides necessariò requiritur, ut illi gratiam Dei participent: extra Sacramenta verè & sine sacramentis, qui fidem habent, Dei gratias consequuntur: ergo non Sacramenta, sed fides est in nobis causa gratiæ Dei, iuxta regulam, Id sine quo alterum esse non potest, ipsum autem sine altero potest, est causa. Sic Lutherus De Captiuitate Babylo. cap. de Baptismo, Philippus in Apolog. artic. 13.

Respondet Bellarminus tria esse huius argumenti

menti vitia. Primum, quia falsum præsupponit, & assumit, Nempe requiri fidem in usu Sacramenti. Hoc enim ait esse falsum. Requiritur quidem in ipsa institutione Sacramenti verbū promissionis, ac proinde fides: sed non in administratione & usu Sacramenti. Respondeo Bellarmino, Ipsummet peccare falsissima assumendo hoc loco & scribendo. Nam idem verbum promissionis Dei in administratione & usu Sacramenti necessarium est ad credendum, & vim Sacramenti intelligendum, quod in eiusdem institutione fuit necessarium, vt fieret Sacramentum. Alioqui non plus absque repetitione & intelligentia verbi promissionis valeret tota Sacramentaria actio, quàm scenica & theatrica, nec magis nos vna, quàm altera de salutaribus Dei erga nos donis confirmaret. Itaque Paulus quum vellet 1. Cor. cap. II. ostendere, quomodo S. Domini Cœna vtendum esset, verba institutionis & promissionis repetiuit, & necessaria docenda, commemoranda, & explicanda tradidit, vt sit efficax in nobis Sacramentum, id est, signum obsignatorium. Quod si verbum promissionis etiam in usu Sacramenti est necessarium: ergo & fides. Itaque rectè sensit Lutherus, hæreticè scripsit Bellarminus.

Secundum Lutheri vitium idè esse ait, Quod plus assumit Lutherus quàm oporteat, quū ait, & fidem iustificare, & solam. Quod ipsum fingit esse tertium huius argumenti vitium. Respondeo Bellarmino, Fides nos iustificat, vti sæpè diximus, quia Christum apprehendit, qui nos iustificat. Itaque est metonymica locutio, ista. Sola &

immediatè nos iustificat, quia & sola, & immediatè per eam, id est, per fidem Christum seruatorem nostrum apprehendimus. Sacramèta sunt istius apprehensionis Christi per fidem à nobis facta sigilla, & visibilia signa. Quare manet adhuc immota istius sententiæ nostræ veritas, Sola fide & immediatè, non autem vllis Sacramentis coram Deo iustificamur Roman. 3. vers. 25. & 28. 5. vers. 1.

Denique eò tandem erroris iste delabitur, ut velit perinde Sacramenta requiri ad salutem, atque fidem in Christum. Quod ipsum refutat exemplo latronis, qui sine Sacramentis quidem, sed non absque fide seruatus est. Refutatur hoc dicto Hebr. 11. v. 6. *sine fide impossibile est placere Deo*; item & isto Ephes. 2. v. 8. *per fidem seruati estis*. Quæ eadem de Sacramentis nusquam in Dei verbo dicuntur. Imò magis necessaria putat iste Sacramenta ad salutem, quàm fidem, tam est *ἀσέλογοι*. Nam eam solùm fingit esse leuem animi dispositionem, quæ in nobis tollit obicem solùm, & nos seruet *ex Merito de congruo*, sicut vocat. Sed vult Sacramenta, (velut necessaria Deo instrumèta) vi sua nos iustificare sine adiunctione ista, *de Merito de congruo, aut condigno*: sed ex opere suo operato. Quæ maior blasphemia neque dici, neque fingi potest. Pugnat enim cum tota Pauli doctrina quæ comprehensa est in epistola ad Romanos cap. 3. 4 5. Ad Ephesios cap. 1. & 2, & Ad Galatas cap. 3. & 4: denique pugnat cum tota vera Theologia iste error Bellarmini.

Secunda ratio nostra est, Solus Deus propriè in corda nostra agit, & ea nouit: ergo solus ea mundat:

mundat: alioquin est obligatus Sacramentis & signis externis, si sine his mundare nos non potest. Sic Zuinglius lib. de Vera Relig. cap. de Sacramentis.

Respondet Bellarminus verum esse nostrum argumentum, quia Sacramenta non sunt causa principalis nostræ salutis: sed instrumentalis solum & media, sicut sanguis Christi est causa nostræ iustificationis, & fides quoque.

Respondeo Bellarmino, Neque primaria, neque secundaria nostræ salutis causa sunt sacramenta, quia nusquam in Dei verbo ista laus & efficacia illis tribuitur. At fidei tribuitur & Christi sanguini Rom. 3. v. 24. 1. Iohan. 2. v. 2: sed tantum sunt instituta Sacramenta, ut testentur nobis Dei gratiam à Deo dari, non autem sua vi se eam conferre, 1. Iohan. 5. v. 8. Rom. 4. v. 11. Quare inepta est ista Sacramenti cum sanguine Christi comparatio, quam hic Bellarmin. instituit, quia sunt res dissimillimæ, ut ex Dei verbo & locis citatis apparet.

Tertia ratio nostra est, Qui gratiam Dei operi operato Sacramentorum tribuunt, illi homines à Deo abducunt, & ad terrena elementa veneranda impie traducunt: ergo blasphemiam inducunt. Iohan. Calvinus lib. 4. Institut. cap. 14. §. 14.

Respondet Bellarminus, Eadem cõciutio tolleretur omnia media, quibus Deus usus est, & utitur ad dona sua nobis conferenda: quale fuit spiritum lutum, tactus, serpens ancus: quæ omnia essent damnanda, quia nos à Deo auocarent, ad se traderent.

Respondeo Bellarmino, Inepta est ista conse-

curio, & illatio ex nostra sententia. Nec enim lutum, sputum, tactus, serpens dicuntur, aut censentur effecisse sanitates, quas Christus contulit: (id quod isti asserunt, tribuuntque Sacramentis) sed tantum fuisse signa externa, quibus Deus, Christusve testabatur quid facturus esset: neque illa habuit, aut adhibuit, ut instrumēta miraculi, sed ut documenta certam nobis fidem facientia id miraculosè fieri, non naturali ratione, quod tunc fiebat, quum neque sputum, neque lutum, neque serpens aeneus ægrotos sanare posset: imò ista illi eff. eto planè repugnabāt, nedū ut eū causarent.

Quarta ratio nostra est, Sic sacramenta iustificanc, ut verbum Dei. Nam utrique tribuunt eadem effecta, Roma. 1. v. 16. Tit. 3. v. 5. At verbum prædicatum non nisi fide iustificat accedente: nō autem ipsum sua vi, aut vi prædicationis & auditionis Hebr. 4. v. 2. Ergo neque Sacramenta i-
pla iustificanc, sed fides Dei promissiones in his apprehendens. Sic Kemnitius parte 2. Examinis.

Respondet Bellarm. nugas. Negat enim illud, quod est verissimum, Nempe verbum prædicatum, & Sacramentum administratum eodē modo nos iustificare, quia prædicatio verbi præcedit fidem: administratio Sacramenti eam sequitur, inquit.

Respondeo Bellarmino. Ratione quidem ordinis agendi, diverso modo fateor: sed ratione & modo efficiendi, eadem via nos iustificanc. Itaque fallacia est Ab ignoratione Elenchi, Bellarmini solutio. Dico igitur verissimam esse nostram sententiam. Qui enim sunt Sacramenta, aliud, inquit August. lib. 19. Contra Faustum cap. 16.

16. quàm visibilia verba? Hoc enim agit verbum per aures, quod agit Sacramentum per oculos. Nec obstat quòd prædicatio verbi Dei fidè antecedit: Sacramenta fidem sequuntur. Nam in Infantibus Sacramentum antegreditur Fidè: & quòd in adultis prædicatio præcedit fidem Roman. 10. v. 17 non tribuit hæc antegressio tamen maiore efficacitatem verbo prædicato ad gignendam in nobis fidem, quam Sacramento: sed ordinè tantum ostendit, quo Deus propter nostram imbecillitatem ipse agit in nobis paulatim per verbum prædicatum, vt per Sacramentum administratum. Sic plures viam rectam nobis monstrare possunt ordine collocati homines vel termini, Vnus in ipso ingressu & capite viæ, alter post ingressum & in medio viæ: quorum tamen neuter terminus nec viam facit, sed indicat solum: nec vias ad eundem dat nobis, sed eas nobis suggerit & dat Deus per animam in nobis existentem. Sic Deus per fidem dat nobis æternam vitam, cuius primum iudicium est prædicatio verbi, secundum iudicium administratio Sacramenti.

Ad primum locum Roman. 1. v. 16. *Euangelium est potentia Dei* &c. respondet iste, suo motu, quum elabi non potest, variè, & perplexè, sicut enim sapia piscis atramentum ostendit piscatoribus, vt euadat: sic iste diuersas & confusas, libique ad eòdè contrarias interpretationes obicit & admittit, Nempe locum illum & non intelligi de prædicatione Dei verbi, & intelligi. Quid est tanta inconstantia in homine Theologo turpius? Denique ait non addi in Dei verbo præcisè, Eodem modo Verbum prædicatum, & Sacramentum administratum iustificare. Respondeo, Iud

addi, quum ita suam sententiã exponat ipsamet S. Scriptura Roman. 1. v. 16. 10. v. 16. & 17. de verbi predicatione agens: & Roman. 6. v. 4. 5. 6. Ephes. 5. v. 26. de Sacramentis differens. Facit enim utrũque S. Scriptura merum Dei instrumentum, Verbum quidem ad docenda nos Dei beneficia: Sacramentum autem ad obfignanda nobis eadem Dei beneficia.

Ad id, quod affert Kemnitius, A nobis Sola fide verè & immediatè Dei promissiones apprehendi, gannit, grunitque duntaxat iste in Dei Verbum, nihil respondet, aut dicit. Negat enim ignorantissimè fidem apprehendere promissiones Dei. Sed Bellarminum refutat Paulus Rom. 10. v. 10. *Corde creditur ad iustitiam.* Ephes. 3. v. 17. Philipp. 1. v. 27, H. br. 11. v. 33. 2. v. 2. Denique hoc ipsum nostrum est dogma & κοινή ἐννοια, eaque certissima, Theologorum omnium verè Christianorum. Sed quid non neget impudens Monachus?

Quinta ratio nostra est, Res corporales, qualia sunt Sacramentorum signa, non possunt agere in res spirituales, qualis est Anima nostra Paulus 1. Corinth 2. v. 3. Ergo hæc signa etiam applicata non purgant sordes Animæ nostræ, Zuinglius lib. de vera Relig. Huius dogmatis nostri verissimi ipsemet Bellarminus varias affert, & comminiscitur rationes alias à gemino ovo repetitas, & supernacaneas, quales tertia istius ratio, & quarta: alias etiam falsas, qualis est prima ipsius ratio: alias, vt ipsemet fatetur & loquitur, in intelligibiles, & omnino perplexas & fatuas, qualis est quinta, & sexta istius ratio. Sed quid his interceptis

eptis, & nullis rationibus erat opus? quum huius dogmatis, habeamus testem Paulum 1. Corinth. 2. v. 13. & Augustinum Tract. 72. in Iohannem, & Naturam ipsam pene verbis nobiscum loquentem, quæ docet infirmiora non agere in ea, quæ sunt seipsis potentiora: (Sunt autem validiora spiritualia corporalibus) & ad actiones rerum corporalium necessariò requiri contactum. Res autem spirituales à corporalibus attingi nullo pacto possunt. Itaque iste tenebriò perperâ intelligit dictum Augustini, videlicet Tract. 80. *In Baptismo ait, Aqua corpus tangit* (nempe verè, & corporaliter) & *cor abluit* (nimirum testificando, & sacramentaliter: non autem, vt iste vult, casualiter) Sed Monachus iste indoctus à capite ad calcem esset mihi docendus, qui tamen alios (tâ est ambitiosus) docere nihilominus vult.

Tandem tamen suam ignorantiam agnoscit col. 146. L. A. *Ad hæc inuitus, non ex animi modestia, sicut nonnunquam fecere Iustinus contra Tryphonem, Augustin. lib. 3. cap. 4. de Peccator. Meritis, in Enchirid. cap. 58. Ad Orosium cap. 11. Cyrillus Catechesi xi. Hieronymus epistola 29.* Nam ambitiosus iste modestus esse non potest, quia pugnat cum ambitione animi modestia. Plurimos autem suorum sibi palam aduersari in ista efficientia fatetur, quàm tribuit Sacramētis, velut Scorum, Bonauenturam, Occã, Ledesmiũ, Canum, sed Durandum imprimis in lib. 4. dist. 1. quæst. 4. N. 19. tamen, tam est obstinatus, vt errare malit cum suo Morione Thoma, in 3. Parte q. 62. Art. 4. quàm cum Dei verbo seripto rectè, verèque sentire.

Porrò quod ad differentias, quas iste constituit
 inter Instrumenta, quibus Deus utitur, & quibus
 Homines, sunt omnes ineptissimæ, & falsissimæ.
 Prima, quia facit Deum, non Hominem Minis-
 trum applicare Sacramenti signum: id quod est
 falsum. August. lib. 3. in Leuitic. quæst. 84. Martini
 3. v. 11. Secunda fingit Sacramentum & Signum
 quo Deus utitur, esse instrumentum ineptum ad
 id efficiendum, quod Deus efficere in nobis fa-
 men vult, & quod facilius & familiarius nos de-
 cedi gratiâ à nobis adhiberi iubet. Tertia mirat
 Sacramentum in Miraculum, quod fieri debet
 negat. August. lib. de Trinitate tertio, cap. 10. Fin-
 git enim Signa Sacramentorum nullam vim na-
 turalem habere ad id efficiendum vel monstra-
 dum ad quod ea Deus adhibet. Denique sibi ean-
 tradidit apertè. Ait enim totam eam Sacramen-
 torum efficientiam esse à Dei motione, & in Dei
 motione: ergo non in opere operato, non ita
 ex opere operato, id est, vi applicationis signi ad
 formam debitam, ut ille supra sentit, & scripsit.
 Quarta differentia ab isto conficta facit in idem
 Sacramentum Miraculum, non rem naturalem
 & nobis familiarem, contra ipsissimum finem
 institutionis Sacramentorum, qui est ut per ea
 facillimè ex rebus naturalibus res spirituales
 doceamur. Quinta differentia totam artem &
 scientiam Physicam tollit, & antiquitatis, id est
 pulcherrimum Dei optimum Maximum opus
 destruit. Vult enim contra illius præcepta om-
 nia res corporales agere & actiones suas produ-
 cere sine contactu. Quod est quouis absurdo
 absurdus.

Ergo quæ Porismata & corolaria iste ex quinque illis erroneis & falsis differentiis à se confectis colligit, nullius sunt fidei & momenti: imò sunt falsa quoque. Nam ex falso falsum sequatur necesse est. Primum corolarium ad suum errorem confirmandū itauit, & colligit, Deum, ut gratiam salutarem in nobis producant sacramenta, eligere ad id efficiendum ineptissima instrumenta. Falsum Porisma. Imò Deus elegit Sacramenta, ut res ad suum beneficium, ac propositum nobis obliuandam & proponendum aptissimas, & commodissimas.

Secundum porisma, (quod iste col. 148. L. B. tertium vocat) est, Incertum omnino esse, in quo insit ista virtus Sacramentorum causatiua gratiæ Dei, Vtrum in elemento, Vtrum in verbo, Vtrum in utroque: addo verò, Vtrum in ipsa actione. Ergo aliquando est in elemento: inquit iste: aliquando in verbo: aliquando in utroque. Falsum omnino est istud. Virtus enim Dei gratiam salutarem in nobis efficiens est in ipsomet Deo: non in verbo, non in signo. Nemini enim, & nulli rei suam, sibi que propriam gloriam tribuit Deus II. 42. v. 8.

Tertium ultius corollarium est Creaturas posse creare, & quidem res præstantissimas, qualis est nostra iustitia coram Deo: & Accidens esse subiectam & causam accidentis. Quod vtrumque est falsissimum, & absurdissimum. Sed & blasphemus est iste, qui col. 149. L. A. scribit gratiam Dei spiritalem pendere omnibus modis, & educi è subiecto, id est, ex Anima Hominis. Ergo Anima Hominis erit origo, & fons gratiæ

Dei spiritualis, quam ipsa habet. Quo quod magis esse blasphemum potest? Dicit enim hanc gratiam educi & potentia obedientiali, quæ est in Anima hominis sacramentum sumentis. Sed quæ magis magnæ nixæ, ne dicam blasphemix, dici queant? Imò ab ipsomet Concilio Tridentino tota hæc sententia refutatur, quod sess. 6. cap. 7. ait hanc gratiam spiritalem in nostra Deo cælitus infundi: non autem ex potentia Animæ humanæ elici, vel educi. Itaque à suis exploditur Bellarmio. & Bellarmini error iste nefarius.

Sed quid tandem iste comminiscitur, & fingit, ut inuictum Zuinglij telum, id est, postremum nostrum argumentum euiat, & declinet. Nimirum, Animas hominum & Dæmonas in inferno, & corporeo igne torqueri & vexari, ut doceat res corporales in spirituales agere posse. Sacramentis. Id quod est quouis falso falsius. Ignis enim & sulphur quorum meminit S. Scriptura Il. 30. v. 33. in inferno, est metaphorice summus & nimi cruciatus spiritualis.

Prætermitto quod istis ad septem vanas, ineptas, & falsas rationes à se confictas pro eueniendo hoc verissimo nostro dogmate, Corporalia non possunt agere in spiritualia, respondet. Illud enim omnino est & ineptum, & falsum. Nec enim illic contra nos pugnat Bellarminus: sed duntaxat contra suam ipsius umbram, & commenta falsissima, quæ facillimè dissoluit. Destruit enim, quæ ipse ædificarat, & ita se prævaricatorem, teste Paulus, constituit, tam est & ambitiosus, & amens, & inconstans, Galat. 2. y. 18. Denique sunt omnes iste
suarum

suarum obiectionum solutiones sibi contrariae. Nam idem constituit corporale & spirituale, in solutio ad 4. Item partim perire, partim non perire idem tamen numero vult, in solutione ad 5. Idem esse in elemento, & non esse in elemento, in solutione ad 6. Sunt ista solutiones etiam inintelligibiles, & omnino futes, perplexæ, & meræ fruges, quales sunt illæ, quas affert ad primam, secundam, & præsertim ad tertiam obiectionem suam.

Ad Cap. XII.

Est Pylus ante Pylum, sequitur Pylus altera post eum, inquit apud Homerum in odyssea ille, qui infinitam & confusam rerum narrationem significabat. Sic apud Bellarminum nonquam est quæ, inquit absurdatur finis: imò explosio vniuersa, est alterius origo, Velut in his totis sex superioribus capitibus, quæ sunt non modo superiorum pene omnium reperitio inanis, & molesta: sed etiam ex superiore absurditate De efficacia Sacramentorum altera absurditas. Quæritur igitur, Quæ sit vera, & propria Sacramentorum Veterum seu legalium ab Evangelicis differentia. Responso facilis est, & breuis, tolle ambages, & ampullas Bellarmini. Vno verbo, saltè vna pagella tota res explicari potest: iste tota sex magna folia in hac quaestione explicanda implet. Ergo ista est vera responso, Differre vtraque sacramenta Signis inter se, & modo significandi, non autem re significata. Signis quidem quoniã alia Veteris, alia Novi Testamenti Sacramentorum signa fuerunt. Modo autem significandi, Quod etiam vtraque eundem Christum significa-

runt 1. Cor. 10. v. 3. 4. 5. diuerso tamen modo illorum
 vetera Sacramenta representantur, Nempe ventu-
 rum in carnem: diuerso nostra, Nēpe iam ex-
 hibitum in carne, 1. Pet. 1. v. 11. 1. Iohān. 3. v. 2. 3. Au-
 gustinus epist. 118 ad Ianuarium lib. 3. c. 9. de Do-
 ctina Christiana lib. 19. contra Faustum cap. 11.
 & in Pl. 75. Quid erat pluribus verbis opus?

Quarta differentia ab isto hic commemorata
 est periculosa: Quinta verò omnino falsa, Vetera
 Sacramenta fuisse nostrorum figuras & typos.

Porro malitosè Bellarminus nos hic conuen-
 git cum Anabaptistis, vti libro superiore, & fi-
 nem Sacramentorum quem docemus, aliu fir-
 git. Sed de eo toto argumento sup. lib. 1. cap. 14.
 15. 16. 17. copiosè diximus, nec actum iam agere
 volumus.

Ad Cap. XIII.

Quod suam, suorumque sententiam nun-
 que explicat, rectè facit. Illa enim quemadmo-
 dum falsa est & inanis: ita est obcura
 perplexa, & ambigua, in qua ne illi quidem ipsi
 Magistri nostri inter se conueniunt, etiam reuolue-
 tui, vt etiā docet hoc capite Bellarminus. Alio-
 rum enim alij sententiam euertunt. Thomas in
 parte quæst. 70. artic. 4. & illius sequaces, vti Ce-
 preolus, & Ledesmius Magistrum. Sententiam
 & ipsius discipulos lib. 4. sentent. dist. 1. refellunt.
 tanta est discordia fratrum: & tamè falsa est isto-
 rum omnium sententia. Nam à vero multis mo-
 dis aberratur. Alij Circumcisionem negant pro-
 priè fuisse Sacramentum, alij contra fuisse con-
 tendunt, aded vt nihil inter istos sit certi & con-
 stituti. Magnam verò gratiam a Bellarmino habe-
 mus,

mus, qui tam studiosè contrarias & dissentientes suorum in præcipuis suæ fidei dogmatibus opiniones collegit, ut eas omnes falsas esse ostenderet, & nos ab iis amplectendis auerteret. Est enim vna, & simplex Veritatis via, non multiplex, qualis istorum, velot Thomæ, & Alexandri Halensis in parte 4. quæst. 7. Membro 7. artic. 4. & Scoti, & Bielii.

Quod scripsit Kemnitius de Florerino, & Tridentino Conciliis, est verissimum, si vera est ista Scholasticorum opinio, (Nempe sola Sacramenta Evangelica, non etiam Vetera, gratiam Dei contulisse, & quidem velut organa ad eam necessaria) sequi, ut veteres Patres non habuerint Dei gratiam, quam eam ipsorum Sacramenta, istis iudicibus, non conferrent. Quod fuit imparissimi Michaelis Serueti, & nunc quoque est Anabaptistarum dogma impium, à nostris, imprimis à Caluino solidè ex Dei verbo confutatum. Aut si Patres eam Dei gratiam habuerunt, habuerint, acceperintque à Deo sine instrumento ad eam necessario. Id quod est absurdum, saltem istorum dogmati, de præcisa Sacramentorum necessitate, planè contrarium. Itaque stat immota Sententiæ Kemnitij veritas: sed Bellarminici erroris apparet manifesta falsitas.

Denique quod ait iste Sacramenta Vetera iustificasse ex opere operantis, id est, Ministri & Euita ea præbentis & exercentis est falsissimū. Nam tunc ex dignitate, & fide Ministri operantis suum effectum habuissent illa Sacramenta: quæ fuit hæresis Donatistarum, quam istemet superiore libro damnauit. Deinde pugnat ista sen-

tentia cum his locis Habac. 2. ver. 4. Rom. 1. v. 17. *Iustus ex sua, non aliena, fide vivit.* Contra vero Veteres Sacramenta suscipientes ex aliena fide vixissent, Nempè ex fide, charitate, obedientia operantium, id est, Ministrorum, si illa Sacramenta ex opere operantis iustificarent. Operans enim Sacramenta est propriè Minister illa præbens.

Quod si Bellarminus operantem intelligit enim, qui sumit Sacramenta, Primum impropiè loquitur. Deinde falsum est quemquam ex solo opere, siue naturali, siue ex gratia Dei dato, iustificari coram Deo Roman. 3. v. 28. 14. vers. 1. 2. 1. Timoth. 1. v. 9.

Ad Cap. XIII.

Non erat futura nobis magna cum Bellarmino de re ista, Quod vetera Sacramenta non iustificarent, Nulla enim iustificant, quò sensu iste quidem accipit, pro causare iustitiam in nobis: quanquam omnia tamen Sacramentaliter iustificant, velut iustitiæ nobis à Deo oblatæ, credèribus collatæ vera sigilla. Sed quoniam homo iste non ed tendit, ut veritatem stabiliret, imò potius ut per veritatis & divini verbi falso a se explicati latus ipsam Dei veritatem oppugnet, rationes ipsius perpendemus. Ed enim spectat astate, ut dum causam nostræ iustitiæ veteribus Sacramentis adimit (quod verè dicitur) eam tribuat nostris Sacramentis, quod impie & falso scribitur.

Ergo hæc ipsius est thesis, Propheta & Apostoli docent nostra & Evangelica Sacramenta iustificasse, Hoc falsum est, uti supra ostendimus:

Ve-

Verum vetera Sacramenta non iustificasse. Hoc verum est.

Rationes & testimonia istius (dicis causa) age iam examinemus. Primum ex Veteri Testamento quædam conatur iste proferre, Nempe ex Ps. 40. v. 7. 51. v. 18. Is. 1. v. 11. Hier. 7. v. 22. Amos 5. v. 22. (Nam quem locum iste citat ex Hierem. 11. v. 15, ille suppositus est, & adulteratus) vbi Sacrificia vetera à causis salutis nostræ remouentur & reijciuntur; ergo & Sacramenta quoque Vetera. Respondeo, si velim, nullam esse consecutionem istius argumenti: imò totum esse fallaciam Ab ignoratione Elenchi. Arguit enim à Sacrificiis ad Sacramenta, quæ sunt res dissimillimæ. Idem tamen colligit de vtrisque, & concludit Bellarminus: Ratio diversitatis est, Quod Sacrificia sunt dona nostra Deo data: Sacramenta sunt Dei dona nobis collata. Ergo non sequitur, vt, si dona erga Deum nostra non possunt efficere Dei gratiam: itidem id efficere Dei dona erga nos non possint. Longè enim sunt excellentiora Dei dona, quam nostra. Ergo verum à Bellarmino in secunda parte thesisi asseritur quidem, sed falsis & ineptis rationibus à Bellarmino probatur. Quare dicere mihi liceat, *Qui nugas non cæst, amet tua scripta Bellarini.*

Rationes ex Nouo Testamento allegat, ex Paulo Rom. 3. v. 12. vbi, ait iste, Paulus per Circumcisionem Iudeos fuisse iustificatos negat. Respondeo, Locus Pauli detorquetur à Bellarmino, quoniam, et si & Iudæi & Gentes fuerunt demōstrati peccatores à Paulo: tamen idem Paulus docet Iudeos, quum Dei eloquia, id est, scædus &

promissiones habuerint, & earum signum Circumcisionem, omnibus modis fuisse prestantiores etiam propter eam ipsam Circumcisionem Gentibus non circumcisis, & extra Dei fœdus veterantibus Ephes. 2. v. 12. Rom. 3. v. 31. *Legem, ait Paulus, & Legis Sacramenta non abrogamus, immo commendamus.*

Locus ex Rom. 4. v. 10. & 13. nihil agit de Circumcisione peculiariter: sed in genere negat fideles ex suis operibus ullis iustificari. Id quod impium istorum dogma de Meritis operum nostrorum coram Deo evertit. Atque etiam verbi Paulus appellat Circumcisionem sigillum iustitiæ nostræ coram Deo, ergo eadem tribuit Paulus veteribus Sacramentis, quæ Bellarminus novis & nostris Sacramentis.

Locus ex I. Corinth. 7. v. 19. nihil probat. Agitur enim Paulus de externis vocacionibus. Locus ex Galat. 4. v. 3. Philipp. 3. v. 8. 9. Coloss. 2. v. 8. Heb. 7. v. 18. 9. v. 10. 10. v. 1. nihil ad propositum. Hoc tantum docent, Nempe nos ex sola fide iustificari, & Patres quoque olim iustificatos, quæ est in Christum: nostra verò cum veteribus Sacramentis non conferunt. Denique nos per Christum Legis ceremoniis & seruitute iam esse sub Evangelio liberatos monstrant.

Quod autem iste fingit Nos velle, quædam fuisse sub lege Sacramenta, quæ non haberent annexam, Dei promissionem, merum est Bellarmini somnium. Hoc enim nostrum nemo nec cogitavit quidem. Nam fingeremus quædam esse sacramenta sine re signata. Quod est absurdissimum.

Addit, Velle quoque nos Sacramenta fidei adiuncta nos iustificare causaliter. Hoc ipsum quoque falsum est, & merum Bellarmini somnium. Nunquam enim Sacramenta vel Veterum, vel nostra sentimus, diximus, scripsimus nos iustificare, vel posse iustificare causaliter, vel effectiue: sed tantum ob signatiue, & Sacramentaliter. Ergo ad Populum phalaras, & sua in nos mendacia deferat Bellarminus? Docti, qui nostra scripta legerunt, istius imposturam impudentissimam iam iam detestatur & agnoscunt.

Falsum quoque est Caluimus plures ad locos S. Scripturæ, (ubi Vetera Sacramenta deprimi videntur) offerre solutiones. Hanc enim viam affert, Tunc S. Scripturam de iis agere, quatenus à sua Anima, id est, à re significata Signa separabantur? non quatenus cum ea coniunguntur? Velut Manna speiuit Christus Iohan. 6. v. 32. & 58, Laudat & cuehit Paulus 1. Corinth. 10. v. 3: item Circumcisionem negligit Paulus & contemnit Roma. 2. v. 28: eandem extollit Roman. 4. v. 11. Cur tam variè? Ex ea duplici, quam dixi, consideratione signorum, vel cum re signata coniuictorum, vel ab ea separatorum.

Nostra verò vberius per modum dispensationis Christum, & Christi gratias ob signare, & representare, quam Vetera Sacramenta verissimum est, quia nostra Christum exhibitum iam, & pleno copia cornu effundentem suas in nos gratias ob signant: Vetera verò id quidem ipsum faciunt, sed obscurius. Nam Christum nondum exhibitum monstrant, & ex parte adhuc suas nobis, gratias largientem Hebr. 7. v. 22. 9. v. 15. II.

v. 40. 1. Pet. 1. v. 12. Id quod & verò & piè sentit Calvinus.

Denique verò verius est, Veteres Ceremonias umbras fuisse, non quòd nihil solidi haberent: sed quòd earum effectum pendeat ex venturo in carnè, & Mundum hunc, Christo. Hebr. 10. v. 1. Nec obstat quòd hìc ait Bellarminus, Nostra igitur Sacramenta esse quoque umbras, quia repræsentant nobis res adhuc futuras, Nempè nostram Resurrectionem. Respondeo, fallitur Bellarminus. Nam Sacramenta nostra rem iam factam omnino repræsentant. Nempè Christum iam mortuum & excitatum, & nostram per eum regenerationem propriè, non corporum resurrectionem, sed Resurrectionem pro Regeneratione hìc sumit Bellarminus, ut pote hæreticus: sicut faciebat Hymenæus, ut scribit Paulus, & Timoth. 2. v. 17. 18: vel spiritu vertiginis abreptus apparet.

Obiicit, Paulus agebat cum Iudæis de efficacia ceremoniarum, nempè de iustificatione nostra per eas, quam fieri & esse negat: ergo vult Paulus eas nihil solidi habuisse. Respondeo Bellarmino, Paulum denegare ceremoniarum veterum vim iustificandi, sicut & nostris quoque Sacramentis eam adimit: Vtrisque tamè relinquere ius & vim Dei promissiones nobis & offerendi, & in credentibus verbo Dei obsignandi. Et hæc hætenus.

Ad Cap. xv.

Quod ad Patrum testimonia illa vera sunt quæ negant Vetera Sacramenta quæquam corâ Deo iustificasse Hebr. 7. v. 19. illa falsa sunt quæ

que contendunt solas syntheses Iudaicæ gentis fuisse, ut ea natio ab aliis Mundi populis duntaxat his signis externis discerneretur, & distingueretur. Vocat enim ea Paulus sigilla iustitiæ Dei Roman. 4. vers. 11. chirographa peccati, umbras venturi, Christi Coloss. 2. v. 14. & 17: denique umbræ & exemplaria futurorum bonorum in Dei verbo nominantur Hebr. 9. v. 9. 10. v. 1. Quæ Sacræ Scripturæ testimonia sunt & pluris, & veriora, quam Patrum omnium dicta, scriptaque contraria, & cum iis pugnantia.

Nobiscum autem sentiunt Irenæus lib. 4. cap. 30. Origenes lib. 2. contra Celsum, Eusebius lib. 1. Demonstrat Euangel. cap. 10. Athanasius, Epiphanius hæresi 8. Basilus lib. de Spiritu sancto cap. 14. Ferrallianus lib. Contra Iudæos cap. 1. Ambrosius in Roman. 4. lib. 1. de Patriarch. cap. 4. Petri solutio Caluini ad locum Augustini in psal. 73. vera est lib. 4. Institutionis Christ. cap. 14. v. 26. Sacramenta videlicet Vetera Christiæ veterum: nostra iam exhibitum repræsentare. Augustinus idem probat hanc sententiam lib. 19. Contra Faustum cap. 13, epist. 19. ad Hieronymum Tract. 41. in Iohannem. In lib. Numeron. quæst. 25.

Ad Cap. xvi.

Quamquam verissimum est, & nos ipsi hoc tempore primi id ipsum docuimus, Neque Vetera, neque nostra Sacramenta nos coram Deo iustificare, & Dei gratiâ in nobis efficere: falsa sunt tamē, imo etiâ blasphemæ rationes, quibus hoc tam piura dogma Bellarminus tueri, &

probare nititur, tam est stolidus & ineptus, ut
itaque quod vna manu edificat, altera di-
ruit.

Præmissa istius ratio non in Sacra Scriptura,
ut vult, fundata: sed S. Scriptura planè repu-
guans, est hæc, Vetera Sacramenta nullam Dei
promissionem annexam habuerunt: ergo non
iustificarunt.

Respondeo, Vtraque pars istius enthymematis
falsa est, Assumptio, & Conclusio. Assumptio
quidem, quia vetera Sacramenta omnia Dei
promissionem annexam habuerunt. Conclusio
autem, quia non sequitur, ut, si habuerint, eadè
saliter pios iustificarint. Nulla est enim ista con-
secutio. Ac quidem Vetera omnia sacramenta
habuisse annexam Dei promissionem apparet,
quoniam omnia erant vmbra, & typi bonorum
futurorum Hebr. 10. v. 1. sigilla Christi, & Messie
promissi & venturi Coloss. 2. v. 17. Denique ipsi
Christum respexissent, perperam Christus ipse
Iohan. 19. v. 3. moriens dixisset, *Consummatum est*,
id est, sunt impletæ legis cæremoniæ omnes,
Frustra in expiratione Christi Velum templi
scissum fuisse à summo ad imum Marc. 16. v. 38.
falsò Paulus 2. Corinth. 3. diceret nos Christum
iam videre detractò velo. Malè dixerit Christus
Ioh. 3. v. 14. Serpentem æneum fuisse sui typum
& figuram. Præterea si Patres nullam in suis
Sacramentis & Cæremoniis Dei promissionem
habuerunt, fuerunt absque Christo. Nam om-
nes Dei promissiones sunt in Christo *Etiã*, &
Amen. 2. Corinth. 1. v. 20. Imò vero patrum Sa-
cramenta eadem effecta, quæ nostra, protulisse
docet

docet contra hoc totam Bellarmini impium
caput Paulus. Corinth. 10. v. 3. 4. Nam & Chri-
stus Pascha, & nostrum appellatur cap. 5. v. 7.
Hoc Bellarmini dogma est ipsissima Michaelis
Seruei, propterea Geneva cremati blasphem-
ia, quam impius iste nobis reggerit, recoquit,
& ex abyssu reuocat: & tamen inter Magistros
nostros & ipse, & liber eius toleratur? Proh Dei,
& hominum fidem! Itaque ipsum et Bellarminus
inf. col. 162. L. Diuam hanc sententiam sine cir-
cumtione damnat. Quod si verum hic dicis Bel-
larminc, cur supra cap. 13. col. 152. L. A. Conmi-
num reprehendis, qui scripserit ex isto tuo dog-
mate Patres sub lege Dei gratia & promissioni-
bus in Christo caruisse? Verissimum enim quod
est ille ex sententia tua collegerit.

At tamen istam ipsam suam blasphemiam con-
firmare conatur Bellarminus, assertque locum
ex epistola ad Hebr. 7. vers. 22. 8. v. 6. vbi Christus
melioris testamenti sponzor appellatur: ex Au-
gustino in Pl. 72. vbi Veteris & Noui Testamen-
ti promissiones diuersa vocantur: ex Luthero
lib. de Captiuitate Babylon. cap. de Eucharistia.
Respondeo locis his omnibus eodem modo,
Nampe Noui Testamenti promissiones esse me-
liores & diuersas ratione duntaxat dispensatio-
nis, non autem rei in vtrisque significata & pro-
missa. Idem enim Christus seruator nobis & il-
lis est promissus, oblatus, & datus. 1. Corinth. 10.
vers. 3. 4. 5. Augustin. lib. 19. contra Faustum cap.
13. Vnde Christus sicut Apostolorum doctrina,
sic Prophetarum fundamentum appellatur, E-
phes. 2. vers. 20. Hebr. 1. vers. 7. 9. 11. capitibus.

Quod ad Lutheri dicta hic prolata, est obseruan-
 dum Lutherum, vt Pontificios doceret, se pe vo-
 cem Sacramenti latius in lib. De Captiuit. Babil.
 sumptisse pro signis in genere Dei gratia etiam
 temporalis: tam erant tunc bruti & bardi homi-
 nes Pontificij, et ad quod retum genus essent Sa-
 cramenta referenda ignorarent.

Secunda Bellarmin ratio est, Lex vetus (Sacr-
 amenta autem Vetera erant pars illius legis) non
 iustificabat, sed nostra iustificat Hebr. 7. v. 19. 16.
 han. 1. v. 17. 2. Corinth. 3. v. 6. Lex littera occidens
 appellatur Galat. 4. v. 24. in seruitutem generat,
 & Vetus Testamentum vocatur, quod nos non
 regenerat August. lib. 3. contra epist. Pelagian.
 cap. 4. Respondeo, toto velo, totaque terra abete-
 rat, & hallucinatur, & pueril tamen errore de-
 pitur, & decipit Bellarm. Nempe fallacia Ab-
 quiuocatione *Legis*, & *Veteris Testamenti*. Dupli-
 ci enim modo, & significato sumuntur. Primo
 pro ipsa duntaxat scriptura & doctrina morum,
 quæ a Deo per Moïsem tradita fuit: Tunc Lex est
 Littera occidens, non iustificat, &c. quia nemo
 eam implere potest: imò fuit chirographum no-
 stræ mortis Coloss. 2. v. 14. Secundo modo acci-
 pitur *Lex* & *Vetus Testamentum* pro ea doceri-
 na, quæ Christum futurum hominem, & pro no-
 bis crucifigendum, fideque amplectendum tra-
 debat: Tunc Lex Christum ostendens futurum,
 vti Euangelium (quod eundem annuntiat exhi-
 bitum) per modum doctrinæ, Non autem per
 modum causæ, vt iste putat, iustificabat. Itaque
 falsum est quod ait iste. Nam idem in Vtroque
 Testamento Christus prædicatus est: in Veteri,
 futu-

futura in Nouo, iam exhibitus. Sed Lex, prout est doctrina, morum, & iustitiæ coram Deo in nostris operibus querenda; non iustificat. Ergo pueriliter fallitur Bellarminus ex hac æquiuocatione.

Tertia ratio istius est, Promissiones Dei annexas Veteribus Sacramentis implerantur, etiam si non crederentur: atqui sine fide nemo iustificatur: ergo non iustificabant. Respondeo, Primum sibi ipse contradicit Bellarminus, qui hic velic promissiones Dei fuisse annexas Veteribus Sacramentis: Hoc tamẽ ipsum supra col. 161. L. C. præfate negauit, tam est inconstans, ut seipsum eodem capite refutet. Deinde quæ sumit hoc loco exempla Sacramentorum, velut Iridem cæli, signum Gedeonis, non sunt ex eo Sacramentorum genere, de quo nunc agimus, quæque fuerunt ordinaria, & in lege perpetua. Tertio falsum est promissiones Dei in Veteribus Sacramentis factas habuisse suam in iis, qui non crediderunt, effectum & implementum. Hoc enim ipsum negat Paulus 1. Corinth. 10. v. 5. 6. & epistola Hebr. 4. v. 2. Itaque nihil ineptius & absurdus hæc Bellarmini ratione dici potest.

Quarta ratio est crambe repetita, centies iam explosa, & confutata. Ait enim iste, Nostra Sacramenta dicuntur nos lauare, regenerare, iustificare. Respondeo isti, Sacramentaliter hæc agere in nobis dicuntur, non causaliter. Nam obstant propter Dei promissionem iis adiunctam, nostram regenerationem, lotionem & iustificationem: eam autem, sicut vult Bellarminus, nequaquam efficiunt. Ergo & inanes, & blasphemæ

apparent Bellarmini rationes omnes.

Ad Cap. XVII.

Nostrorum quoque argumentis idem istos respondere nititur, si quæ potest. Verum ineptè quoque, & falsò. Nam quum illa sint verissimissima, quid contra, nisi mendacium, obici potest?

Primum autem nostrorum argumentum est. Inquit Dominus Genes. 17. v. 14. Eius, Masculi qui non erit circumcisus, anima ex Dei Ecclesia excindetur: ergo Circumcisio, ac proinde Vetera Sacramenta, Dei gratiæ, nostræque à Deo factæ adoptionis sunt signa. Augustinus lib. 2. Contra Pelagianos cap. 30. lib. 16. de Civitate Dei cap. 17. lib. 21. de Nupt. & Concupisc. cap. 11. Sic enim colligimus: non autem, quemadmodum nobis attingit Bellarminus, Circumcisio, & Vetera Sacramenta nos ab æterna morte causè aliter liberant. Nam sic concludere, esset blasphemare. Quod à nobis, non ab isto, absit. Ratio consecutionis nostræ est, Quod eadem est Dei promissio in Circumcisione & Baptismo, & adoptionis nostræ, & peccatorum remissionis Genes. 17. v. 14. Ephes. 2. v. 12. Coloss. 2. v. 12. Calvinus lib. 4. Instit. Christianæ cap. 16. §. 3. & 4. Respondet Bellarminus, Primum ad suorum obiectiones. Nam primi & doctissimi quique Scholastici tenuerunt hanc sententiam Bellarmini, Non fuisse eandem Veteram & nostrorum Sacramentorum efficaciam. Sed magis agit. Nam respondet Bellarminus non ad suorum obiectionem, sed ad remotam Augustini interpretationem quoddam horum verborum, *Pactum meum irritum fecerunt.* Laborat enim

enim frustra & multum iste in eo probando quod neque nos, neque repugnantes alij Scholastici errori Bellarmini, negamus, Nempe Verba ista *Patrum meum* intelligi de pacto Circumcisionis, ut apparet v. 10. eiusdem cap. 17. Genescos. Verum nos istorum inter se rixas, & quidem de precipuis fidei Articulis, omittimus. Alternis ludat, inquit ille, iugulis, & inter se certaminibus & conuitiis. Sic enim agentes Cornicum oculos, id est, suos miseri confodiant in magnum suum dedecus & suæ scholæ opprobrium, ac omnium offusciculum.

Deinde respondet Bellarminus Caluino: sed hoc responsum est & falsissimum, & impudentissimum. Negat igitur iste, Vllam Spiritualē Dei promissionem fuisse Circumcisioni annexam. Respondeo, Hoc respondere est apertissime verbo Dei contradicere. Dixerat enim disertè deus antequam Circumcisionis signum daret, *Ego sum Deus tuus, & seminis tui post te.* Genes. 17. v. 7. Ad quam suam promissionem confirmadam Deus addidit signum Circumcisionis: quæ propterea vocatur a Paulo sigillum iustitiæ Dei, id est, spiritualis Dei erga Abrahamum, & eius postereros gratia Roman. 4. v. 12. Ephes. 2. v. 12. Coloss. 2. v. 12. & promissionis Dei. Itaque Deus Exod. 3. v. 6. Matth. 22. v. 27, Se Deum Abrahami, & seminis eius Isaac, & Iacobi, & reliquæ ex his posteritatis proficetur. Hæc autem Dei promissio & spiritualis est, & salutaris. Ergo impudens fuit hoc negare.

At excipit Bellarminus promissiones Noui testamenti dici meliores: Respondeo, Non

tione rei promissæ, sed duntaxat eas promissiones dispensandi, & explicandi, ut iam dixi, ratione, & modo.

Excipit Bellarminus Abrahamus etiam iustus, quum accepit à Deo primum Circumcisionem. Respondeo, Circumcisionem accepit, non ut iustus tunc primum fieret: sed ut illud Dei donum erga eum, aptum et Abrahamo confirmaretur, & certius obliquaretur.

Excipit Bellarm. Promissio Dei in Circumcisione prima instituta fuit solum de propagatione eius sobole. Respondeo, Cæcutit planè Bellarminus in eo S. Scripture loco legendo. *Diserte enim & à Deo, & à Mose addita fuit ista Dei promissio, Ego sum Deus tuus, &c. Genes. 17. 9. Neque verè quicquam hic agit, & cõtendit Bellarminus, quod ante eum Seruetus non discessit & defenderit, quodque ex fœtidis Seruerti scriptis Bellarminus non ad verbum penè transtulerit.*

Verba autem hæc Dei, *Ego sum Deus tuus, Genes. 17. v. 7.* non continere peculiarem Dei promissionem de vita æterna, & gratis omnibus ad eam necessariis, & peccatum remissione. *Luc. 11. v. 77,* fuit ad hoc usque tempus inauditum, & à nemine adhuc, præterquam à Serueto, & Seruetanis Anabaptitis (qualis est iste proculdubio) negatum. Verum id ea verba significare probemus. Primum probo ex Dei ipsius interpretatione *Exod. 3. v. 16.* Docet enim se peculiariter & servatorem, ex *Exo. 6. v. 3. 4. 5, 8. v. 20, 10. v. 30.* Probo ex verbis Davidis *Ps. 81. v. 11. 12. Ps. 147. vers. 11.* Pro-

Probo ex *Isaia* cap. 43. v. 7. Probo ex *Luc.* cap. 1. v. 71 & 26. v. 22. Sed infinitum esset omnes locos *S. Scripturae* colligere, & recensere: estque hominis ad hoc negare, quod negat *Bellarminus*. Verum latebras & speluncas quaerit miser.

Ad locum ex *Ephes.* 2. v. 12, ubi qui caruerunt sub lege Circumcisione & Sacramentis veteribus dicuntur fuisse extranei à promissione Dei, spe salutis à Deo denique ipso, Respondet iste, Hoc illis non contigisse, quia carebant circumcissione, sed quia carebant fide. Respondeo isti, Imò circumcissionem à Paulo illic constitui externam tantum, & ordinariam ad optionis hominum ad vitam eternam notam: adeo ut etiam in epistola ad *Roma* 3. v. 1. & 3. & cap. 2. v. 28. etiam illam externam fidei Dei notam probet & laudet Paulus, addenda est fides, ut rei signata in Sacramentis sumus singuli participes. Ergo qui sub lege absque Circumcisione tamen Deo placuerunt, id extraordinarij beneficij habuerunt, Vti si quis hodie inter Turcas, & ex Turcis credat Christo, & se Christianum absque Baptismo profiteretur.

Secundum argumentum nostrum est ex *Leuit.* 6. v. 7. *Hebr.* 9. v. 13. 14. Per Sacrificia dicuntur tolli, & ablati coram Deo peccata: ergo Sacrificia vetera & Sacramenta Christum, Christusque benedicta, sicut & nostra Sacramenta, olim representabant *March.* 26. v. 28.

Respondet *Bellarminus*, Per illa Vetera sacrificia olim penam solum temporalem sublata fuisse: non etiam penam gehennae, & spirituales. Respondeo *Bellarmino*, Contra textus ipse

docet Levit. 6. v. 7. Reatum ipsum & culpam: non tantum pœnam peccati, tolli. Nam & Christus (cuius mortis illa Sacrificia erant typus) morte sua & pœnam temporalem, & pœnam gehennæ deleuit, nobis pro peccatis nostris debitam. I. Cor. 5. 2. Corinth. 5. v. 21. Itaque epistola ad Hebræos cap. 9. v. 13. & 14. comparat sanguinem vitulorum in Veteribus sacrificiis cum Christi sanguine, velut Signum & rem signatam. Sacrificia enim illa Patribus omnia ista signarunt, quæ veritas, id est ipse Christi sanguis effecit. Hebr. 10. v. 1. 28. 29. Ioh. 1. v. 17. Colos. 2. v. 17. ergo illa Sacrificia testabantur utramque pœnam, quæ nobis debetur ob peccata nostra, tolli: non solum temporalem, sed iste contendit.

Falsissimum autem est, quod addit iste, Non fuisse instituta Sacrificia pro omnibus peccatis sed tantum pro quibusdam. Nam quum omnia peccata vel ignoranter perpetrentur, vel de industria, pro utroque peccati genere faciunt à Deo instituta Sacrificia. Pro peccatis ignoranter commissis. Levit. cap. 4. Pro peccatis scienter perpetratis Levit. 6. & 7. Ea vero sacrificia, & pro culpa seu reatu, & pro pœna offerebantur, I. Cor. 5. 3. quia Christi venturi beneficium representabant plenè Coloss. 2. v. 17. Hebr. 10. v. 1.

Tertium nostrum argumentum est ex I. Cor. 10. v. 3. 4. vbi aperte Paulus affirmat. Nos & Patres in nostris & suis Sacramentis eandem spirituale escam & potum sumere & sumpsisse oblatum à Deo, Nempe carnem, & sanguinem Christi. Hoc ipsum confirmat idem Paulus I. Corinth. 12. v. 13. epistola ad Heb. cap. 11, vbi contendit eandem fuisse

fuisse nostram & Patrum fidem. Lyranus in Iohann. cap. 3. v. 4. *Patres, ait, sub veteri Testamento consecuti sunt vitam eternam per gratiam in fide Christi venturi, & sic habuerunt rem Baptismi, & Eucharistia.* August. tract. 26, & 45. in Evangelium Iohannis. Ergo nostra & veterum Sacramenta rem eandem piis obtulerunt, & representarunt, Iohann. Calvinus lib. 4. Institut. cap. 14. §. 23, Petrus Martyr in 1. Corinth. 10. Martinus Kemnitius in 2. parte Examinis pag. 7.

Quid ad hæc Bellarminus? Primum vagatur, confundit enim omnia. Affingit Calvino & Kemnitio eos velle ea, quæ semel facta sunt, ut essent gratiæ Dei erga suam Ecclesiam spiritualis testimonia, esse propriè Sacramenta, qualia nunc & hic a nobis quaruntur, & explicatur fabulæ sunt ista, nugæ, & mera Bellar. imposturæ, ac diuerticula à vera solutionis via.

Respondet tandem Bellarminus quadrupliciter. Sed vnumquodque eius responsum est mendacium. Primum ait (quod ab Ubiquitariis homo iste didicit, & sumpsit, quos tamen odit) vocem hanc, *Eandem escam* apud Paulum non significare eandem nobiscum: sed eandem inter se. Ergo vult à Paulo fieri comparisonem ipsorum Iudeorum inter se: non autem eorum nobiscum.

Respondet Bellarmino hanc ipsam interpretationem falsam esse, & à Paulo refutari, qui eodem cap. 10. v. 7. 8. & 9. ostendit se conferre Christianos cum Iudeis, non Iudeos inter se. Refutat à Lyrano, ut docet in Iohann. 3. v. 4, ab Augustino tract. 26. in Iohann. *Sacramenta, ait, Iudæorum*

& nostra fuerunt signis diuersa, & re paria. Sicut enim fuit idem Prophetarum & Apostolorum Christus Ephes. 2. v. 20. sic fuit idem vtrorūque spiritualis salus & cibus, & eundem proposuerunt suis Ecclesiis. Confirmatur denique nolla sententia ex epist. ad Hebr. cap. 10. per totum, ubi docetur Nos & Patres eandem fidem, & in eundem Christum habuisse.

Excipit Bellar. neque Manna, neque Aquam in deserto fuisse Israeliticis Sacramētum. Respondet deo, Imò vtrumque fuit illis toto eo, quo durauit, tempore verum sacramentum. Durauit enim vtrumque in Ecclesia, quādiu res ipsæ fuerunt.

Excipit Bellarminus, Ex eadem Aqua, quæ fluebat ex Petra, & canes & iumenta biberunt ergo non fuit Sacramentalis Aqua. Respondet, Signa Sacramentorum non sunt Sacramentalia extra vsum, & actionem. Sunt enim per se terrena elementa, vt Aqua in nostro Baptismo, & Panis in S. Cœna, quibus non solum homines, sed etiam bestię vti possunt, non quia illa sunt Sacramenta & signa gratiæ Dei: sed quia sunt elementa, & cibi terreni. Sed quid isti venit in mentem, vt hoc nobis obieceret, qui sciat à suis ex eant. *Qui bene* consecrat. distinctè & asseri etiam, ipsum Christi corpus à muribus edi.

Excipit Bellarminus, Nulla Dei promissio extat, quæ facta fuerit edenti illud Manna ex fide, & bibenti ex aqua illa ex fide. Respondet, Ergo falsus est interpres sacra Scripturæ Paulus, qui Aquam & Manna scribit tam asseuerantes
Escam

Escam, & Potum Spiritualem representasse fidelibus Israelitis, eamque obsignasse. Falsus interpretres quoque Petrus in 1. epistol. cap. 3. vers. 20. 21. qui Aquas diluuij comparat cum nostro Baptismo. Quare quàm sit hoc loco blasphemus in Deum, & contumeliosus in Paulum & Petrum, veros Christi Apostolos Bellarminus apparet: falsus Paulus 1. Corinth. 5. vers. 7, qui Pascha verus Christum, Christi que beneficium obsignasse, & Roman. 10. vers. 4, Coloss. 2. vers. 17. Christum fuisse finem & scopum seu corpus legis & legalium umbrarum omnium scribit. Falsus Iohannes Euangelista cap. 1. vers. 17, qui scripsit Christum esse veritatem legis, quia gratiam, quam nobis confert Christus, etiam lex Patribus obsignauit fidelibus.

Hi sunt igitur loci, quos à nobis ex sacra Scriptura petit Bellarminus, ex quibus apparet illa vetera Sacramenta fuisse sigilla promissionum, & gratiarum Dei spiritualium, & habuisse proinde spirituales Dei promissiones: non solum corporales 1. Timoth. 4. vers. 8. Illa enim confirmabant hanc generalem Dei promissionem Israelitis iam factam, *Ego sum Deus tuus & seminis tui*: & de Messia venturo, & eius beneficiis, quæ iam tunc percipiebantur à fidelibus Israelitis. Illæ duæ verò promissiones erant propriè de rebus ad salutem æternam pertinentibus. Itaque fide apprehendebantur, textus expressus Hebr. 10. vers. 1. & 11. vers. 1. 15. 16. 1. Timoth. 4. vers. 8. Nam propriè spiritualia spectat fides.

Secunda solutio & responsio Bellarmini ad lo-
cum Pauli citatum 1. Corinth. 10. v. 4. est eadem,
vt superior, falsa. Negat enim esseam & Potum il-
lum à Paulo dici spirituales ratione effecti, sed
ratione cause, quia dabatur & Aqua & Manna
ab Angelo: item ratione, ait, significationis, quia
Christum significabant, de quo tamen, ait ille,
Patres fideles sub lege in deserto non edebant.
Respondeo Bellarmino, Primum eum sibi con-
tradicere. Nam si Manna & Aqua in deserto sub-
runt res, vt ipse vult, significatione spirituales
fuerunt quoque earundem rerum effecta spiri-
tualia. Nec enim in Sacramentis aliud est eorum
significatio, quàm effectum, quoniam qualis est
significatio eorum, talis quoque est ob signatio
& effectus eorum, quem Deus, non signa tamen,
efficiant & causant. Præterea fuerint falsæ si-
gnificationes, si de carne Christi Patres non edebant.

Deinde si propter eiusmodi causam, quoniam
nam ab Angelis. Administrabatur, Manna di-
citur Spirituale: eodem modo tabula legis (lapi-
deæ Moysi per Angelorum ministerium data
Act. 7. v. 5. 3. Galat. 3. v. 19. spirituales dicuntur
& caro miraculose à deo Eliæ per cotinum pot-
recta 1. Reg. 17. v. 6, erit caro spiritualis: & quid
non erit spirituale? Id quod est absurdissimum.
Ergo effecti, non causæ ratione dicitur Manna
esse spiritualis, quia Christi carnem, quæ est spi-
ritualis Ioham. 6. v. 32. 33. 50. (vt & Christus ipse
vocatur Adam, seu Homo spiritualis 1. Corinth. 10.
v. 48. 49.) carnem, inquam, illam Christi spiri-
tualem representabat & offerebat. Manna ex se
de

de illud odentibus, & cum ea communicatio-
nem veram ob signabat fidelibus.

li. Nec obstat quod Christus Iohan. 6. v. 32. &
49. videtur velle Manna fuisse corporalem dun-
taxat cibum. Christus enim Manna considerat
illic ex eorum, cum quibus disputabat, sententia
de mente, ut eos ipsos refuteret. Illi vero Manna
ineptè, & falso solum corporalis cibi usum Pa-
tribus præbuisse censebant: non etiam fuisse ce-
lestis cibi, id est, carnis suæ figuram & typum.
Quem errorè refutat Christus: arguit Paulus r.

Corinthio. v. 3. 4.
Tertia Bellarmini solutio eadem est quæ pri-
ma, Nempè Paulum illic neque agere de veris
Sacramentis: neque nos cum Iudæis conferre.
Ergo iam confutata est. Nam Paulus ipse v. 6.
manifestè indicat se conferre Christianos cum
Iudæis. Ait enim, *Hæc typi nostri fuerunt.* Quid i-
gitur verbis opus est? quum Paulus ipsum sui in-
terpretem contra Bellarminum habeamus, præ-
sertim v. 7. 8. 9.

Quarta quoque est solutio, & responsio Bel-
larmini ad eundem Pauli locum; 1. Corint. 10. v.
3. & 4. tam est iste perplexus, & anceps, animique
dubius. Illa autem est eadem cum secunda. Ait
enim Augustinum velle, ut Nostra & Vetera sa-
cramenta sint paria se significata: non tamen ef-
fectu. Respondeo Bellarmino, quod supra, hanc
sententiam sibi planè, & toti Dei verbo repu-
gnare. Nam effectum Sacramentorum pendet
ex eorum significatione, nec aliud est eorum si-
gnificatio quam verum effectum, Augustin.
Tractatu in Iohan. 26. & 41; & in psal. 77. in prin-

cipio. Nam & in psal. 72. (quem locum iste citat) idem scribit Augustinus, sed obscurius. Itaque bona fide Tract. 26. Augustini verba, contra quam calumniatur nos hic Bellarminus, citauimus. Idem enim confirmat Augustinus ipse Tract. xi. in Iohan. cap. 3. Ex quo fit, ut, quia suum errorem oppugnari manifestissime videt, auctoritate, & interpretatione Beati Augustini, auctoritatem, & interpretationem eius, quam antea probauit, nunc col. 71. L. B. incostantissime, ne dicam impudētissime reiciat, ac repudiet, quasi ex professo non tractauerit Augustinus locum illum apud Iohannem, in quem commentarios longiores, quam Chrysostomus, scripsit Augustinus. Ita quid dicat, non attendit Bellarminus.

Quartum argumentum nostrum est ex Coloss. 2. v. 11. 12, vbi Paulus in effectis apertissime Circuncisionem Veterem, & nostrum Baptismum confert & comparat.

Bellarminus nihil hinc respondet. Negat enim quod illic manifestissime habet Paulus, eadem fuisse Baptismi, & Circuncisionis effecta, itaque hæc solutio responsum non meretur.

Quintum argumentum nostrum est ex Hebr. 7. & 9. & 10, vbi cæremonia, sacramentaque Vetera dicuntur spectasse Christum, & id ipsum significasse, quod postea egit Christus ipse. Itaque illa Christum, non nostra Sacramenta, (quem admodum iste falso & sentit, & scribit) repræsentarunt. Fuit enim Christus heri, & hodie Hebr. 13. v. 8. id est, Veteri & Evangelicæ ecclesiæ idem, & vnus, & eam semper alens, regens, & sua carne nutriens. Nihil Respondet Bellarminus.

Solum

Solum negat valere argumenti nostri consecutionem. Nos ad doctos & pios Theologos provocamus. Pro nobis enim vindicias ferent, ac pronuntiabunt. Est enim omnino necesse, ut quae in Vetera, & Nostra Sacramenta Christum eundem, & eadem Christi beneficia salutaria representant, res easdem Partibus, & nobis exhibuerint, & Sacramentaliter praebuerint, seu potius obfignarint.

DE CHARACTERE.

Ad Cap. xviii.

Quam misera sit, fueritve Pontificia Theologia, & ut ex incerto prorsus fundamentopendeat etiam in Articulis ipsorum fidei praecipuis, vel ex hac vna de Charactere Sacramentorum disputatione, & opinione, luce meridiana clarius apparet. Obseruet autem pius lector totam hanc de Charactere isto Sacramentario opinionem, Primum per se prorsus ineptam esse: ex istorum sententiis plane incertam: ex Dei verbo falsam. Cur autem de Charactere isto quarant, ratio est, Quod & hunc (quem, quod sit, nesciunt) quoque inter Sacramentorum nostra effecta enumerant, & constituunt. Tribuunt enim nostris, novisque Sacramenta haec effecta tria, efficientiam gratiae Dei salutaris, Ornatum animae, & Characterem istam in Anima, qui Deo sit nota distinctionis & agnitionis, nostri, sed invisibilis & Spiritualis nobis.

Primum. res haec tota per se inepta est & facta, ratione Nominis, & Rei Nominis, quia *χαρακτήρ* vox est plane Graeca, quae aliam rei aliquid & figuram & profundam impressionem rei

corporali factam significat, quæ aliud representat. Sic Christus Dei Filius æternus *expersis* Patris, id est, Viua & expressa illius imago tropice appellatur Hebr. 1. v. 3. Ergo proprie Character est figura rei corporalis aut alteri corpori impressa. Vnde Thomas in 3. parte quæst. 63. Art. 1. ait Characterem pertinere ad quartam speciem qualitaris. Atqui Characterem hic isti fingunt esse in Anima, quæ est incorporea: neque figuræ alterius expressionem esse volunt in Anima, sed potentiam tantum ascititiam, & accidentalem Animæ. Vnde enim referunt ad Potentiam, non ad figuram, ibidem Thomas. Durandus contra in lib. 4. Dist. 4. quæst. 2. N. 11. referri vult ad Categoriã Relationis. Alij ad Categoriã Substantiæ, quia quid hæc res sit, & proinde quo nomine vocanda sit ignorant.

Ratione rei præsertim quoque character iste absurdus est. Per se nescitur quid sit, vtrum Essentia, Relatio, vel Qualitas: vtrum Squilla plantæ, vel Squilla piscis.

Ex Scholasticorũ ipsorum sententiã, & præsertim res incerta. Alij enim cum I. Characterem istum, esse volunt Signum Animæ distinctivum, vt Thomas: alij dispositivum Animæ: alij rememorativum rei gestæ. Alij hunc characterem voluit esse Principium spiritualium operationum. Alij Effectum: Alij Remissionem peccatorum. Alij ornatum Animæ. Ex quo fit, vt in re, rei quæ definitione & Characteris istius nequaquam inter se Sententiarij conveniant, vt apparet ex Thoma in 3. parte quæst. 63. Art. 1. & 2. Durandus in lib. 4. Sentent. dist. 4. quæst. 2. & aliis velut Occhano lib.

lib. 4. Quest. 2. & in lib. 4. dist. 6. Vnde Biel in lib. 4. dist. 6. quest. 2. totam hanc de Characterere disputationem inanem & putidam esse scribit. Implet hic cap. 20. col. 176. L. C. scribit, rationem Sacramenti posse consistere sine caractere.

Ex Dei verbo falsa apparet tota ista de Characterere (quod per Sacramentum vllum animis nostris imprimatur vllus Character) opinio. Essent enim Sacramenta & signa infallibilia salutis & eterna signa. Id quod falsum est, & Dei donū alligat signis externis.

Denique istius commentitij Characteris autor ab alijs, velut Thoma, traditur Augustinus: ab alijs, velut Durando. Dionysius Areopagita: ab alijs Damascenus. hæc igitur est Turris Babylonica, quam totis quinque longissimis capitibus sequentibus ædificare nititur, sed frustra, Bellar-

Quod autem hic suum Innocentium III. criminibus vere ei obiectis nempe Tyrannidis in Ecclesiam Dei & Læsz Maiestatis in Othonē IIII. purgare conatur, frustra fit. Res enim ipsa, & historia illius temporis eum damnant vtriusque sceleris, ad quas lectores, breuitatis gratiâ, remittimus.

Ad Cap. XIX.

NE quis hic putet Bellarminum multum in his octo thesibus fingendis & comminiscendis laborasse, legat Thomam in 3. parte, quest. 63. reperiet hominem istum has ex vna illa questione, & eius Articulis descripsisse: quod vel pueri facerent. Sunt autem octo istæ theses, octo falsitates, & A petitione Principij fallacię ineptę.

Prima thesis est, A quibusdam, non ab omni-

bus nostris Sacramentis, signum aliquod animæ
 suscipientiam imprimis, qui Character nominetur.
 Respondeo, Hæc thesis est manifesta Petiti-
 o Principij, & rei controuersie. Deinde est ad
 hoc. Nam signa corporea in Animas incorporeas
 agere, & signum imprimere ex vulgariissima
 regula Physica non possunt. Præterea nihil corpo-
 reum (quale est hic character) ab incorporea re
 qualis est Hominis Anima suscipi potest. Dicitur
 que cur potius hic Character Animæ, quam Cor-
 pori suscipientis Sacramentum à signo corporeo
 imprimeretur, & infigeretur. Cur nulla potius
 quam omnia nostra Sacramenta hanc imprimantur.
 Cur Baptismus potius quam S. Cœna.

Excipit iste, Sic omnes Sententiarij in lib. 4.
 Sentent. distinc. 6 sentiunt. Respondeo. Hoc falsum
 est, vel ipso teste. Nam optimi quique Sen-
 tentiarij & doctissimi, eum refutâr, Scotus ibi-
 dem quæst. 9. Durandus quæst. 2. Biel quæst. 2. Plus au-
 tem est deferendum paucis doctis, quam imperite
 scriptitorum turbe, qui non rationem, sed ale-
 terius iudicium temere sunt secuti.

De Nomine *Characteris* antea diximus, in epistola
 hac transferri. Falsum autem est idem esse Char-
 acterem & sigillum, Baptismum autem, quem
 Augustinus lib. de Cataclysmo vocat in metapho-
 ricè *Characterem regium*, isti absque tropo turpi-
 ter & pueriliter intellexerunt & sumptum, ita
 sunt rerum imperiti, & Asini. De his postea cop-
 iosius agemus.

Secunda thesis istius est, Character non est res
 latio, sed absoluta qualitas. Respondeo. Primitia
 hæc est, uti superior, Petitiõ Principij, & rei du-
 bia,

bia, & in questione inter nos & illos posita, & controuersa. Deinde, de qua ne ipsi quidem inter se Sententiarj, hoc ipso teste, consentiunt. Tertio Thomas modò vult Characterè esse signum, modò esse relationem, modò potentiam. quarum opiniones negant & refutant hanc Bellarmini propositione. Sed & ipse col. 175. L. A. vult Characterem esse signum. Præterea nullo S. Scripturæ loco hoc probatur à Bellarmino.

20. Tertia thesis, Huius Characteris tria sunt officia, facere nos aptos ad cultum diuinum, conligorari Christo, ab aliis distinguere. Respondeo. Nullo Verbi diuini loco & testimonio confirmatur tā necessaria thesis, At qui est turpe Theologo sine S. Scriptura loqui sicut Iuriconsulto sine lege. Deinde est Petitio Principij inepta.

Tertio, Alij, duo tantū illius effecta constituent, Nimirum efficere nos aptos in Dei cultu & Recipiendo, & tradendo aliis. Denique tota hæc thesis est nugacitas. Nam non character, sed Dei Spiritus efficit nos conformes Christo, illique configurat Rom. 8. v. 29. non per Characterem istum, sed per Regenerationem veram. Itaque implet Bellarminus col. 174. L. D. negat, quod hinc asserit. Ait enim Deum, non Characterè, hoc efficere. Aptos quoque nos ad Dei cultum efficit regeneratio nostra itidem, quæ fit à Dei Spiritu, non ab vlllo ordinis & Confirmationis Characterè. Denique distinctionis nostri nota nulla opus est vel Deo, qui nos nouit ab utero matris Galat. i. v. 15. Hic. i. v. 5. vel nobis, qui nos ipsos nouimus: vel aliis, qui istam notam spiritualem in nobis cernere oculis non possunt. Quare, quæ

hæc scribit tria hæc Characteris officia cōmuni-
scitur, planè nugatur, & ineptit Bellarminus.

Quarta istius Thesīs Character Sacramentalis
est in Anima tanquam in Subiecto. Quinta, est
indelēbilis. Hæc theses ex Thoma transcribuntur,
in 3. parte, quæst. 63. Artic. 4 & 5. Respondeo vtri-
que thesi, est Petitio Principij vtraque. Dubia
quoque & controuersa est in ipsa illa schola Bel-
larmini. Alij enim Characterē collocant in Po-
tentiis Animæ, alij in Essentia: Alij in Intellectu,
alij in Voluntate vt Subiecto teste Durando lib.
4. dist. 4. quæst. 2. & ita faciunt Accidens subie-
ctum Accidentis, quod est Physicen totam euen-
tere. Esse verò indelebilem Characterem, falsum
est, quia nulla est qualitas (quam sit accidēs qua-
litas) quod adesse, & abesse non possit citra sub-
iecti interitum. Est autem ex ista thesi Character
qualitas. Deinde nescitur quo modo insit in A-
nima, Vtrum sicut Potentia, Vel Forma, Vel Fi-
gura. Denique admittit Character contrarium,
Videlicet ineptitudinem, & negligentiam, &
Magis & Minus. Est enim qualitatis (quæ est po-
tentia, & aptitudo, & configuratio) propriū ad-
mittere intensionem & remissionem: ac proin-
de deleri huiusmodi qualitas & extinguī potest.
Sola verò suorum inepta opinatione in re tam
necessaria nititur Bellarminus, vt rem istā per-
suadeat.

Sexta thesis, Tria tantum Evangelica sacra-
menta Characterem imprimunt, Nempe Ba-
ptismus, Ordo, Confirmatio. Septima thesis,
Nulla Vetera Sacramenta Characterem impres-
serunt. Respondeo, Sunt istæ luculentissimæ fal-
laciæ

lacie A petitione Principij. Sumunt, non probant, quod afferunt, hæc theses. Nullo S. Scriptura loco fundantur. Nulla ratio est, cur hæc tria aut potius, aut solum nostra Sacramenta tantum præilegum fortiantur, quum neque Ordo, neque Confirmatio sint Sacramenta à Deo instituta: Eucharistia vero sit, quæ tamen ab istis tantum privilegia non habet. Et par esse debet in generalibus effectis, de quibus in his libris duobus disputat iste, Sacramentorum omnium notitiam ratio, & potestas. Ratio denique hæc allegata, Quod in his tribus commemoratis, homo Christianus sit novus homo, magis convenit Eucharistia, & Pœnitentiæ, quam Ordini, & Confirmationi, ut producat Characterem. Nam in Pœnitentiâ sit homo novus psal. 51. v. 12. Coloss. 3. In Eucharistia quoque, quia Carni vera Christi communicat, qui nos novos homines facit, 1. Corinth. 5. v. 7.

Octava thesis est, Nullus Character in Christo sit, Hæc est omnino inutilis.

Ad Cap. xx.

TRes ex Novo Testamento locos profert Bellarminus, quos apertissime corumpit, & depravat, tres ex his quo iure, quæ in iuria Characterem suum commentitium & Sacramentalem inueniat. Sic Raphael Volateranus in lib. 1. Metamorphosis Quidij septem Sacramenta reperit, & Supplementum Chronicorum in quatuor fluminibus Paradisi terrestis quatuor ordines mendicantium Monachorum. Quid est hierosolento Deo verbo prohibere abati, si hoc non est? Sed tu, Domine, usquequod!

Q. i.

Primus locus est ex 2. Cor. I. v. 22. Secundus Ephes. I. v. 13. Tertius Ephes. 4. v. 30, vbi pij & verè Christiani dicuntur obsignari à Spiritu Dei: ergo quædam Euangelica Sacramenta characterem animis nostris imprimunt. Respondeo, Primum locos plures similes afferre potuit Bellarminus, vt commodiores in speciem, quandoquidem verbo Dei abuti ad suum errorem defendendum voluit, velut Iob 14. v. 17. Iohan. 6. v. 27. Ezech. 9. v. 6. Apoc. 7. v. 3. & alios. Deinde non agitur illic de Sacramentis vel veteribus, vel nostris: sed de spiritali illa nota, quam Deus omnibus suis electis etiam ab æterno, & sine Sacramentis imprimat, vt à Reprobis distinguantur. Est & confirmatio Dei promissionum in nostris cordibus à Dei Spiritu facta. Ergo actiuè, sumitur vox hæc, *obsignatio*: non autem passiuè pro caractere impresso, sicut iste putat. Est autem hæc obsignatio nostræ prædestinationis ad salutem à Deo factæ effectiuè, quæ visibili notæ, & vntionis, & pignori confertur, tanti Dei arcani illustrandi, & explicandi gratiâ. Itaque sic tropicè Dei Prædestinatio & eius effecta in Hominibus piis appellantur. Quare tota hæc ratio Bellar. est fallacia tum A figura dictionis & Equiuocatione, qui tropum non videt: tum à falsa locorum illorum interpretatione, id est, A non causa pro causa substituta.

Quod figuras & typos istius ementiti & fictitij characteris Sacramentalis quærit etiam Bellarminus in Veteri Testamento, bis ineptum se prodit. Ait cicatricem in membro virili relictam post præputij circuncisionem fuisse istius fabulæ

fabulæ suæ typum. Respondeo, Ineptè, & turpiter similitudo quæritur & comparatio fit vulneris istius corporalis, quod fiebat in circumcissione, & turpitudinis ac deformitatis, quæ cernitur, partis circumcisæ cum isto caractere Sacramentali, quem volunt esse ornatum Animæ, & nostri cum ipsa Christi pulchritudine & imagine configurationem.

Locus Exod. 12. v. 13, vbi in Paschate celebrando ligni fit mētio, quod vult iste fuisse caracterem, tribuit priuilegium S. Cœnæ (quæ successit illi Agno) caracterem quoque imprimendi, cui tamen illud ius isti denegant.

Locus ex Ezech. 9. v. 4. & 6. & ex Apoc. 7. v. 3. nihil habet cum hoc argumēto consentaneum. Nec enim in his locis agitur de Sacramentis, & eorum effectis. Itaque eos locos ipsemet repudiat postea col. 173. in princip. Sed omnia miscet & confundit iste, vt error ipsius vincat, Christi verò veritas opprimatur.

Ad Cap. XXI.

Quæ testimonia citat Bellarminus ex Patribus, ea sunt partim omnino aliena, partim ab eo falsa interpretatione manifestè detorta. Aliena sunt omnia, vbi signi & Sigilli duntaxat fit mētio à Patribus, velut à Dionysio De Hierarc. Eccles. cap. 2. parte 1, & part. 3. Cyrillo Catechesi 4. 16. 17. Basilio orat. 13. Nazianzeno, Epiphanio Hæresi 8. Ambrosio lib. 1. de Spiritu sancto cap. 6. Nam Sigillum Baptismi est externum, caracter iste significatur Spirituualis: Sigillum, de quo Patres agunt, est visibile, caracter, de quo isti, est prorsus inuisibilis: Sigillum Patrum ab hominibus

Q. ij.

bus Ministris imponitur, Augustin. de Gestis cū Emerito, character sit & imprimatur à solo Deo, vt volunt isti: Sigillum Patrum est in solo Baptismi sacramento, isti characterem suum & Ordini, & Confirmationi tribuunt. Ergo sunt ista Patrum testimonia prorsus aliena.

Detorta sunt omnia ea, quæ à Patribus figuratè, & tropicè dicta sumit iste naturaliter, simpliciter, & sine tropo, velut Testimonium Chrysostomi Homil. 2 in epist. ad Ephes. & 14, Augustini De Cataclys. cap. 1. lib. de baptis. 1. cap. 4. & 6. cap. 1. epistol. 23. 50, & aliis pluribus locis, Damasceni lib. 4 cap. 10. de fide Orthodoxa, & aliorum. Nam Patres Baptismum Christi, velut Militarem Christi synthefin, & characterem sui Imperatoris, id est, Christi esse fingunt, quoniam hæc præcipuè nota Christi in à nondum Christianis, nostri ratione, distinguuntur, quemadmodum milites hostilis à nostro milite sua synthefi, characterè, & nota. Augustinus tract. 6. in Iohannem, *Putat, ait, te esse militarem: si tui characterem Imperatoris tecum habens, & intus securus militas: Sin extra habeas, pro desertore punieris.* Eodem modo lib. 2. contra epist. Parmeni cap. 13, lib. contra Petilian literas 2. cap. vlt. Ergo quod parabolicè & tropicè de Baptismo, & quidem solo, scripserunt Patres, iste citra parabolam sumit, quasi velint illi propterea insigi characterem in animam baptizati per baptismum: quod est stolidum.

Ad Cap. xxii.

Iam etiam sumit istum de characterè Sacramentali errorem ratione tueri vult, id est, insanire cum ratione cupit. Sed non potest. Insanire

sanitate enim, & amentem esse cum ratione & mente est *adversus* *Gr.* Hominem tamen & feriales eius rationes audiamus. Eas autem ab ipso initio refutat omnes, quum eas inniti soli credibilitati, & possibilitati tentatur, non vlllo Dei verbo. Nec enim quicquid credibile vel possibile fingitur, fit, aut est. Nam à Potentia vel posse ad esse nulla fit necessaria consecutio.

Prima igitur istius ratio est, Deus efficit aptos quos externè vocat: ergo imprimi characterem per Sacramenta (qui est aptitudo quedam ad suum cultum diligendum, & præstandum) in Animas infusa Sacramentum accipientium.

Respondeo, Falsa est propositio, & quæ propterea inde colligitur, falsa consecutio. Nec enim Deus omnes, quos externè vocat, reddit ad sua munera aptos, experientia nostram solutionem probat, velut in Saule Rege 1. Samuel. 15. Iuda Iscariota Iohan. 6. v. 70, in Simone Mago Act. 8. Deinde sequeretur omnes baptizatos esse reipsa ad Deum colendum feruidos, aptatos, bene affectos. Id quod falso quouis falsius est. Multi enim baptizati sunt Dei contemptores manifesti, vel Hypocritæ.

Secunda istius ratio est, Baptismus aliquid Sacramentale confert: ergo confert characterem in Animam baptizati. Respondeo, Est fallacia A non consequente. Confert enim sigillum nostre generalis in Dei populum adoptionis, quod est, ut ait August. in sermone de Gestis cum Emerito, & externum, & visibile: non autem quidpiam internum, & inuisibile, qualis est ficticius iste character. Itaque spirituale signum, pro exter-

no, nempe vim signi Baptismi ignorans, substituit Bellarminus.

Querit iste, si nullus ex Baptismo character impriatur, cur verè aliquis baptizetur, etsi fidè non habeat: verè autem corpori Domini non communicet, si non habet fidem. Respondeo, Eodem modo sine fide & Baptismo, & S. Cœnæ communicant homines, nempe signo tenus. Re eum Sacramenti, neque in Baptismo, neque in S. Cœnâ sumunt, qui sine fide illis communicant. Neque magis verè absque fide Baptismo, quàm Sacræ Cœnæ communicatur. In utroque enim sine fide participatur signum duntaxat, non res Sacramenti. Nec obstat quòd fidelium infantibus Baptismus & verus, & verè datur. Hoc enim verum est. Sed illius Baptismi soli illi verum effectum & rem sentiunt, qui fidem habuerint. Sic vera Domini S. Cœnâ, & verè datur etiam Hypocritis, & infidelibus: sed rem S. Cœnæ soli sentiunt, qui fidem habuerint. Ergo in utroque Sacramento absque fide signum solum, non res signata sumitur. Augustin. tract. 26. & 80. in Iohannis Euangelium. Perperam autem, & malitiosè hîc Bellarminus signum Baptismi, quod verè datur, cum re S. Cœnæ, id est corpore Domini comparat, quum sint res diuersæ. Est igitur fallacia Ab ignorantia Elenchi: sit enim transitio & migratio de genere in genus diuersum. In summa, signo tenus homines siue fide sacramenta sumunt, siue Baptismum, siue S. Cœnam.

Tertia ratio Bellarmini est, Baptismus repeti non potest, ergo characterem animis Baptizatorum insigit, & imprimit. Respondeo, Nego

consecutionem. Sunt aliæ causæ, cur Baptismus Christi repeti non possit: non autem hæc, quam iste fingit, quæ, vel ipsius testimonio, falsa reperietur. Nam si ideo repeti possunt alia Sacramenta, quia gratia Dei (quæ per ea datur) & amitti potest, & augeri: eadem de causâ erit quoque repetendus Baptismus, quamvis characterem imprimat. Est enim iste character, qualitas animi, qua homines baptizati apti redduntur ad cultum divinum in his terris, & Christo configurantur, supra cap. 19. col. 174. L. C. At aptitudo ista, & configuratio ista tum amitti potest, Galat. 4. vers. 19. 5. v. 7. 8: tum etiam augeri in nobis Philip. 1. v. 9. 3. v. 12. 13. 14. I. Pet. 5 v. 10. Ergo & Baptismus repeti quoque potest, quantumvis rectè administratus, ex hac Bellarmini de characteris sententia, & causâ.

Nec obstat, quòd characterem hunc negat esse effectum sacramenti Bellarminus. Suprà enim cap. 18. effectum esse fatetur, & scribit: item cap. 19. col. 175. in Sexta propositione: ergo sibi contrarius est. Deinde ineptum est, quòd characterem istum col. 181. L. A. scribit esse & Sacramentum, & Sacramenti effectum. Ergo est effectum, quemadmodum est gratia in aliis Sacramentis, quod tamen iste negat, tam citò se refutat homo vacors Bellarminus. Deinde si character esset & Sacramentum, & Sacramenti effectum, esset sui ipsius causâ: id quod est quovis *ad wãrũ ad wãrã* & *q̃*, & quavis ineptie ineptius.

Verùm rationes nostrorum iste vult, si potest, confutare, propter quas docent non esse repetendum Christi baptismum, ut suum de chara-

Et te mēdaciū stabiliat Bellarminus. Sed istud intempestivè agit. Nam ad sequentem librum, qui est de Baptismo, tota hæc pertinebat disputatio: nec erat nunc huic cupressio locus. Agere verò istius ad nostrorum argumenta responsiones audiamus.

Prima ratio nostra est, Sicut una est ecclesia, sic est vnus Baptismus Ephel. 4. v. 13. *Vnus Dominus* ait Paulus, *vna fides, vnum baptisma*. Itaque sicut ingressus in ecclesiam, quispiam, non potest non esse ingressus (Nam factum in se factum redi non potest) sic semel natus spiritualiter Christo per baptismum, non potest non esse Christo, signi saltē externi ratione, natus, & Christi factus.

Respondet Bellarminus, Nihil tutò hoc modo colligi. Nam & ab hæreticis, Christi baptismo baptizati non sunt in ecclesia: & ab orthodoxis tincti, si discesserint à vera fide postea, desinunt esse in ecclesia.

Respondeo, Bellarminum ad vnam duntaxat argumenti nostri partem respondere, quæ est postrema, nempe de ingressu in ecclesiam per baptismum: ad priorem non respondet, Nempè ex Paulo, sicut est vnus Christus, sic est vnum baptisma. Huic nihil respondet, quia non potest. Dico verò rationes Bellarmini esse inanes & falsas. Nam & qui ab hæreticis est baptizatus Christi baptismo, in ecclesiam (quod ad signum externum) est ingressus: & qui in vera fide baptizatus ab ea descendit, manet tamen (ratione signi externi) & Christianus, & in ecclesia: sed sibi inutiliter, inquit vbiq; contra Donaristas Augustinus. Itaque quum utrque ad ecclesiam ille

venit, hic recedit, in nullo reperitur & reiteratur Christi baptismus, & iste ingressus in ecclesiam: sed ex signo illo externo, iam esse factus, & quidem verè, agnoscitur, & censetur.

Quod ait Bellarminus Nos non minùs intrare in ecclesiam per solam auditionè diuini verbi, quàm per baptismum, est falsissimum: & in eo se verissimè Turcum esse demonstrat, qui hodie & sub Euangelio non agnoscat solum Christi Baptismum esse nobis nostræ in ecclesiam cooperationis, & fœderis cum hominibus diuini signum, notam, & sacramentum à Christo institutum, vt primum in eo fœdere comprehendamur, & inscribamur.

Secunda ratio, quam ex nobis affert iste, non rectè ab eo exprimitur. Est autem hæc, In Christi mortem per baptismum inserimur Roman. 6. v. 3. 4. & implantamur: & cum Christo morimur: ergo non possumus, non esse in eo implantati, quod ad signum externum (Factum enim infectum reddi non potest) & non mortui in Christo. Semel enim mortuus non potest non esse mortuus, etsi resurgit postea sapius, Huic nostro argumento nihil respondet Bellarminus, quoniam est verissimum. Impius autem est ille homo, qui Sacrum Dominum baptismum comœdiæ fabulas representanti comparat, & similem facit hoc loco col. 182. L. A.

Secunda Kemnitij ratio (quam iste non plenè refert) est hæc, Ait Christus ipse Iohan. 13. v. 10. *Qui lotus est, non habet opus, vt iterum lauet.* At in Baptismo Christi loti sumus 1. Corinth. 6. v. 11: ergo non est lotio repetenda, ac proinde nec Ba-

ptismus iterandus. Nihil respondet Bellarminus. Nam quod ait Christum illic loqui de eo qui verè & spiritualiter lotus est, fallitur, quoniam in eorum numero, quos illic Christus fuisse lotos dicit, erat Iudas Iscariotes, qui verè lotus dici, aut censeri non potest ex eodem capite v.27. Nam in eum Satanas ingressus est. Ergo de iis loquitur Christus, qui externè solum sunt loti: id quod fit in omnibus baptizatis ratione Signi externè illis applicati. Ergo lotionem illam & Baptismo iterum non habent opus ex Christi dicto.

Tertia ratio Kemnitij est ex Hebr.6, v.4. Qui semel fuerunt illuminati, si prolabantur, iterum renouari, nõ possunt: ergo sensu analogico, Qui semel baptizati sunt, etiam si à fide deficient, non sunt tamen iterum baptizandi.

Nugatur Bellarminus. Ait enim illic agi de iis, qui verè fuerunt iustificati à Christo, quos excidere putat posse. Respondeo, Hoc falsum est. Nam, teste Paulo Roman.8. v.30, qui iustificati sunt, sunt electi, & prædestinati à Deo. Atqui, eodem Paulo teste Roman.11. v.29, qui sunt prædestinati, non possunt à Dei gratia excidere Roman.9. v.6. Ergo de iis non agitur in eo loco: sed iis, qui verè excidunt, ac proinde qui nunquam verè iustificati fuerunt.

Quarta Kemnitij ratio est ex Ephes. 4. v.5. *Vnus Dominus, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma.* Hanc rationem & consecutionem irridet Bellarminus. At illa est Pauli, non Kemnitij. Quod igitur ait iste, Vnum dici baptisma, quia vnico ritu celebratur, falsum est. Nam aliter & alio ritu
Gra-

Græci, aliter isti baptizant. Aut igitur eorum baptismata sunt diuersa, aut nihil valet ista Bellarmini ratio.

Quinta Kemnitij ratio est (quam iste primam solidam appellat) ex Dei pacto: quod semel obsignatum Christi sigillo, firmum est: itaque ratione istius sigilli (est autem ista obsignatio, & sigillum istud Baptismus) repeti non potest hoc pactum: ergo neque Baptismus repeti, neque sigillum debet vti neque Circumcisio repetebatur, et si à fide Iudæus quispiam defecisset, & postea ad verum Iudaismum rediisset, ne Dei pactum ex ipsa actione Ministri pendere censeatur, & Dei gratia signo externo, & operi operato impiè alligetur, quod isti tamen faciunt, qui tamen Baptismum non iterandum, interim sibi ipsis contradicentes, volunt.

Respondet Bellarminus huic argumêto quintupliciter, id est, quinque mendacia affert, tam est in iis fœcundus, & locuples.

Primum est, Negari Hebr. 6. v. 4. vllum, qui semel à Dei gratia exciderit, cum Deo postea reconciliari, & in gratiam redire posse tam facile, quàm per baptismum primum fuerat eam adeptus. Respondeo, Hæc solutio Bellarmini non docet errare Kemnitium qui ex eo loco colligit non esse repetendum Christi baptismum. Deinde imperitè Bellarminus locum illum Hebr. 6. interpretatur & hæreticè, sicut Nouatiani hæretici, de quauis apostasia. Pertinet enim ad eã dūtaxat, quæ vocatur peccatum in Spiritum sanctū. Ergo hoc est magnum Bellarmini mendacium.

Secundum est, ex Baptismate infanti applica-

to nullum Dei cum eo fœdus contrahitur: Ergo baptismus repeti potest in infante baptizato. Respondeo falsum istud est: Nam uti circumcidebantur olim infantes, sic nunc baptizantur, ut in Dei fœdere esse & contineri vetè intelligantur Genes. 17. v. 7. 1. Cor. 7. v. 14. Ergo non est in iis iterandus baptismus. Fœdus autè Dei secum contractum infantes illi postquam erunt adulti, vel retinēt, vel repudiant. Nam à parētibus cum aliquo pacto & sibi, & posteris suis fieri possunt.

Tertium est, Verbi prædicatio est perinde pactum Dei nobiscum & illius sigillum, atque baptismus: Ergo ut prædicatio verbi repetitur, sic & Baptismus. Respondeo, ut suprà, falsum esse Bellarmini in totum assumptum. Solus enim baptismus sub Evangelio est sigillum fœderis Dei nobiscum pasciscēdi. Quid autem peius vilius Anabaptista scriberet de Baptismo, quàm quod hoc loco Bellarminus Hefuita Sententiarius?

Quartum mendacium istius est, Eucharistia non minus habet Dei pactum, quàm Baptismus: illa repetitur: ergo & Baptismus. Respondi iam falli Bellarminum: Solus enim baptismus est ipsa Dei fœderis nobiscum initiatio, pactio: Eucharistia est illius iam initi & cōtracti confirmatio, quæ repeti potest: illa vero pactio prima non potest, quia factum infectum ne reddat quidem ipse Deus, sicut ait poëta Agatho.

Quintum mendacium Bellar. est, Falsum est, ait iste, Dei pactum abrumpi non posse, & à Deo esse seruandū, si quis infidelis Deo fuerit, Ezech. 18. Respondeo, factum infectum reddi non potest.

test. Ergo initum semel pactum non potest non esse initum: sed illius obleruatio saepe esse potest nulla, irrita, violata. At Baptisus est pacti initi signum: ergo repeti, vt primum fiat, non debet. Rom. 3. v. 3, quod iste malè explicat.

Sexta ratio Kemnitij est, Nusquam Deus Baptisum repeti iubet: Eucharistiam iubet, 1. Corinth. 11. v. 26. *Quotiescunque feceritis, mortem Domini annuntiabitis.* Respondet iste, Nec vetat Deus Baptisum repeti. Respondeo, Falsum hoc est. Vocat enim. Primum quia Baptisus à Deo substitutus est Circumcisioni, quæ neque ex Dei verbo repeti debet 1. Corinth. 7. v. 18. neque per rerum naturam potest. Deinde quia Deus se tentari prohibet Deuter. 6. v. 16. Matth. 4. v. 7. Tentatur autem si quod iam factum est, infectum reddi ab eo volumus. Tertio, verbum Dei, & pactum nunquam est vanum Il. 55. v. 11. Ergo semel, ratione signi externi, initum, non potest repeti, & esse vanum: sed vel seruat nos, vel damnat: ergo frustra repetitur illius pacti sigillum, velut non facti, nempe Baptisus Christi. Septima ratio est, Baptisus Christi in locum Circumcisionis successit, ergo sicut hæc non repetitur, 1. Corinth. 7. v. 18. sic neque Baptisus iterari debet. Respondet Bellarminus, Repetitum fuisse Iohannis Baptisum Actor. 19. Cur non igitur & Christi Baptisus repeti potest, si characterem non imprimat, vti neque Iohannis. Baptisus eum infligebat? Respondeo Bellarmino, Perperam locus ille Actor. 19. de repetitione Baptismi siue Iohannis, siue Christi, intelligitur, quemadmodum alibi suo loco docebitur, & docet August. lib. contra

Cresconium cap. 30. & lib. 1. contra Donatistas de Baptismo. Deinde respondet Bellarminus. Circuncisio characterem inducebat in carnem: ergo & Bellarminus inducit in Animam. Respondeo, est fallacia Ab ignoratione elenchi. Migrat enim de genere in genus planè dissimile. Nam à rebus naturalibus & corporeis transit ad res Metaphysicas, de quibus eadem colligit. Inceptè, Nā circuncisio, quæ est plaga naturalis naturalem sui cicatricem relinquit, sed nullum in Anima characterem: quæ quum idem effectū atque baptismus habuerit in Anima: ergo nec Baptismus characterem vllum in Anima imprimit Coloss. 2. v. 11. Denique blasphematur hic Bellarminus, qui deformitatem carnis, quæ fit per circuncisionem, comparat cum suo characterem, quæ ait esse nostram cum Christo configurationem. Erit igitur ille turpis in Anima nostra deformitas. Quod vel sentire est impium, nedum, vt hic facit, scribere.

Octaua nostrorum ratio est, sicut Vna est natiuitas naturalis, ita vna est spiritualis Iohā. 3. v. 4. Hæc autem est Baptismus Christi. Bellarminus agnoscit hanc causam esse verissimam, quia Concilium Florentinum & Tridentinum eam proferunt, & Thomas in 3. parte quæst. 66. Art. 9. eam habet. Respondeo. Thomas eam habet ex Augustini tractatu XI. in Iohan. *Quomodo vterus non potest, ait, repeti, sic nec Baptismus.* & lib. 2. contra Parmenian. cap. 13. lib. 1. de Baptismo contra Donatist. cap. 13. sed & Augustin. ex Dei verbo, quod iam citauimus Iohan. 13. v. 10. & 3. v. 5. Nec ideo probanda est hæc ratio, quia Florentino vel Tridentino

dentino Concilio placuit. Multi enim errores a-
 lii, velut de Purgatorio igne post mortem, de
 Primatu Papæ Roman. in Ecclesia, de Transsub-
 stantiatione, conciliis istis nefandis placuerunt,
 quos omnes pij merito detestantur, & Dei verbū
 scriptum. Verū, & sua ista concilia in hac ratio-
 ne probanda refutat ipsemet, & vt nobis, si po-
 test, eam veritatem eripiat, eripit & suis.

Verū istis Bellarmini cauillis, non rationi-
 bus antea responsum est à nobis, Prima, Eadem
 est, inquit, ratio concionum, & Baptismi: ergo vt
 illæ, sic hic repeti potest, Respondemus, diuersam
 esse vtriusque rationem. Baptismus enim est in-
 eundi sigillum fœderis, Concio non item. Secū-
 da & tertia, Generatio naturalis spiritaliter re-
 peti potest, velut in resurrectione Matth. 19. &
 nihil habet commune cum generatione nostra
 spiritali, quæ fit in Baptismo. Respondeo, fal-
 sum vtrunque. Nam falsum est in Resurrectione
 repeti generationē naturalem. Hoc enim quod
 cecidit resurget, inquit Paulus, & excitabitur ite-
 rum 1. Corinth. 15. v. 53. non autem renascetur Ge-
 neratio quoque verè spiritalis rectè cum natu-
 rali confertur in hoc argumento (quod tamen
 iste negat) ex Patrum omnium sententia. Quarta
 istius ratio nihil valet. Quinta est inepta. Nec e-
 nim idcirco non repetitur Baptismus, quia sem-
 per & omnes regenerentur, vel characterem ali-
 quem in anima accipiant, qui baptizantur: sed
 quia factum, id est, applicatio Signi, infectum es-
 se non potest, siue illa salutariter sumēti facta sit,
 siue non: Gratia enim, & res Baptismi Christi da-
 tur à Deo solo. Signum autem Baptismi, (quod

non, vt hîc facit, est cum re Baptismi confundendum) à Ministro & Pastore Ecclesiastico.



CONTROVERSIA QUINTA.

De nostrorum Sacramentorum Numero.

Ad Cap. xxiiii.

Bellarminus hoc toto capite mirè suis in nos calūniis oblectare voluit, sed absque vllō fundamento. Fingit enim esse nouē diuersas de Numero Sacramentorum nostras sententias. Quæ mera est in nostros calūniatio. Quare quod alij ex nostris duo tantum Sacramenta ponunt, alij plura, id ex eo fit, ac contingit, quòd sæpe latius, sæpe strictius sumpserunt, sicut & Patres, nomen Sacramenti Euangelici. Quum enim illud propriè & strictè sumunt, duo duntaxat Sacramenta Euangelica agnoscunt, nempe Baptismum, & Sacram. Domini Cœnam. Sic Augustinus de Doctrina Christiana lib. 3. cap. 9. Cyrillus in Cateches. Mystagogicis, Irenæus lib. 4. cap. 34. Tertullian. in Apologetico cap. 39. Iustinus in Apologia 2. ad Antonin. Qui nomē Sacramenti, vt quid illud sit Papias docerent, & quæ sit notio istius vocis ostenderent, sumunt latius, hi plura Sacramenta constituunt. Hæc iste non distinguit, vel ex animi in nos odio & malitia, vel ex ignorantia.

Quod autem scribit iste Iohannem Caluini agnoscere Ordinationem pro Sacramento Euangelico.

pelico, est merum & Putidum Bellarmini Monachi mendacium. Primum in locis citatis ab isto, in *Empy cap. 14. §. 20. lib. 4. Institutionis*, & in *Antidoto Sess. 7. cap. 15.* non de Papistica Ordinatione, sed de manuum impositione agit Calvinius, quia fuit ritus ex Veteri Testamento translatus. Deinde vocem Sacramenti, ut ipse fatetur, latissime, non proprie sumit. Denique ipse postea definit duo solum esse Sacramenta Euangelica.

Quod ad concilia, quae in nos omnes, nostrasque Ecclesias Bellarminus congerit, more suo, id est, Monachali & impudenti agit, qui quos ratione vincere non potest calumniis & convitiis onerat.

Ad Cap. xxiv.

Septenarium Sacramentorum suorum numerum probaturus Bellarminus, tria praefatur, quibus suam, suorumque sententiam prorsus euerit, seque praenarratorem suae causae constituit. Nam ea ipsa destruit, quae voluit ipse, & vult edificare. *Galat. 2. v. 18.*

Primum praefatum est, Neque ex factis Scripturis, neque ex Patribus petendum esse Septenarium istum Sacramentorum Pontificiorum numerum. Vnde igitur illum probas, & petis, Bellarminus? Videlicet ex tuis inanibus coniecturis, quae quam Sacra scriptura per te, non nititur, tam facile a nobis reiciuntur ex praeepto Hieronymi, quam abs te sine scriptura asseruntur. At nos de duobus nostris, id est, Christi sacramentis habemus & Dei verbum apertum. *Matth. 26. v. 26. & 28. v. 19.* & Patres, quos iam citavi, imprimis Augustinum. Excipit Bellarminus, Numerum Mi-

raculorum Christi non adijci in Dei Verbo. Respondeo, quia sunt infinita Iohann. 20. vers. 30. non erat hoc necessarium scitu. Sed numerus articulorum fidei Christianæ præcipuus est comprehensus in Dei verbo, quia scitu erat necessarius Luc. 24. v. 47. 1. Timoth. 3. v. 16. Hebr. 6. v. 1. 2.

Secundum, præfatum est, Non esse exigendum, ut singulis istis septem Sacramentis nomen Sacramenti vel à Scriptura sacra, vel à Patribus tribuatur. Vnde igitur hoc nomen habebitur. Scilicet ex commentitiis hominum tuorum infanorū somniis. Respondeo verò si vel ipsum nomen Sacramenti denegatur istis septem singulis multò minus res & definitio conceditur. Cui enim minus denegatur, & maius: & cui definitum non convenit, nec definitio, ex naturæ regula.

Tertium præfatum est, Satis esse si probet Bellarminus Definitionem Sacramenti competere his singulis septem ritibus, & non pluribus. Respondeo, Pollicetur & δὲ τῶν Bellarminus. Primum quia, sicut ipsemet hic fatetur, & supra lib. 1. cap. 11. & 12. ostendit, non conveniunt inter se Scholastici in definitione vera, & propria Sacramenti. Ergo nulla est istorum Sacramenti definitio, quæ his ritibus applicari possit. Deinde supra præfatus est, Non posse probare & ostendi ex Dei verbo hos septem ritus esse sacramenta. Ergo frustra in eo laborat iste Theologus nobis pro fidei Articulo proponendo, quod ipse fatetur ex Dei verbo scripto non posse probari. Denique quam hic proponit Sacramenti definitionem, illa non est vera & propria. Huic enim pars ista deest, *Ad ritus Ecclesiæ Christianæ usum ordinatum*

ordinarium & perpetuum institutus ritus. (Nam & hoc ipsum in vero Sacramento requirit ipsemet Bellarmin. col. 192. L. C.) Quæ pars necessaria est ad notionem veri Sacramenti Evangelici. Itaque prætermittitur ab isto totam ipsius definitionem inanem & irritam efficit. Ergo solùm est nugaturus toto hoc reliquo capite longissimo, nihil veri traditurus Bellarminus.

De Baptismo, & Sacra Domini Cæna (quam vocat Paulus 1. Corinth. 11, iste nusquam ita, sed tantùm ex suorum more, Eucharistiam, nempe & locutiones, & doctrinam à Dei spiritu traditâ abhorrens iste miser homo) de Baptismo, in quâ, & Sacra Domini Cæna consentimas cum illis, illa duo esse & vera Christi Sacramenta, & addimus, *Sola.*

Confirmatio nõ potest esse Sacramentum, quia nec lignum, nec rem signi, nec actionem, ut hic aperte fatetur, & ritum à Christo institutum habet. Nam capit Actor. 8. & 19. respondebimus, uti & autoritatibus, quas nunc citat, quum de Confirmatione postea agemus. Nihil enim hic tradit iste, & in toto hoc capite, quod non postea prolixè & verbosè repetat. Crambe repetita mors est. Verùm homo obscurus & ambitiosus Bellarminus in isto mustaculo, id est, renihili magnâ laureolam & coronam sibi paratam existimat. Sed & ineptè accommodat ad suam blasphemiam confirmationem tuendam ea, quæ in Baptismo Christi sacrosancto facta suo tempore & supra scripta scribunt Patres velut Tertullian. lib. de Resurrectione carnis, de Baptismo, de Præscript. Hæreticorum, Cyprianus lib. 1. epist. 12.

Pœnitentia Sacramētum non est. Nam neque signum à Christo institutum, neque rem huic signo (quod non est) adiunctam habet. Quo ipso argumento utitur Bellarm. col. 191. L. C. ut probet nec aquam benedictam, nec, signum crucis, nec Panem benedictum esse Sacramentum. Sancitur quidem Euangelici Ministerij dignitas Iohann. 20. vers. 23. pollum autem illic Sacramentum ordinatur. Deinde quum de Pœnitentia ageret iste, eaque sit duplex Publica, & Priuata, de qua intelligeret, explicare iste debuit: quod non fecit. Auctoritates citatæ Patrum comparant, ut in aliquo inter se similia, Baptismum, & Pœnitentiam: non id Sacramentum utrūque vocant, nisi sumpto latè Sacramenti vocabulo, & nomine, Augustini in Pl. 126.

Extrema Vnctio fuit donum Dei & miraculosum, & extraordinarium, Marc. 6. v. 13. 16. v. 18. Iac. 5. vers. 14. Ergo non fuit sacramentum. Nam teste August. lib. 3. ca. 10. de Trinitate Sacramenta non sunt miracula. Itaque Innocentius 1. & Bernardus impropiè eam Sacramentum appellant, & latè sumpto nomine.

Ordo Ecclesiasticus neque Signum à Christo institutum habet: neque rem signatam: neque toti Ecclesiæ datus est hic ritus. Ergo non est Sacramentum.

Matrimonium itidem non est Sacramentum. Malè enim locus Pauli Ephes. 5. v. 32. de coniugio viri cum uxore, teste ipso Paulo, intelligitur. Est enim coniugium officium naturæ, non testimonium salutariæ gratiæ. Nam etiam inter infideles coniugium verum est, inter quos tamen nullum est

est Christi Sacramentum. Itaque nec signum, nec rem signatam habet. De hoc ipso postea fulius, & de aliis superioribus, quæ vocant isti, Sacramentis.

Quod multa scribit iste à Patribus esse dicta Sacramenta latè sumpto nomine, didicit ex parte 2. examinis Kemnitij. Nec tamen illi gratias tanti beneficij accepti nomine agit iste plagarius. Sed sunt isti Suitæ sic omnibus ingrati. Hoc tamen ipsam nostram sententiam iuuat hoc nomen latè sumi.

Lotionem pedum negat iste quoque esse sacramentum, verum est ex nostra sententia: falsum autem ex ipsius regulis. Primum, quoniam habet Aquam, & ritum ab ipso Christo institutum & usurpatum Iohan. 13. v. 10, & 15: habet promissionem illi ritui & signo additam, Nempè peccatorum purgationem. Habet usum Ecclesiæ testem, Dionysius De Eccles. Hierarch. cap. 3. parte 3. Habet testimonium Patrum, Ambrosium lib. 3. c. 1. De Sacramentis, Cypria. in lib. de Ablutione Pedum, Bernardum in serm. de Baptismo. Atqui sacramentum tamen non est ista lotio, quia non in usum perpetuum ecclesiæ, & pro quibusuis instituta est à Christo.

Ad Cap. xxv.

Quod præcipuum est Dogmatum Christianorum confirmatorum fundamentum, Nempè Verbum Dei scriptum Bellarminus prætermisit in tota hac de Numero Sacramentorum Euangelicorum disputatione: quoniam eo fundamento, quemadmodum ipse superiori capite falsus est, caret, & destituitur.

R. iij.

Sed neque vetustos Patres, neque vetera quoque Concilia pro se citat vlla, quia non potest: sed ea duntaxat, quæ & blasphema fuere, velut concilia Florentinum & Tridentinum, & refutata iam pridem. Nam quum hoc postremum Tridentinum, refellitur, & illud prius Florentinum, cuius doctrina in hoc posteriore, nouo, & (quod satis est ad refutationem) Tridentino concilio prorsus renouata est, ut qui vnum norit, vtrunq; cognouerit, tam sunt in erroribus illa gemella, & ab eodem Satane spiritu profecta. Verum quas affert auctoritates, perpendamus. Vna verò eaque generalis hæc erit ad omnes auctoritates istas nostra responsio. Nempe ex Hieronymo, Quod à Theologo sine Dei verbo, asseritur, tam facile à nobis piis & iure negatur, quam facile affirmatur. Vna enim est hæc S. Scriptura nostra, id est, Christianæ fidei confirmandæ ratio, quam nos docuit ipse Christus Iohan. 5. v. 39: secuta est Ecclesia verus, Act. 17. v. 11. probat contra Donatistas Augustinus, De *Vnitate Ecclesie* cap. 1. & ibi confirmat & repetit can. *Non afferamus* 24. quæst. 1.

Prima auctoritas est ex lib. 4. distinct. 2. cap. 1. P. Lombardi, qui septem Sacramenta tantum ponit. Respondeo, Non quid Lombardus dicat, sed quàm verè dicat, est à nobis & spectandum, & sequendum. Deinde nõ addit Magister esse præcisè septem, vel plura: sed ea tantum illic enumerat, de quibus postea acturus erat: numerum autem certum sacramentorum non definit. Denique ab Hugone de Sancto Victore hoc acceperat Lombardus, & transcripserat: non ex Dei verbo didicerat.

Excipit Bellarminus, Alij Theologi eam sententiam secuti sunt. Respondeo, Cæci & Sententiarij Theologi hunc Hugonis errorem secuti sunt: nō autem veri, perspicaces, Christiani. Bernardus enim qui eodem tempore vixit, quo Hugo ille, & ante Lombardum, tria tantum Sacramenta ponit baptismum, S. Cœnam, & Pedum lotionem. Cur igitur Lombardus Patrum terminos mouit contra præceptum Solomonis, Proverb. cap. 22. v. 28?

Excipit iste, ergo à quadringentis annis Ecclesia Romana errauit. Respondeo, Errauerit. Cur enim tam temeraria, vt à Dei verbo discederet, fuit? Excipio vicissim & ego, Ergo Ecclesia primitiua errauit, & vera, quæ vsque ad annum 1100. fuit. Hæc enim septem Sacramenta, teste Bellarmino sup. cap. 24. non agnouit.

Secunda Bellarmini autoritas est ex concilio Florentino, in instructione Armeniis data. Tertia ex concilio Tridentino. Verum dictatoria potestate, non æqua via sic illa concilia statuunt. Nullo enim Dei verbo scripto prolato illa sua commenta inepta simplicibus, & non attentis ad Dei verbum hominibus obtrudunt. Nihil autem sine Dei verbo recipi pro fidei dogmate à Christianis debet. 2. Tim. 3. v. 16.

Ad Cap. xxvi.

Pollicetur Bellarminus se suum septem Sacramentorum numerum probaturum ex congruentiis, ex ineptiis dicere voluit. Nihil enim est istis rationibus ineptius, quemadmodum ipsa ostendet. Porro quidquid hic agit Bel-

R. iij.

larum. & tradit, est ab eo ex Thomæ 3. par. quaest. 65. Durandi quaest. 2. lib. 4. dist. 2. can. *Nulla*, consecrat. distin. 4, & Canonistarum inereditiſſimis scriptis ad verbum transcriptum pueriliter. Crâbe repetita mors cit. Hominem tamē istum ineptientem audiamus, & bonas horas in istis natiuitatibus & quinquiliis colligendis consumamus, ac patienter perdamus.

Prima ineptia est hæc, Ad vitæ huius corporæ rationem septem requiruntur, Nempe Generatio, augmentatio, nutritio, remedium contra morbos, remedium contra reliquias morbi, propagatio generis humani, illius regimen per Magistratum: ergo sunt septem sacramenta Evangelica. Respond. Est fallacia A non consequente. Nam plura requiruntur ad huius vitæ rationē ac societatem, tum priuatim tum publicè tuendam. Neque etiam respondent sacramenta hæc septem in vita spiritali illis septem actionibus necessariis in vita corporali. Plura autem requiruntur. Nam & prima nutritio requiritur antequam res aliqua generata crescat (quæ hic prætermittitur) Contingitur enim statim augmentatio generationi. Deinde requiritur stata ætas in qua nō modò res aliqua nutritur, sed totam perfectionem diu suam conseruat, & retinet. Hæc quoque pars hîc prætermittitur. Præterea requiritur regimen domesticum singulorum, vti publicum per Magistratum cuius hîc nulla sit mentio, sed omnino domesticum prætermittitur. Ergo est manca, & defectuosa ista enumeratio: ac proinde pluribus sacramentis, quàm septem, esset opus ad vitam spiritualem tuendam, si ex ista
compa-

comparatione fundamentum huius numeri Sacramentorum septenarij quaeritur.

Præterea non respondent hæc Sacramenta i-
stis actionibus vitæ corporeæ. Nam nec Vnctio
extrema est remedium contra reliquias peccati.
Nemo enim post extremam vnctionem am-
plius peccaret, quod est falsum. Nec Confirma-
tio, est augmentatio virtutum: Nec Pœnitentia,
deletio morbi: & quum sic appellantur, est solùm
rhetoricatio, & similitudo quædam crassa, rudis,
& inepta.

Denique frustra fit per plura, quod fieri po-
test per pauciora. At per solam Eucharistiam
(per quàm veræ Christi carni, illiusque spiritui
fide communicamus Matt. 26. v. 26. Iohan. 6. v. 63.
1. Cor. II. v. 24.) hæc omnia consequimur, quæ isti
tribuunt aliis quoque sacramentis, velut incre-
mentum, & remedium vtrunque. Ergo inaniter
sacramenta istarum actionum distincta & sepa-
rata ab Eucharistia ponuntur. Vnde Thomas in
3. part. quæst. 65. artic. 3. scribit quinque alia sacra-
menta non per se, sed per accidens pertinere ad
vitam Christianam. Addo nulla sacramenta in
Ecclesia institui ex allegoriis, comparisonibus,
congruentiis, & coniecturis posse: sed omnia &
singula diserte à Deo in ipsius verbo præcepta &
ordinata esse oportet, consentiente Bellarmino
suprà ca. 24. col. 191. L. C., & sibi iâ contradicente.

Secunda ineptia istius est ineptissima, sicut &
tertia, cuius vtriusque eum puduit tandem. Ita-
que breuiter, & vno duntaxat verbulo, homo a-
lioqui verbosissimus eas attingit, & proponit.
Vtraque autem est fallacia tū A Petitione Prin-

cipij, tum A non conſequentē. Secunda igitur iſtius congruentia eſt. Sunt ſeptem peccata: ergo ſunt ſeptem Sacramēta. Reſpondeo, Aut de generibus peccati loquitur, aut de ſpeciebus. Si de generibus, illa ſunt ſolū duo, Nimirum vel in Deū & primam tabulam: Vel in Proximum & ſecundam tabulam. Ergo duo tantum erunt ſacramenta Matth. 22. v. 38. Sin autem de ſpeciebus peccatorum, illæ ſunt infinitæ: ergo ſunt non ſeptem, ſed infinita ſacramenta. Eſt vero hoc ineptum Gregorij Magni commentum, ſolū eſſe ſeptem peccata mortalia, quum Dominus in lege ſua Morali ſaltem decem diuerſa diſtinxerit, & commemorarit.

Tertia ineptia eſt, Sunt ſeptem præcipue Virtutes: ergo ſunt ſeptem ſacramenta. Nam cuique virtuti reſpondet vnum Sacramentum, ait iſte. Reſpondeo Bellarmino, eſt fallacia A Petitione Principij. Nam Paulus Galat. 5. v. 22. enumerat nouem, Philipp. 4. v. 8. octo, Coloff. 3. v. 12. quatuor: ergo eſt incertus, vti Virtutum, ſic Sacramentorum numerus. Deinde Virtutes Theologicæ & Methaphyſicas qualis eſt, fides, Spes, charitas cum Moralibus & Humanis hic confundit Bellarminus, qualis eſt Prudentia, Iuſtitia, fortitudo, Temperantia. Hoc autem eſt omnia cōfundere, cœlum terræ miſcere, & in Boue, & Aſino arare, quod vetat Dei Lex Deuter. 22. v. 10. Denique ſi ſecunda & tertia ratio valent, etiam in Veteri Testamento ſeptem ſacramenta ſolū eſſe debuerunt. Nec enim creuit numerus Vitiorum, & Virtutum.

Quarta iſtius inepties & incongruentia eſt,
Septē-

Septenarius numerus in Dei verbo commendatur Exod. 29. v. 30. 35. 37. Leuit. 8. v. 11. 33. Deuter. 7. v. 1. 16. v. 3. 4. Matth. 15. v. 37. 18. v. 21. 22. Ergo sunt septem sacramenta. Respondeo, Non ex Arithmeti-
corum, aut Pythagoreorum numerorum vnum spectantium opinione sacramenta sunt à Christo instituta: sed ex humane infirmitatis isto subleuaméto, quod duplex visum est satis esse Christo. Præterea vti septem sunt multa, quæ Deo offeruntur: sic sunt septem cornua Meretricis nefandæ, quæ ista septem Sacramenta Pontificia, verius figurât. Sed si numeri celebritas est spectanda erunt solùm tria sacramenta quia sunt tres solùm personæ diuinæ.

Denique Canonistæ aliunde istius septenarij sacramentorum numeri fundamentum sumunt, & quidem longè probabilius, quàm Sententiarij. Aiunt enim, Alia sunt sacramenta ingredientium in ecclesiam velut Baptismus: alia Pugnantium, Confirmatio: Progredientium, Eucharistia: Redeuntium, Pœnitentia: Exeuntium, extrema Vnctio: Atque hoc modo tum Ordo, tum Matrimonium ex Sacramentorum albo, & quidem meritò, expunguntur.

Quòd verò ait Kemnitius, verè colligitur (si quidem ex Vitiis & Virtutibus septenis septem sacramenta colliguntur) etiam in Veteri Testamento ea fuisse tantùm septem. Nam tunc neque plura, neque pauciora erant peccata, vel virtutes: & Lex Dei plenam perfectionem requirebat, vt ait Dauid psal. 19, & psal. 143, sicut & Euangelium moribus & vita, etiam interprete Christo Matth. 5. Præterea numerus ternarius,

qui maiorem perfectiōnem habet, utpote continens tres personas diuinas est præferendus numero septenario, qui rebus solū humanis applicatur.

Ad Cap. xxvii.

Nostrorum argumenta quoque soluere, & diluere conatur iste, si potest: sed non potest.

Primum est, S. Scriptura, siue cuius assertione nihil à Christiano Theologo affirmandum est, nusquam docet esse septem sacramenta: ergo temere illud absque scriptura asseritur.

Respondet bellarminus, Nullum certum Sacramentorum Evangelicorum numerum tradit S. Scriptura. Respondeo, Hoc falsum est: Docet enim id vel vnus Mathæus cap. 26. v. 26. & 28. v. 19. Sed & Lucas Actor. 2. v. 38. & 41. vbi baptismi meminit, & cap. 20. v. 7. S. Domini Cœnæ. Quin & Paulus 1. Corinth. 1. v. 14. vbi Baptismum commemorat, & cap. 11. vbi Sacramentum Cœnæ: & cap. 12. v. 13. vbi in eodem versiculo vtrumque illud sacramentum complexus est. Vnde contra Bellarminum apparet S. Scripturam enumerare duo duntaxat sacramenta: non autem plura.

Secundum argumentum nostrum est, exiuerunt ex latere Christi duo solū signa diuersorum sacramentorum. ergo sunt solū duo sacramenta. Sic Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus arguunt, August. lib. 2. de Symbolo cap. 6. Tract. 9. in Iohan. Ipsemet Iohannes 1. Iohan. 5. v. 8. sic anagogicè interpretatur illa duo signa.

Respondet Bellarminus, Quam illa duo sacramenta ponuntur, reliqua quinque non negantur,

gantur, aut excluduntur. Deinde non est sequenda, ait, ista Græcorum de eo loco expositio, & interpretatio. Respondeo, Primum sibi contradicit iste manifestè, qui utramque interpretationem probet, quæ tamen sunt inter se contrariæ. Deinde repugnat & Patribus tum Græcis, tum Latinis, quorum interpretationem repudiat: & ipsi Christi Apostolo Iohanni, qui sic illa duo signa anagogicè explicat, 1. Iohan. 5. v. 8. Si quem Locum iste quidem citat, sed non intelligit. Itaque se bipedum omnium ineptissimum esse ostendit.

Tertium nostrum argumentum est Kemnitij Lepida in istos homines numeri huius septenarij admiratores facetia: quemadmodum sæpe Prophetæ istos idololatrias irriserunt 1. Reg. 18. v. 27. & II. 14 v. 21: & iubet Paulus Coloss. 4. v. 6, ut sermo noster sit sale conditus. Ergo Lepos iste stolidam istorum mentem detegit, blasphemiam autem non habet ullam, ut Bellarminus conuitiatur. Sed non intelligit iste tenebrius, Quid differunt æra lupatis.

Quartum nostrum argumentum est ex Patribus, qui hunc binarium duntaxat Sacramento- rum numerum retinent & probant, velut Augustin. lib. 3. cap. 9. de Doctrina Christiana, & epist. 118, Tertulliano lib. 1. & 4. in Marcionem, Irenæo lib. 4. cap. 34, Cyrillo in Mystagogic. Catechesibus, Ignatio, epist. 7. Ambrosio totis libris v. de Sacramentis, & lib. De iis, qui initiantur Sacramentis, Iustino in 2. Apologia.

Respondet Bellarminus, Patres vocem hanc, *Duo sacramenta*, non expressè habere: ac pro-

preterea septem illa non excludere, Respondeo
 bellarmino, Ineptum eum esse, qui verba re-
 quirat, quum res ipsa testetur. Cur enim voces
 has adderent Patres, *Esse duo tantum sacramenta,*
non plura, quum de nostris Sacramentis agentes
 præcisè duo solùm enumerent non plura? Hoc
 ipsum nonne perinde est, atque verba illa quæ
 præcisè iste λογος αἰδ αλοος requirit in eorum scri-
 ptis? Nam per æquipollens id ipsum dicunt,
 quod iste postulat. Atque hæc nostra responsio
 ad omnes illas bellarmini solutiones, valet, ac
 satis est, quas ad Patrum, superiorum dicta af-
 fert à nobis citata.

Quintum nostrum argumentum est, Patres,
 qui vel strictè, vel latè nomen Sacramenti sumunt,
 sese ad numerum septenarium non restringunt;
 sed vel plura, vel pauciora constituunt, & recen-
 sent Pauciora, velut Gregorius tria tantum can-
Multi secularium. I. quæst. I. Rabanus de Institut.
 Clericorum, Paschasius de Cæna Domini, Dio-
 nysius in libro de Ecclesiastica Hierarch. Plura,
 velut alij Patres, quos eruditè & copiosè M. Kem-
 nitius recenset in 2. Parte Examinis pag. 3 4 5. &
 deinceps: Ergo perperam septenarius Sacramen-
 torum numerus à Pontificiis determinatè, & præ-
 cisè docetur, & asseritur.

Respondet bellarminus, Primum Augustinū
 in Epist. 119. & in Psal. 103. alia Sacramenta enu-
 merare, præter illa duo, & lib. 2. contra Epistol.
 Parmen. cap. 13. Respondeo, Augustinus sæpe la-
 tè, sæpe strictè & propriè Sacramenti nomen ac-
 cipit. Quum latè sumit, pene infinita Sacramenta
 agnoscit, Nimirum & doctrinam fidei, & Incar-
 natio-

nationem Christi, & vocationem Gentium, & quicquid terrenum rem spiritalem & celestem nobis repræsentat. Quum autem propriè nomē Sacramenti sumit, duo solùm esse scribit, & agnoscit. Sed ista non animaduertit homo iste in Augustini scriptis, tam est præceptus, & in nos malignus, vel hebes.

Iustinū fateretur Bellarminus non plura agnoscere vsquam Sacramenta, quàm duo duntaxat, quicquid circumscribere Iustini sententiam conetur Bellarminus, & obuagulari.

Irenæus lib. 1. cap. 18. 4. cap. 32. 33. vbi etiã Eucharistiã *Sacramentum* disertè vocat, duo solùm Sacramenta agnoscit, Nempe Baptismum Christi, & Sacram ipsius Cœnã. Alia verò nulla. Neque hoc ipsum quoque audet negare, quantumuis effrons, Bellarminus.

Tertull. anns, etsi cæremonias Baptismo tunc adiunctas commemorat, tamen eas à sacramentis distinguit. Priùs autè de ijs, quàm de Eucharistiã, mentionem facit, quia Baptismo annectebantur, non autem per se, & seorsum, vti in Patro, conferebantur. Itaque quemadmodum priùs de Baptismo, quàm de S. Cœna Tertullian. agit, ita priùs quoque meminit & recenset cæremonias illi coniunctas, quàm Eucharistiã. Quæ ratio ordinis Bellarminum pueriliter hoc loco fefellit. Itaque Tertullianus li. 1. & 4. in Marcion. & lib. de *Corona Militis* duo tantùm Evangelica sacramenta agnoscit, etsi alias iam tum in Ecclesia cæremonias admittas fuisse scribit.

Ambrosius, Cyrillus Hierosolymitanus, Dionysius Arcopagita ductus ab istis, agnoscunt iti-

dem duo solùm vera Christi sacramenta: plures tamen ceremonias tunc in Ecclesia receptas fatentur.

Ignatij loco ex Epistola eius septima ad Smyrnonenses, vbi duo solùm Sacramenta commemorantur, nihil respondet Bellarminus.

Gregorius Magnus & in can. *Multi seculari* i. quæst. i. & apud Isidorum lib. 6. Etymologiar. cap. 19. non septem, sed tria duntaxat agnoscit sacramenta, nempe baptismum, Eucharistiã, Christma.

Reliquis testimoniis nihil solidi respondet Bellarminus. Nam Paschasium in libro *de Coena Domini*, & Cyprianum in Serm. de *Operibus Cardinalibus* fatetur Bellarminus non admisisse septem Sacramenta.

Sextum nostrum argumentum est, Sola duo hæc, Nempe Baptismus, & Eucharistia, veram sacramenti Evangelici definitionem administrant: ergo sola illa sunt Evangelica sacramenta. Respondet Bellarminus se satis ante eam nostram definitionem refutasse. Respondeo Bellarmino Nos luculenter & verè omnes ipsius rationes evertisse confutasse, & quid nostris solutionibus respondeat, expectare. Si quid enim aduersus eas vel mutauerit, nos illi fortius os obstruemus, & ex Dei verbo scripto *occludemus*.

Ad Cap. xxviii.

Abyssus abyssum, vt est in psal. 42, ciet, & mouet. Nam isti impij semper in peius, vt ait Paulus 2. Timoth. 2. v. 16, proficiunt. Ergo postquam Bellarmino impiè Opus Dei proprium, quod est gratiam salutarem nobis conferre

ferre, in opus operatum, & signum Sacramenti Evangelici transtulit: postquam imaginariam quandam nostri configurationem cum Christo per crassam characteris cuiusdam impressionem finxit: postquam numerum sacramentorum à Christo institutorum sustulit, & eorumque dignitatem, quantum potest, exstinguit omnino, vel supprimit. Præclaro quidem prætextu id facit, sed blasphemè. Dum enim unum eius sacramentum alteri præfert, alterum de gradu deiecit, & abolet, quasi nullius, vel parvi momenti sit. Deinde ut sua Transubstantiationis monstrum horrendum fundet & inducat, hanc comparationem Sacramentorum Evangelicorum instituit. Denique in eum finem id agit, ut à suis, id est, ab Homnibus instituta Sacramenta pretiosissimis Christi sacramentis præferat, quod est nefarium. Et tamen id in tota ista comparatione pronuntiat & colligit Bellarminus, ut apparet col. 202. L. B. & C.

Ergo ratione Dei auctoris, & Christi, qui est Res signata, dicimus nostra Sacramenta esse inter se æque digna, & participatione verò signorum, & oblationis, S. Domini Cœnam, quæ duobus signis cõstit, esse pleniorè. Nam visibilius & plenius nobis Dei de Christo promissiones obviat. Calanus in Catechismo lect. 52. Porro falsum est quod ait iste à nobis corpus Christi in S. Cœna tropicè tantum poni. Cætera iam huius capitis videamus.

Ut nos calumniandi ansam vel tenuissimam capter Bellarminus, tria ineptissima præfatur. Nos ignorare mentem Conciliabuli Trident.


quum eos damnat, qui ista septem Pontificia Sacramenta paria statuunt. Quis verò sess. 7. cā. 5. mentem ignorare potest? Et si enim fuerunt bruti Patres, qui illud scripserunt, tamen à nostris didicerunt in eo canone clarè satis loqui. Secundum istius præfatum est, Nos falsò sentire Sententiariorum & propter suum lucrum alia Sacramenta aliis præferre: & ex iis alia aliis contraria statuere, velut Matrimonium Ordini & Sacerdotio. Atqui res ipsa clamat nos verum dicere. Nā & ordinem propter pingues præbendas, & suam Eucharistiam propter quatuordecim suas Missas aliis suis Sacramentis præferunt. Sacerdotes etiam inos coniuges verè esse posse, negat hic quoque Bellarminus, & infra col. 203 L. A. vbi ait In vno homine Ordinem & Matrimonium coniungi non posse. Ergo & hic quòve vult eos, si coniuges, fuerint à coniugibus tamen suis debere abstinere. Verum falsum est, Hodie posse coniugem & Maritum, (qui verè sit, & uxorem vitam habeat) vllum sacerdotem fieri posse, licet ab ea abstinere velit, & se id facturum polliceatur. Olim sacerdotes fieri potuerunt & coniugati L. Timoth. 3: & postea errore de præcipienda Clericis continentia recepto, fieri potuerunt sacerdotes, si abstinent, & continentiam vouissent cap. Vt Clericorum, extr. de Vita Clericorum. Verum hodie non possunt ex recentioribus decretis Papatum: atque ita falsum scribit Bellarminus.

Tertium præfatum istius est, Singula Sacramenta, alia aliis, & vnūquòque præ cæteris præferre

stare propter sua peculiaria effecta. Quo præfarto quid ineptius & absurdius? Quid enim hoc aliud tibi vult, quam singula Sacramenta habere sua & peculiaria quædam ac propria effecta? Quis hoc negat, nisi indoctus Saira Monachus? Quomodo enim essent distincta Sacramenta, & plura, nisi & propria quædam effecta haberent, & peculiari modo singula nobis Christum, & Christi beneficia repræsentarent? Itaque hoc dicere est planè negari, & ludere. Cæterùm istam vniuscuiusque Sacramenti cum reliquis comparationem dispungemus, & expungemus in peculiari cuiusque tractatu. Sunt autem ista descripta ex Thoma omnia ex 3. parte, quæst. 65. art. 3, ut nihil industriam, aut laboriosum hic in Bellarmino mirari possimus. Quanquam & in hac ipsa quoque comparatione dissentit à suo præceptore Thoma Bellarminus. Nam ille vnam Eucharistiam cæteris Sex Sacramentis simpliciter præfert: hic autem etiam alia Sacramenta præponit Eucharistiæ col. 202. L. B, & C. Verum quum suorum flagella metueret, qui Thomam istum in Tridentina coitione deificauerunt, eadem col. 202. L. D. sub finem renocat Bellarminus suam sententiam, idque statim, & suo Thomæ pedibus accedit discipulus, tam fuit leuis & inconstantis iste?

Quod autem ait, de Ordine, quem factio Tridentina seruauit in his suis Sacramentis recensendis, frustra in eo laborat, & se fatigat. Quis enim ordinem & methodum, & rationem requirat in Tridentinæ Synodo, & eius decretis,

in qua omnia perturbatè, cōfusè, ex animi furore, & in veritatem odio summo: non ex Dei verbo sapienter acta sunt, tractata, decisa?



SEXTA CONTROVERSIA.

*De Ceremoniis Pontificiorum Sacramentorum
in Genere.*

Ad Cap. xxix.

VR de Ceremoniis & ritibus, quos suis & Christi Sacramentis Pontificij addiderunt, disputet, antestari voluit Bellarminus, ne quis studiū eius in assentando bonis illis scilicet Tridentinis Patribus ignoraret. Non enim testatur se, ut veritatem verbi Dei tueretur, hoc iam suscipere (quæ nos vna causa mouit, ut Bellarmini hæresibus responderemus) sed ut Tridentina illi coitioni, quantū potest, quo iure, quāve iniuria gratificaretur, & adalarctur. Ergo se & homines suadere, & hominum seruum esse profitetur apertè Bellarminus: id quod à pio quouis doctore remouet Paulus 1. Cor. 7. v. 23. Galat. 1. v. 10. Hominem tamen audiamus.

Primum Ceremoniam, quid sit, definit, postea nomen eius explicat Bellarminus. Respōdeo, est hic ordo perturbatio ordinis. Prius enim de nomine, quàm de re ex logicis præceptis agi debuit.

Quod ad nomen *ceremonie* Hebræum nomen addit, Græcum prætermisit, quoniam ignorauit.

ὄψια esse vult Isidorus lib. 6. etymologiarum. Melius *δὶ ὄψια* ex Paulo Coloss. 2. vers. 14. vel *ἀμασίματα* ex Luca cap. 1. v. 6. dixeris. Quid explicare attinebat ex Macrobio. Vtrum a Care oppido, vel à cauendo dicta sit cæremonia, quomodo autem in Nouo Testamento appelletur, prætermittere. Illud est præter casam fugere, aliena & grammatica persequi, sua & Theologi propria deserere.

Quod ad rem, & rei definitionem est tota hæc tractatio transcriptio mera ex Thoma in 2. 2. q. 82, & 85. & ex Viguierij recentioris institutione. Falsa porro est & definitio, & collectio Bellarmini. Cæremoniam enim ait esse Actum externum religionis, voluit dicere *veræ*. At cæremonia sub Evangelio distinguuntur ab actibus religionis *veræ*. Nam *veræ* religio ex solo Dei verbo scripto petenda est: item & illius omnes actus 1. Timoth. 4. v. 8. Matth. 15. v. 9. Coloss. 2. v. 23. Verum cæremonia ab hominibus instituuntur, ut hæc ipsa, de quibus nunc est acturus Bellarminus, teste eo ipso col. 2. 4. L. C. 5. *Secunda*. Falsa est collectio Bellarmini. Triplicem enim actum religionis *veræ* constituit, Internum, Externum videlicet, & Imperatum. At est solum duplex, Nimirum Internus, & externus Roman. 10. v. 10. 12. v. 1. Nam actus Imperatus est vel Internus, vel externus. Deinde suis contradicit hic Bellarminus. Illi enim octo illius *veræ* religionis actus esse dicunt. Christus etiam plures Matth. 25, & Iacobus 1. v. 27. Ille tres duntaxat ergo & à suis, & à Christo, & à Iacobo dissentit.

Quintuplex autem partitio Cæremoniarum
S. iij.

videlicet Ab effectu, A causa efficiente, A causa formali, A causa materiali circa quam peraguntur, & Ab Accidentibus, est quintuplex monstrum, quod nonnumquam tractatus istius gratia protulit Bellarminus. Verum illud & obcurat hanc disputationem, & intricatam reddit. Nec enim addit iste, de qua caeremoniarum specie hic acturus sit. Sed bombos istos & fractiones Bellarmini has minutulas & nihili omittimus.

Ad Cap. x x x.

STatus huius causæ, & nostræ cum Bellarmino, eiusque sequacibus controuersie, facillimus est, nisi eam inuolueret ipse. Quæritur enim, Vtrum mortali vlli liceat Dei Sacramentis, ac proinde Dei verbo quicquam addere, vel detrahere? Responsio facilis & vera est, Non licere, Deuteronom. 4. vers. 2 5 vers 32. Apocal 22. vers. 19. Paulus enim de Sacra Domini Cæna, ac proinde Sacramento Euangelico agens, ait 1. Corinth. 11. vers. 23. se illud solum de Cæna Domini tradidisse, quod à Domino acceperat, non quod ab hominibus institutum fuerat, non quod à se repertum, & excogitatum.

Contra respondet Bellarminus addere & detrahere licere. Quod ut probet, astute Principium quoddam extraneum alitè, & à gemino ouo sumit. Docet enim, Quid nobis cum Pontificiis conuenire putet; quid non. Verum tota ista argutatio Bellarmini & subtilitas est futilitas est inepties, & fallacia A non consequente. Sic enim arguit, Euangelici concedunt quasdam caeremonias in Ecclesia institui posse; ergo concedunt

cedunt aliquid Dei Sacramentis ab hominibus addi, vel detrahi posse. Miluium, non hominem istum esse oportuit, qui sic arguetur, & tam incommode, & incite colligat. Cæremonias enim ab hominibus institutas toto genere à Dei Sacramentis separamus: & his illas addi posse pernegamus. Ergo multa extra causam de cæremoniis additis Christi Sacramento agit hic Bellarminus, & de lana caprina, & Asini umbra: nihil de causa, quod ipse fatetur col. 206. L. B. §. *His addunt.*

Quod ad mendacia, & colores suos Suiticos, quos iste nobis affingit, eos sibi, suisque habeat, & retineat. Nam in nostrorum scriptis nulla de se, & suis mendacia reperient: sed omnia vera. Certè mentiri non est nostrum, qui sumus Christiani, & Evangelici. Est Suitarum, qui & linguam, & manum suo Papæ venalem habent. Quod si vera non sunt, quæ nos de istis scribimus, cur ea tantum iste commemorat, non refutat? In summa, Isti plus suis à se inuentis, & confictis cæremoniis tribuunt, quàm Dei sacramentis. Imò vt suas cæremonias stabiliant, Christi Sacramenta euertunt. Id quod in singulis eorum Sacramentis apparebit. Quod & damnat Dei verbum, Matth. 15. v. 9. & Augustinus epist. 119. ad Ianuarium cap. 19.

Quod denique ait iste, Nos in cæremoniis examinadis sex disputationis capita statuere, falsum est. Duo, aut potius vnum dūtaxat disceptamus, Nimirum hoc, Vtrum Homines vllas cæremonias instituere possint, tanquam veras veri Dei cultus partes, ac proinde obligatorias

conscientiarum. Hoc nos ubique negamus: isti contra defendunt, quod ut probet Bellarm. alie accersit fundamentum rem istam repetit inutiliter. Nam nodum in scirpo quærns, rem vnã partibus multipliciter, diuidit, extendit, vt magnus quidam Palæphatus suis videatur.

Ad Cap. xxxi.

Affert igitur ille Sextantùm in toto isto cõte longissimo theses, quas vel in vnã conu. abere potuit omnes: vel pagella istius libri vna completi debuit, & ex Dei verbo probare.

Verum de Dei verbo ne quod quidem hic ab isto Theologo facta mentio est, tam est a Sædo-
706. Est enim Theologo turpe quicquam abique Dei verbo scripto affirmare.

Prima thesis est, credendum esse Aliquas cæremonias à Christo, & Apostolis fuisse institutas, etsi verbum Dei scriptum id minimè tradat: sed sola traditio sic habeat. Respondet thesi, Tripliciter eam esse ineptam, & inutilem. Primum, quia nihil facit ad propositum. Concedatur tales esse aliquas cæremonias, quid ex eo emittitur? Possunt igitur Homines aliquid addere sacramentis? Istud ex cõcesso colligi minimè potest. Probandum enim esset ea, quæ isti addiderunt, esse ipsas illas cæremonias, quas Christus, vel Apostoli reliquerunt. Quod non probant. Deinde dico, est eadem thesis inepta. Nam implicat contradictionem. Si enim illæ cæremoniæ fuerunt à Christo institutæ, non sunt ab hominibus institutæ: sed à Deo. Ergo non sunt ex earum numero, de quibus hic inter nos, & Pontificios con-
trouertitur. Tertio, ineptum est credere certa si-
de,

de, & pro vero dogmate habere, & profiteri seu de Christo, seu de institutionibus Apostolicis, quod nunquam extat scriptum in verbo Dei. *Scrutamini Scripturas*, ait Christus Iohan. 5. v. 38. *Ille enim de me testimonium reddunt.* Denique cui traditioni credemus. Nouæ, an Veteri: Vnius tantum Clementis Romani (qui libris octo istas nentias descripsit) scriptis & traditioni, an demum si plures erunt qui hoc testentur: Respondet Bellarminus Augustinum id sentire lib. 2. cap. 104. contra literas Peritiani, epist. 118, & Basilium lib. de Spiritu sancto cap. 27, qui & chrisma, & ieiunium in S. Cœna tradit esse Apostolicam traditionem ex 1. Corinth. 11. v. 34. Bellarminus Adde- re debuit & Tertullian. de corona Militis, & So- cietatem lib. 5. ca. 22. Respondeo, Sic & Augustinus, & Patres nonnulli senserunt, quæ vetustissima esse credebant, esse Apostolicas traditiones, sed nullo fundamento. Primum, quia plurimi ex il- lis ritibus ab iis non commemorantur, qui pro- ximi Apostolis, vel Apostolorum temporibus vixerunt, velut chrisma in Ordinatione Pastorû, Sal, Sputum in Baptismo infantium. Horum enim non meminit Ignatius, Irenæus, Tertullia- nus, qui Apostolos, aut Apostolicos viros viderunt. Deinde, quæ tribuuntur Apostolis, multa sunt inepta, & eorum doctrinæ, qualem nobis scriptam reliquere, contraria, velut chrisma & vnctionem non ex communi oleo, sed incanta- to ægrotis, aut ordinandis esse præbendam Marc. 6. Iacob 5. v. 14. Aquam vino in S. Cœna miscen- dam, et hoc scribit Cyprianus lib. 2. epist. 3. Au- gustinus lib. 3. de Doctr. Christia. cap. 21. At con-

tra Paulus , qui de S. Domini Cœna agens, puri Vini , non mixti meminit , & Matthæus qui fructum vitis appellat Matth. 26. 28. 1. Corinth. ii. Denique Christi propositio repugnat, qui S. Cœnam suam voluit à Baptismo suo , & signis, & re signata esse discrepantem. Id quod non esset, si S. Cœna signū Baptismi, videlicet Aquam, haberet. Denique ex Historiis ecclesiasticis apparet multas ex istis, quæ vocantur Apostolicæ, ceremoniis fuisse primū institutas multis post Apostolos omnes defunctos seculis, vt in nostra de his historia docuimus.

Secunda istius thesis est , Aliquæ ceremoniæ ab hominibus institutæ vim habent spirituales. Ratio , quia signum Crucis habet vim fugandi Dæmones. Respondeo , Homine isto inepto Nempe Bellarmino nihil fingi posse ineptius. Primū thesis ista contra logicas omnes regulas ex singulari seu Particulari colligit vniuersale , ex ligno vno nempe Crucis, reliquas, aut plures ceremonias fugare morbos, & Diabolos. Deinde præsupponit falsum, Nempe Signum Crucis etiam ex opere operato (sicut hic disertè addit Bellarminus col. 208. L. B.) fugare Dæmonas. Nam Christus ipse , non signum in aère expressum , aut in materia descriptum , vim istam habet eiusmodi potestates & fugandi, & vincendi, non opus operatum Crucis, vt blasphemè vult iste. Refutatur enim ex omnibus Christi miraculis, in quibus Christus eiecit Dæmonia Marc. I. v. 24. 25. 26. & 16. v. 17. Actor. 16. v. 18. Quod autem olim Christiani se signo Crucis signarunt, id fecerūt, non

non ut miracula per signum illud æderent, & sentirent: sed ut restarentur se non pudere ipsius adeo Crucis & mortis turpissimæ Christi, quæ probro illis ab Ethnicis vertebatur Galat. 6. v. 14. Philipp. 2. v. 8. Deus quoque per illud signum crucis Christi adhibitum operatus est, velut, & per semicinctia Pauli Act. 19. v. 11. ut & Christi, & Pauli doctrinam Mundo commendaret: non quòd vis & virtus vlla spiritualis in his inesset. Denique est Magicam vim diuinam rebus istis & signis (velut olim suis amuletis Ethnici faciebant, teste Plutarcho in Pericle) tribuere, & asserere. Ergo & falsa, & inepta est ista & prima, & secunda Bellarmini thesis, & propositio.

Tertia est, Ecclesia, id est, Homines possunt instituere nouas ceræmonias ad producendos effectus spirituales. Hanc ut probet Bellarminus, peccat tripliciter. Nam ter fallaciam committit A Petitione Principij, Nempe dum pro vero sumit, Ceremonias ab hominibus institutas ornamentum addere Sacramentis Christi, quasi nimirum illa sine ceræmoniis istis essent nimiũ exilia, diluta, sordida. Itaq; ipsemet Bellar. col. 212. L. C. §. *Quinta* ait istas ceræmonias esse salè Sacramentorũ. Itẽ Ceremonias ab hominibus inuentas & Diabolos, & morbos, & pestes posse fugare, & ab hominibus & agris auertuncare. Quod fuit insanum, & blasphemum Ethnicorum delirium. Inde Anibarualia festa, & Saltatio. & ambitus in festo Palilionum agrorum, & Urbis Romæ in Lupercalibus institutus inter Ethnicos, ne quis morbus, lues pestisue, illis

noceret. Hoc tamen iste pro vero, & pio dogmate sumit, & nobis Christianis obtrudit. Tertia Peritio Principij est, Istas humanas ceremonias eodem modo ex opere operato spirituales istos effectus producere, quomodo sacramenta ab ipso Deo instituta, id agant. Quae blasphemia quae grauior, aut tetrior esse potest: Certè nulla. Nam homines & hominum commenta, Deo, Deique præceptis & institutis impiè exaquat: & ut nostri, Bellarmine, quos supra cap. 30. falsò accusas, mentiantur, dum scribant Vos vestras ceremonias dei præceptis exaquare, & præferre? Non mentiuntur igitur iam seipso teste, toto hoc loco. Hæ sunt igitur tres Principij peritioes blasphemiae, in hac tamen vna thesi perpetrata.

His mendaciis, & hæresibus tribus substratis, accedit iste Theologus ad suam thesin, sed sine verbo, probandam. Primum probat, quia Iacob Patriarcha adhuc primatus instituit ceremoniam nouam, quæ spirituales effectus habuit. Nam Lapidem pro *μνησθησθε* posuit, & vixit, Genes. 28. v. 18. Mardochæus in libro Estheræ. 9. Maccabæus Iudas libro primo Maccab. cap. 4. Iohan. 10, nouum festum instituit: ergo ecclesie licet spirituales ceremonias instituere, quæ spiritualia effecta contra morbos, & demones etiam ex opere operato producant. Respondeo, Est hoc totum Bellarmini argumentum fallacia duplex, Videlicet A non consequente. Deinde Ab Ignoracione Elenchi. Transfert enim imò fingit fuisse ceremonias spirituales & illis tribuit quæ non fuerunt: & quod nullo pacto in his
sint.

sint. Primum igitur non sequitur, Vt, si quæ nouæ ceremoniæ sub Veteri Testamento, & quo tempore illæ durarunt, institui ab hominibus pijs potuerunt: nunc quoque possint tot intro-
 duci, & tam bono iure sub Euangelio, vbi illa cessant Coloss. 2. v. 17. Galat. 4. v. 31. Deinde fallit iste. Nam quæ commemorat omnia pro spiri-
 tualibus ceremoniis non fuerunt spirituales ceremoniæ, ac nullam diuinam vim & spiritua-
 lem habuerunt, quod falsò existimat, & illis tribuit: sed fuerunt duntaxat nuda signa *μνημονευ-
 τικὰ*, & recordatiua vel Voti, quale illud Iacobi
 votum fuit: Vel beneficij à Deo accepti, quales illi dies festi. Nihil autem diuinum operata sunt ista omnia: ergo ex his virtutem diuinam in suis
 ceremoniis inesse falsò concludit Bellarm.

Secunda istius ratio est, Apostoli nouas cere-
 monias Gentibus instituerunt ex potestate, qua regebant ecclesiam, Nempè has Vt Gentes suffo-
 cato abstinerent, & sanguine Act. 15. v. 29. Act. 16.
 v. 4: ergo Pastores ecclesiæ, qui successerunt Apo-
 stolis in ecclesiæ regimine, possunt instituere no-
 uas ceremonias spiritalem, & diuinam vim ha-
 bentes. Respondeo Bellarmino, Est itidè & hæc
 ratio fallacia Ab ignorantia elenchi. Nec enim
 Apostoli nouas ceremonias instituerunt: sed quæ
 iam erant à Deo institutæ, vt aparet, solùm expli-
 carunt Leuit. 17. v. 12. & 3. v. 17. Deinde Apostoli
 non dederunt istis rebus vim vllam, vt iste suis
 ceremoniis vindicat, diuinam, & effectiuam mi-
 raculi: sed tantùm iubent Gentes, vt iis rebus ad
 tempus abstineant, quò & crudelitatis opinio-
 nē euitēt, & faciliùs inter Iudæos versari possint.

Tertia Bellarmini ratio est, Quod Christus ceremonias novas, nempe Noua Sacramenta instituit. Respondeo, Alia est ratio Christi, qui est Deus: alia hominum, quia dii non sunt. Deinde confundit iste ineptissimè Ceremonias cum sacramentis. Excipit Bellarminus Christus nunquam prohibuit, Ne quid ipsius sacramentis adderemus. Respondeo fallum hoc esse. Quum enim vetet quicquam addere verbo, suo, Deuter. 41. vetat & Sacramentis, quæ in verbo suo, qualia esse vellet, instituit. Excipit iste, Cõcilia semper Canonas & ceremonias novas addiderunt. Respondeo, Vt Politia solùm ecclesiastica partes: non vt ritus, qui vim ei ciendi dæmonia & morbos haberent, id est, qui Dei opus ad terrena clementa transferent. Alioquin hæc Consilia essent idololatræ, & damnanda.

Quarta istius thesis est, Ceremonia humanæ non possunt omitti sine peccato etiam citra scandalum. Respondeo, Hæc thesis, vel ipso Bellarmino teste, est falsa. Nicitur enim hoc falso fundamento, Nimirum Leges merè ecclesiasticas nos in conscientia obligare, quia, vt est Roman. 13. v. 5 tenemur propter conscientiam Magistrato parere, Id quod iam se luculenter docuisse putat, & scribit Bellar. lib. 4. de Pontifice, cap. 15. Verùm nos huic capiti & solidè & verè respondimus, & Bellarmini, sententiam, & loci Pauli (qualis sit ab isto) interpretationem falsam esse demonstrauimus. Deinde de Politicis Magistratibus agit Paulus, non de dignitatibus ecclesiasticis, quæ toto genere à Magistratibus differant & discrepant.

At alio argumento suam quoque thesim probat Bellarminus, Nempe, Quòd pro hæreticis damnati sunt ij, qui leges merè Ecclesiasticas nõ seruauerunt. Respondeo, Non pro hæreticis, sed pro schismaticis dütaxat sunt habiti, quæ ceremonias non ab vna, aut aliquot Ecclesiis, sed à tota Ecclesia obseruatas & probatas negligeret. August. epist. 118. & 119. Vnde illud Ambrosij,

Quum fueris Romæ: Romano uiuio more:

Quum fueris alibi, uiuio sicut ibi

Hoc enim totum rerum genus habet, vt scripsit Augustinus liberas obseruationes.

Excipit Bellar. Vocat Apostoli tales ceremonias necessarias Actor. 15. v. 28: ergo obligat conscientiam. Respondeo *Vox Necessarium* illic pro utili ad tempus sumitur, quod dicitur expediens, 1. Corinth. 10. v. 23: non pro eo, quod obligat conscientiam. Sic quoque Philipp. 2. v. 21. Sic panis dicitur necessarius.

Ait Bellarminus, pro hæreticis damnati sunt Antioch. ni Concilij cap. 1. August. de Hæresib. Hæresi 29. Epiphantio Hæres. 50. Theodotita de Fabulis Hæret. qui Pascha præcisè xiiii. Luna Martis mensis celebrabant: At illi solum in Ceremonia peccabant: ergo ceremoniæ obligant conscientias. Respondeo, Non fuit iste quattuordecimanora error in Ceremonias, sed in dogmate fidei. Nos enim ad legis iudaicæ ceremonias obseruandas reuocabant, sicut ij, qui Circumcisionem olim inter Christianos retinebant Galat. 5. v. 2. & 3.

Ait Bellarminus Donatistæ sunt dånati, quòd baptizatos Christi baptismo rebapuzarent. Re-

spondeo, Non fuit hic error in Cæramonia, sed in fidei dogmate. Nam Anabaptismus Christi beneficium attribuit Aquæ Baptismi, & igno ex-
terno.

Ait bellarm. Multi damnati sunt alij, quod Ec-
clesiæ cæramonias non obseruarent. Respondet
Fallitur iste. Cæramonias enim vel ignoranter,
vel malitiosè vocat ea, quæ vel erant & sunt fidei
Christianæ vera dogmata, vel tunc pro talibus
censebantur & habebantur.

Tertio argumento quoque probat eandem the-
sin bellarminus. Nempe etiam Caluino teste lib.
4. Institutionis Christianæ cap. 10. §. 27. non licet
vnicuique mutare receptas iam cæramonias: et
ego conscientias obligant. Respondet, Nego se-
qui. Nam nec benemoratæ ciuitatis consuetudi-
nem mutare licet, nec tamè conscientias ad illam
git. Deinde hoc dictum Caluini intelligitur de
singulis priuatis, quibus non licet publicè recep-
tas iam cæramonias mutare. Denique eodem
cap. 10. §. 31. testatur idem Caluinus libera con-
scientia obseruari cæramonias etiam receptas.

Quinta thesis, Cæramoniæ ab hominibus in-
stitutæ sunt meritoria, & pars quædam cultus
diuini: ergo vtilis. Hanc utilitatem variam hic
annotat iste: sed imprimis sextuplicem. Prima v-
tilitas istarum cæramoniarum est, Deuotionis in-
crementum. Respondet, Ex idololatricis rebus,
& ornatis, qualis est istorum ornatus in suis tem-
plis, extinguatur, non augetur, aut accenditur
piorum deuotio.

Secunda utilitas, Intelligentia Dogmatum fi-
dei maior extat ex his cæramoniis. Respondet,
Imò

Imò illæ tam multiplices, quãtas habet Pontifici, & quàm varias, obscurant Christi doctrinam, & beneficium: & homines, quorum aures istarum ceremoniarum boatus circumsonant: & oculos earum aspectus fatigant, reuocant totam pietatem Christianam ad ceremonias legales, vel Ethnicas, & Deum sic solùm, non spiritu verè coli putant, sed his tantùm externis nugis delectati credunt. Habac 2. v. 18. quod est vel creditis nefarium, nedum dictu.

Tertia utilitas, lauant istæ ceremoniæ memoriam. Respondeo, Imò tam variæ, & tam multiplices illam obruunt. Sic Ceremoniarum legalium numerus appellatur Matth. 23. v. 30. iugum Actor. 15. v. 10, & quidem graue.

Quarta utilitas, earum observatio est exercitium fidei: Respondeo, Nulla est fides, vbi nullum est Dei verbum. At istæ humanæ ceremoniæ sunt extra Dei verbum: Ergo ad fidem, fideique exercitium nequaquam pertinent.

Quinta utilitas, Earum observatio est religionis confirmatio. Itaque reprehenduntur Episcopi, qui eas nesciunt Basil. epist. 63, Leo epist. 4, Innocentius 1. epist. 1. Respondeo, In quibus rebus nullo pacto posita est vera religio, earum observatio nullo quoque pacto esse confirmatio religionis potest, nisi falsæ, & eumentitæ. Atqui in ceremoniis humanis non vlla religio vera, sed mera duntaxat ecclesiæ politia posita est. Ergo, ceremoniarum istarum observatio nihil ad religionis & cultus diuini essentiã pertinent. lauant quidem honestæ & paucae ceremoniæ cæterus Christianos, & eorum decorum

& decus monstrant. 1. Corinth. 14. v. 49. Colossia.
v. 5. Itaque reprehensi sunt episcopi earum igna-
ri. Deum autem, aut Dei cultum propius non
atingunt res istae, nec spectant. August. lib. 49.
Contra Faustum. cap. 11.

Sexta utilitas est, Cæremonia istæ Romanos
Pontificios separant ab hominibus Evangelicis,
Respondeo & merito. Docent enim Pontificios
esse homines crassos, terrenos, omnino rebus
istis externis addictos, & Animales, quales erant
Samaritani, qui nihil de Deo spirituale cogita-
re possunt, 1. Corinth. 2. v. 14. Iohan. 4. v. 22. His-
que Pontificij, utpote toti carnales, & cæremo-
narij, Deum verum in spiritu & veritate nec co-
lunt ipsi, nec colendum volunt, contra Christi
præceptum, Iohan. 4. v. 24. Contra vero nos E-
uangelici. Cæremontas quidem aliquas habet-
mus, ut vult Augustinus lib. 19. Contra Faustum
cap. 11: sed eas & paucas, & faciles, & quas non
ut cultus Dei partem: sed duntaxat ut humana
mandata colimus & seruamus. Et hæc quidem
de Pontificiarum Cæremontiarum inuoluntate,
imò incommoditate dicta sunt.

Nam quod iste obiicit de Eleazaro lib. 2.
Maccab. cap. 7, eum voluisse mori, quam suilla
carne vesci, nihil hanc questionem attingit.
Abstinerere enim suilla carne tunc nequaquam e-
rat simplex cæremontia, sed Dei præceptum ex-
pressum. Leuit. 11. v. 7. Deuter. 14. v. 8.

Iam verò easdem illas humanas cæremontias
esse coram Dei meritorias probare Bellarminus
intendit tribus falsissimis rationibus. Nempe i-
stis. Addit enim semper errorem errori, & profi-
cit,

cit, ut solent hæretici 2. Timoth. v. 16, in peius.

Prima pro cæremoniâ humanarum meritò coram Deo ratio Bellarminiana est hæc, Opera virtutum omnia merentur apud Deum. Est autem observatio humanarum Cæremoniârum actus religionis saltem, pulcherrimæ virtutis: ergo coram Deo merentur. Respondeo, Totum hoc argumentum est fallacia A petitione Principij bis repetita, Nimirum in Propositione Maiori. Quod opera virtutum quid mereantur apud Deum contra Luc. 17. v. 10. & in Minori. Quod observatio humanarum cæremoniârum sit actus religionis. Cæremoniâ enim non ad religionem, sed ad ordinem, Politicam & decorum Ecclesiæ duntaxat pertinet 1. Corinth. 14. v. 40. Col. 2. v. 1.

Secunda Bellar. ratio est, Exterior fidei professio est actus coram Deo meritorius. Atqui cæremoniârum istarum professio & observatio, est testatio fidei Christianæ: ergo &c. Respondeo, Hæc eadem ratio duplex fallum sumit pro vero, Primum fallum, Næpe fidei professionem exteriorem esse meritoriam. Nam quod est Matth. 10. v. 32. Roman. 10. v. 10. illud non meritum ostendit, sed gratuitum a Deo præmium cõfidentibus ipsum esse promissum, & propositum. Alterum fallum est Cæremoniârum istarum observationem esse veram veræ pietatis professionem. Sunt quidem bonæ cæremoniæ & honestæ vel sint heles quædam externæ religionis nostræ: sed quas sepe facilius Hypocrite usurpant & crebrius quàm verè pij. Ergo nō sunt certæ pietatis notæ, qualis est ipsa professio nominis Christi Mat. 10. v. 22. 33. & ex his falsò estimâtus veri Christiani.

Tertia ratio istius, Est actus exterior vera religionis observatio humanarum ceremoniarum. Respondi iam hoc falsum esse, & quidem plane.

Denique ut suæ stultitiæ, & impietatis, atque etiam hæresis plenum cumulum adderet iste, etiam hoc contendit, Humanas ceremonias esse Dei cultus partem: sed his falsissimis rationibus.

Prima, Deus & corde, & corpore coli vult: ergo ceremoniarum humanarum sunt pars cultus Dei. Nam per eas corpore colitur. Respondeo, Minor huius syllogismi falsa est, sicut antea dixi. Nec enim humanae ceremoniarum sunt pars cultus Dei: sed solum Politicæ & ordinis Ecclesiastici. Nam Deus, quem admodum sub lege Sacrificia & Sacramenta, reliquasque Christi umbras pro suo externo cultu instituerat: sic sub Evangelio, Prædicationem sui verbi, Sacramenta, & orationem instituit pro externo suo cultu Matth. 6. v. 9. 28. v. 19. Quibus nihil addere licet hominibus Matth. 15. v. 9.

Secunda, tertia, & quarta huius ratio sunt, nihil, & fallacia A Petitione Principij. Sumunt enim pro vero quod est falsum, Nempe, Deum coli ceremoniis humanis. Obstat locus Mat. h. 15. v. 9. Coloss. 2. v. 23. Ergo verum est & corpore, & externe actu Deum à nobis esse colendum: sed eo solum modo, quem ipse præscripsit, non autem homines suis ceremoniis statuerunt.

Excipit Bellarminus, Deum probare tanquam sui cultum, quæ illi homines extra ipsius verbum obtulerunt: quarum rerum exempla: sed falsa profert, lapidem Iacobi Genes. 28. perpetuam B. Virginis Mariæ virginitatem, Geniculationem in precibus

cibus cereorum accensionem, Sacras vestes Campanarum pulsam, Idolorum ornatum, & cetera huiusmodi, quæ Dei cultum fuisse scribit Bellar. Deoque grata absque eius verbo. Respondeo, Hæc exempla omnia (excepto, quod creditur, B. Marie perpetua virginitas) sunt falsa: Neque enim ista fuerunt cultus diuini partes: neque Deo grata. Lapis a Iacobo erectus gratus Deo fuit, *μνημόσυρον* solum Voti, & Animi gratitudinis Iacobi: non fuit lapis iste pars cultus Dei. Abelis verò sacrificium fuit cultus Dei pars externi, utpote à Deo præceptum. Nam ex fide factum fuit, Hebr. ii. v. 4. ergo ex Dei verbo & præcepto. Nec enim vlla fides absque Dei progressu verbo esse potest inter Theologos Hebr. ii. v. 1. 2. Rom. 10. v. 17. Psal. 110. v. 5. Vbi enim nullum Dei verbum præcessit, ibi nulla est fides.

Excipit Bellarminus tria, Primum ex I. Corin. 14. v. 40. Omnia in Ecclesia ordine fieri debent. Secundum, Deus lubet nos obedire Præpositis nostris Hebr. 13. v. 17. Tertium. Deus commendat cultum sui externum: ergo ceremoniæ humanae placent Deo, quoniam ordinem honestum continent. Sunt iussa nostrorum Episcoporum, & ipsius cultus externus: Respondeo Bellarmino, Quæ ceremoniæ humanae politiam honestam constituent, Deo placent, sicut quicquid ordo Politicus Deo placet, non propter conscientiam, aut quòd in eo positus sit ipsius cultus: sed quòd quum sit Deus pacis & ordinis 2. Corin. 13. v. 11. vult omnia propter nos fieri, & inter nos honestè, ordine, & tranquille. Est igitur falsum, quod inde colligit iste, ceremonias

humanas esse D. o gratas ut ipsius externi cultus partem, & obligare nostras cōscientias vult quidem Deus nos obsequi ducibus nostris, non quia ipsi sua praecepta ad Deum colendū nos doceat Matth. 15. ver. 9: sed quā ex ipsa Moisis cathedra Matth. 23. v. 2, ubi agitur de ipsius cultu, aut de nostra cōscientia. Solus enim ille & conscientia nostra imperare, & suum cultum praecepit. potest non autem quisquam alius Deut. 12. v. 8. 1. Cor. 7. v. 35. 1. Pet. 4. v. 14. & 19.

Sexta Bellarmini thesis est, Sacerdotium institutum est, ut in Ecclesia Latina Sacramēta Latina lingua administrantur.

Respondeo Bellarmino, Primum hæc ipsa thesis ab eo ipso euertitur tribus modis, quia excipit ab hac sua generali regula communissima Sacramēta, Nempe Matrimonium, Confessionem, & Baptismum, quia hanc suam regulam negat in Dei verbo esse fundatam: quia denique qua ratione Græcæ Ecclesiæ à sua regula excipit Bellarminus, eādem reliquæ sunt excipiendæ, quæ linguam Latinam ignorant. Itaque ipse excipit Ecclesiæ & Syriacas, & Arabicas à sua thesi, quia Latinam linguam ignorant.

Deinde refutatur à Paulo hæc eadem thesis, 1. Corinth. 14. iubet enim, ut quæ in Dei Ecclesia geruntur, agantur lingua & idiomate vulgari quod sit omnibus notum: ergo non Latina lingua, quæ non est ubique nota.

Tertio pugnat hæc regula cū ipsa institutione Sacramentorum. Sic enim ea Christus instituit, ut suam promissionem à sumentibus illa intelligi velit. Non potest autem intelligi si quis ignota

ignota lingua Sacramenta administret & Dei promissio recitetur ignota lingua.

Quartò est impertinens hæc thesis ad hoc peculiare argumentum de sacramentis. Nam illa proprie pertinet ad tractatum generalem de toto Dei cultu externo: vel ad peculiarem de Oratione vocali. Non erat autem huic Bellarmini cupressello locus, nisi Anaxagoræ *οὐρανὸν* & confusionem in disputationes Theologicas introducere velit, ut ex quolibet quodlibet fiat. Ergo est ista thesis planè deserto loco.

Quintò refutatur ex eo quòd omnes illius stabilendæ thesis rationes demonstratur falsa. Sunt autem hæc, quas affert Bellarm.

Prima, Semper in Latina Ecclesia fuerunt Latine Sacramenta administrata, etiam si ea Lingua non esset vulgaris iis locis, in quibus illa tunc dabantur, velut in Gallia, Anglia, Germania, Hispania, teste Alcuino, Rabano, Almarico, Ruperto.

Respondeo, Si Latinam Ecclesiam intelligeret Bellarminus eam, quæ Latina lingua velut proprio idiomate vteretur, certè nulla inter nos controversia esset. Sed quia Latinam Ecclesiam accipit & vult esse Angliam, Galliam, Germaniam, Hispaniam, Italiam, ineptissima & falsissima est hæc thesis: Pugnatur enim cum dicto Pauli I. Corinth. 14. vers. 14 15. Basilio in definitionibus maioribus quaestio 278, Augustino lib. de opere Monachor. cap. 17, cap. nono concilij Lateranensis Generalis, & quod est in cap. *Quoniam*. extra de officio iudicis ordin. vbi diserte præcipitur, ut

etiam in eadem vrbe cuique populo Sacramenta suo proprioque idiomate administrantur.

Quod autem scribit iste Nectin Gallia, nec in Anglia, aliisque regionibus Christianis & occidentalibus extitisse Bibliorum versionem lingua vernacula illorum locorum, nec Deferu-
tium vulgari lingua in templis decantatum aut celebratum, id falsissimum apparet. Extant enim etiam hoc nostro tempore Caroli Magni sacramenta, ex quibus coultar & Psalmos, & Sacramenta, & totum Dei cultum lingua vernacula in Germania, Gallia, & aliis locis publice in Ecclesia celebratum fuisse. Imò ex historiis constat Vitalianum Pontificem id primum tentasse circa annum Domini 660: quod quum obtinere non posset, Nicolaus primus Papa id vehementius vrsit circa annum Domini 1054. Denique hoc ipsum, quod Romanus Pontifex præcepit ut diserte omnes Ecclesie sue, Latina, Romanaque lingua vterentur, est verissimum iudicium eum esse Antichristum verum, qui beluam occisam, id est, Romani Imperij idololatria imaginem animauit, & Mundo restituit, ut à Deo prædictum fuerat Apoc. 13. v. 12. 15.

Secunda Bellarmini ratio est, Non est necesse, ut qui participant sacramenta, significationem eorum intelligant: ergo nihil opus est, ut ea vulgari & vernacula lingua celebrentur. Respondeo, Contra Paulus 1. Corinth. 14. & loci iam à me citati, contra Christus, qui idcirco signorum significationem vernacula tunc lingua addidit, ut ab omnibus sumentibus intelligeretur, suoque exemplo docuit quid ceteros Pastores Ecclesie

clerici veros sequi oporteret. Sacramenta enim non intellecta sunt duntaxat theatra (spectacula, & ludicia inutilia.

Tertia ratio istius est, Incommodum est, imò noxium ipsis sumentibus Sacramenta, si eorum significationem intelligant; ac proinde si lingua ipsis nota & vernacula celebrentur. Respondeo, Imò hoc est illis ut lissimom, & saluberrimum, ut hoc ipsam intelligant. Alioqui fidem non habebant, sine qua nullus est Sacramentorum fructus. Fides enim absque intelligentia esse non potest Iohan. 6. v. 69.

IV. At enumerat Bellarminus ista incòmoda, Primum, quia sic impeditur vnitas Ecclesie si vnusquisque loquatur sua lingua in singulis regionibus, dum administrantur Sacramenta. Anglus non intelliget Gallum, Gallus Germanum. Respondeo, Paulus, qui Ecclesie vnitatem tam, quàm qui maximè desiderauit 1. Cor. 1. & Philip. 2. præcipit tamen ut quisque populus sua lingua in his rebus utatur. Et Deus ipse dedit Apostolis (quos ad prædicandum idem Euangelium, & vnã in Christo Ecclesiam colligendam mittebat) dedit, inquam, non vnica linguam, sed donum linguarum Actor. 2. v. 3. & 11, ut cuique populo & genti prædicarent ac sacramenta administrarent sua lingua, non aliena, non exotica. Nam vnitas fidei, & Ecclesie posita est in vnitate doctrinæ, & spiritus: non idiomatis, & linguæ, Ephes. 4. v. 4. 5. 6. Denique si quæpiam vna lingua esse debuit communis omnium Ecclesiarum, ea nõ Latina, sed Chananæ, seu Hebræa esse debuit, & debet Il. 19. v. 28.

Secundum incommodum affertur, Quod dignitas & maiestas cultus Dei, & Sacramentorum perit, si illa lingua vernaculi celebrentur: at retinetur, si lingua ignota fiant. Respondeo, Caeſ. Bellarminus communi iudicio, qui hæc ſcribat. Ignori nanque nulla cupido eſt Maiestas autem, & veneratio eſſe nulla poteſt eius rei, cuius pretium ignores. Veneratio enim ex dignitate, dignitas ex rei uſu & fructu intellecto natiuitur. qui quum non intelligitur, nulla vel veneratio vel dignitas eſſe poteſt.

Tertium incommodum, Verba Sacramentorum ſunt præciſa, & in his ſyllabæ mutati nullo modo debent: at facile mutabuntur, ſi quæ quæ Eccleſia utatur ſua lingua. Respondeo, Imò factilius verba illa, ſi quæ ſunt præciſa, corrumpentur, ſi quis utatur peregrina lingua, quemadmodum apparet in Presbytero Germano, qui latine baptizans filiam dicebat, *Baptizate in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*, ut eſt in can. *Retulerunt*. De consecrat. diſt. 4. Præterea eſt magorum ſtatuerè vim Sacramenti pendere à ſyllabis, & earum ſono.

Quartum incommodum iſtius eſt, Si lingua vernacula Sacramenta adminiſtrentur, nulli ſtudebunt linguæ latinæ. Respondeo, Neque Græcæ, neque Hebraicæ linguæ ſtudebunt occidentales, ſi præciſè lingua latina cogantur uti Eccleſiæ. Quod ſi hæc ratio valet, Græcè potiùs, & Hebraicè ſunt adminiſtranda Sacramenta, quò linguis iſtis animum applicent Chriſtiani, quia Nouum Testamentum Græcè, Vetus Hebraicè ab iſtis Prophetis, Apoſtolis, & Euangelisſtis ſcri-

scriptum est, neutrum autem Latine. Quare scriptum suis istis frivolis & falsis rationibus euerit, & mordet vt Polypus, pulcherrime Bellarminus.

Ad Cap. xxxii.

Nostrorum obiectiones refutare quoque conatur Bellarminus, si potest. Verum Non ea vis animo, nec tanta superbia victo. Eas autem ex viri eruditissimi D. Iohannis Caluini vnicò solum (ersi alij quoque viri clari de hoc argumento scripserunt) cap. x. lib. 4. Institutionis descripsit: sed nequaquam bonâ fide. Alias enim decuttauit, alias obscurauit, alias mutauit. Sed nos hunc hominem in gyrum rationis reuocabimus, & luxatos ab istos locos in suos Articulos restituemus.

Ratio nostra Prima est ex 1. Corinth. 7. vers. 35. Paulus quantumuis Christi Apostolus negat se laqueum piorum conscientijs iniicere vel posse, vel debere: ergo neque Episcopi Pontificij & noui Solones id suis legibus & caremoniis possunt. Nam suis etiam ipsorum decretis damnantur si id tentent, quemadmodum est in can. De *Viduis* 2 27. quæst. 1. glossa in cap. *Mulieris*. extra de *Iureiurando*.

Respondet Bellarminus duo, Primùm illic agi de Virginali continentia, de qua est consiliu Domini, quod violare, aut mutare non debuit Apostolus Christi. Respondeo Bellarmino, Nam si quid est in ea re consilij, illud est

Paulus, non Domini, teste ipsomet Paulo ibidem v. 36. Sua autem Consilia à Domini dictis distinguit Paulus v. 12. Deinde sibi contradicere ita solutio. Nam si est ea de re Domini consilium, est præceptum. Domini enim consilia sunt præcepta. Denique pro tempore tantum, non in perpetuum hæc à Paulo consilia data sunt v. 6. & 35. 36. in quibus ipsis etiam tunc nullo tamen pacto laqueum conscientiarum statuit & sine illo voluit Paulus.

Secundum respondet Bellarminus & Paulum 1. Corinth. II. v. 34, & Apostolis Actor. 15. quædam imperasse ecclesiis. Respondeo, Non quæ vel obligarent conscientias, vel partes essent divini cultus: sed tantum ordinis & decori ecclesie gratiâ præcipiebantur, vel infirmiorum fratrum ædificandorum causa. Non quod putaretur esse excommunicationem, de qua est 1. Thessal. 3. fuisse cæremoniam humanam, & præceptum solum Apostolorum, fallitur. Fuit enim, & est excommunicatio Christi præceptum. Matth. 18. v. 17. 2. Corinth. 10. v. 8, & potestas à Deo Apostolis data.

Secunda ratio nostra est ex Coloss. 2. v. 23. Paulus damnat *ἰδωλοθυσίας*, id est, omnium dei cultum, qui cerebro hominum fingitur, & constituitur Deuter. 12. v. 8: ergo nullæ hominum cæremoniæ possunt esse pars cultus dei Matth. 15. v. 9. Nam Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, nos ad plenum de rebus instruxit omnibus.

Respondet Bellarminus, Primum negando illud, quod est vetissimum. Negat enim in epistola

stola ad Coloffenses cap. 2. agi de hominū mandatis ad Dei cultum institutis: sed de Simonis Magi, & Gnosticorum (qui postremi nondum erant nati) & Platonis solū dogmatibus, quæ Paulus damnat, ait iste. Respondeo, At ex eodem cap. 2. v. 8. 17. 20. 23. apparet Pauli disputationem & conclusionem esse generalem de quouis humanarum ceremoniarum genere à Cultu Dei remouendo. damnat enim Paulus omnes omnino ^{et} *Sæc. Spongiae*, quantumuis specioso prætextu coloratas: Itaque & Pontificias. Deinde si Simonis Magi, qui colebat Angelos, & colendos docebat, dogma reprehendit: si Platonis, qui creaturas colendas volebat: si Gnosticorum, qui ceremonias legales reuocabant in usum, hæresin euertit Paulus: cur omnia ista damnata à Paulo dogmata nunc Pontificij retinent, tuentur, defendunt, & nobis obtrudunt?

Deinde respondet Bellarmin. falsum esse Christum nos satis & ad plenum de singulis, rebus ad verum Dei cultum necessariis & spectantibus instruxisse. Respondeo, Nulla hac maior blasphemia esse vel cogitari potest: Ergo non est Magister noster Christus solus, & plenus, contra quam est Matth. 23. v. 10. non omnia nos docuit, contra quam est Iohan. 15. v. 15: aliquid erit addendum Euangelio, contra quam est Apocal. 22. v. 18.

Præterea volt Bellarm. Petendam esse doctrinam etiam ab hominibus de cultu Dei modò consentanea Dei verbo tradant. Respondeo, Ineptus est iste homo, qui scribat & putet ea, quæ homines ex Dei verbo scripto sumunt, esse,

aut dici propriè posse humanas traditiones & ceremonias, de quibus nunc agimus, Sunt enim ea diuina, quæ ex Dei verbo & Mosis Cathedra docentur, Matth. 23. v. 2. non autem humana. Hæc eadem solutio nostra refellit ineptum Bellarmini responsum ad v. 23. cap. 2. epistolæ ad Colossenses. Paulus autem ait ea, quæ cap. 14. 1. Corinth. præcipit, de Regimine ecclesiæ, & donorum Dei vsu, esse Dei mandata v. 37, vt intelligantur nequaquam esse reiicienda; Ea tamen ipsa quia Politiam ecclesiæ continent, esse obligatoria conscientiarum negat idem. Ait enim v. 40. omnia ea pertinere duntaxat ad decorum ecclesiæ.

Tertium argumentum nostrum est ex Galat. v. 1. 2. 3. Verat Paulus piorum conscientias in seruitutem redigi, nempe per hominum mādata vt explicat idem Paulus 1. Corinth. 7. v. 23; ergo Pontificij Episcopi id facere non debent.

Respondet Bellarminus id intelligi de Iudæica duntaxat seruitute; non de aliis hominū præceptis. Respondeo, Generale est Pauli dictum, & præceptum: & generalis quoque est Dei sententia II. 29. v. 13: item & Christi Matth. 23. v. 9. *frustrā me colunt homines docentes mandata hominum.* Ergo falsa est Bellarmini solutio. Restrigit enim dictum simpliciter ad dictum secundum quid. Præterea ille mirè cæcutit in vero epistolæ Pauli ad Galatas sensu & scopo, quem non attingit, tractando; Caluinus autem eum scopum perdidit.

Quarta ratio nostra est ex Matth. 15. v. 9. & II. 29. v. 13. *Frustā me colunt homines docentes doctrinā,*

nas, & mandata hominum. Nihil ad tam validum aduersum se telum respondet Bellarminus, tantum obuagulator, & fugit præter casam. Videt enim eo Christi testimonio se manifestè non tantum premi, sed prorsus opprimi. Ait igitur (nam metiri mauult, quam veritati non contradicere) illic Iudaicas tantum ceremonias damnari. Respondeo fallum hoc esse. Sunt enim generalia Christi & Isaia: verba. Deinde ait iste illas Ceremonias legales fuisse contrarias Dei mandato. Imò verò, Bellarmine, erant & ipsæ Dei mandata. Deus autem nunquam secum pugnat: Ergo non erant mandato Dei contraria. Nam Deus mentiretur: quod est vel de Deo cogitare nefas. Tit. 1. v. 2. Ait iste, Istas legales ceremonias fuisse inuiles, de quibus hic agitur, utpote à Pharisæis traditas. Respondeo, Hoc esse fallum. Nam separantur legales ceremoniæ à traditionibus Pharisæorum Matt. 23. v. 23. Marc. 7. v. 4. Itaque ab Epiphinio istæ ceremoniæ traditiones appellantur, & *Δευτεράριον*. Vide Augustini libr. 2. Contra aduersarium Legis & Prophetarum. Sed de legalibus Ceremoniis nullatenus Christo cum Pharisæis, utrum essent, retinendæ, erat controuersia, quin essent à Deo præceptæ: sed de hominum solum mandatis pro Dei cultu substitutis agebat Christus, uti nunc faciunt Pontificij, & substituunt: Id quod prorsus damnat Christus. Ergo & Ceremonias Pontificias. Nam utrorumque est eadem & par ratio.

Quinta nostra ratio est, Pontificiæ ceremoniæ nunc in ecclesiam inuictæ partim sunt legales, iam abolitæ Christi beneficio: partim

Ethnicæ omnino superstitiosæ & blasphemæ: ergo sunt illæ prorsus explodendæ ab Ecclesia Dei. Respondet Bellar. Primū variè. Nā est homo iste varius, & veræ solutionis incertus. Ait igitur, Hoc etiā olim orthodoxis obieciſſe Manichæos. Deinde fateretur ingenuè ſuas, quas hic defendit cetera monias in ſignis cum Iudaicis & Ethnicis conuenire: ſed in ſine & ſignificatione diſſimiles eſſe. Reſpondeo Bellarmino. Quam vnum Dei verbum ſit veriffima veri Dei verè colendi regula, quicquid ab eo verbo diſſidet pro Dei cultu nunquam admitti debuiſſe, & merito quocumque tempore, & à quibusuis damnatum fuiſſe. Nec propterea vel Manichæi, vel Vigilantius pro hæreticis habiti ſunt, quòd in humanis cæremoniis cultum Dei poſitum eſſe pernegarent. Sed quòd à verbi diuini doctrina recederent. Finem autem eſſe diuerſum legalium, & Pontificiarum cæremoniarum, aut etiam Gentilium, nihil Pontificios excuſat. Nam Deus non modo in re & ſignificatione: ſed etiā in ſignis iſtis externis diuerſam eſſe Chriſtianam Eccleſiam & Sacramenta voluit à Iudaicis cæremoniis, & Gentilium ſuperſtitionibus. Itaque nihil aſſert Bellarminus, quòd illi vulnere ſuo medeatur. Nam ſemper illa lethalis plaga illis inheret, eos & Iudaicas cæremonias & Ethnicas blaſphemias in Eccleſiam Chriſtianam reuocare contra dictum Chriſti Iohan. 19. ver. 30, & Pauli Coloff. 8. & 17. Iohan. 5. v. 21. Signa enim iſta etiam ſublata eſſe prorsus oportuit inter Chriſtianos, ne vel Iudaizare, vel Ethnizare videantur.

Sexta noſtra ratio eſt, Conqueritur Auguſtinus

nus in epist. 119. cap. 19. de Multitudine ceremoniarum, quæ tunc erant in Ecclesia Christiana: ergo sunt illæ tollendæ.

Respondet Bellarminus. Agi de primatu solæ ceremoniis, quas sibi muliercule instituunt.

Respondet Bellarmino, Imò differit illic Augustinus de publicis, & generalibus & ubique cõmuniibus ceremoniis, quale erat post octo dies à suo baptismo terram pede non tangere, de lotionis pedum ante S. Cœnam, de cantu Psalmodiarum, de leuitio post Pascha, & cæteris huiusmodi rebus & ritibus, qui in vsu erant in omnibus pene Ecclesiis. Legatur tota illa pars epistolæ 119. ad Iuanem. Ergo falsa est interpretatio & responsio Bellarmini, & fallacia A falsa interpretatione seu Causa.

Septima nostra ratio est ex Iohan. 4. v. 24. Gal. 4. v. 3. Deus vult se coli à nobis Christianis (qui sumus ad alii) imprimis spiritu, non autem, ut olim à Iudæis, variis ritibus & ceremoniis Matth. 23. v. 30. ergo illa ceremoniarum varietas, & multiplicitas, qualem inducunt Pontificij, est fugienda & explodenda. Respondet iste variè. Primum falsam interpretationem nobis affingit, quasi denegemus Iudæis piis suam lucem: nobis autem Christianis omnia sacramenta & signa externa adempta dicamus. Hoc verò nemini nostrum unquam in mentem venit, ut vel cogitaret, nedum ut scriberet. Deinde respondet idem hinc variè & falsò, ex varia perplexaque loci Iohann. 4. v. 24. interpretatione, quam affert, eum locum modò ad Iudæos, modò ad Samaritanos, modò ad Christianos referens, iam est iste perplexus & dubius.

Falsò verò respòdet, Præcipuum Dei cultum inter Iudæos fuisse externum. Respondeo, Imò fuit Dei cultus præcipuus semper internus non externus Deut. 6. v. 4. 5. Psal 50. v. 9. 12, 13. Psal. v. 51. 19. If. I. v. 12. Semper enim Deus fuit Spiritus, & sui similis : ergo semper potissimum internum sui cultum postulauit. Verùm nostri seu hominis ratione, cultum externum instituit, & à nobis exigit. Nempe olim operosiorum, & pluribus rebus externis constantem exegit à Iudæis, velut à pueris Galat. 4. v. 3. quàm nunc & sub Euangelio exigit à nobis iam adultis 1. Corinth. 13. v. 11. Hebr. 5. v. 13. 14.

Quod autem ait iste, Omnes, qui etiam sub lege, Deum verè & interno cultu adorarunt, habuisse hoc ipsum à Christi spiritu iam in eis habitante, ac proinde iam eos ad Novi Testamenti gratiam pertinuisse, est verissimum. Verùm hoc ipsum à nostris didicit, & ex Caluini institutione lib. 2. cap. 20. Bellarminus descripsit. In cæteris est iste plus quàm puer, & infans, & ἀδελόλογος.

Octaua ratio nostra est ex Hierem. 7. v. 22. If. 66. v. 4. Rom. 14. v. 23. Nulla opera nostra probantur à Deo in ipsius cultu, nisi ab eo præcepta: ergo humanæ ceremoniæ non sunt illi gratæ, verpote hominum, non Dei præcepta & mandata.

Respòdet Bellarminus, Hoc esse falsum. Multa enim Deo placere, quæ non præcepit, velut Sacrificium Abelis (Nam reliqua Ipsius exempla sunt res indifferentes, teste Paulo 1. Corinth. 7.) quod non præceperat.

Respondeo Bellarmino, falsissima est ista Bellarmini negatio. Nam & ab Isaia cap. I. v. 11. & 66. v. 4.

v. 4. & à Paulo Rom. 14 v. 23. refutatur disertis verbis ubi nullum sui cultum sibi gratum esse affirmat Dominus, nisi quem ipsemet elegit, & instituit. Sacrificium Abelis fuit à Deo præceptum, quæ ex fide factum est, Hebr. 11. v. 45. quæ sine Dei verbo prægresso nulla est. Res autem indifferentes per se nec Deo gratæ sunt, nec ingrata: ergo neque hominum leges de iis lata, seu Cæremoniæ.

Nona nôstra ratio est ex Deuter. 4. v. 2. Proverb. 30. v. 61. Verat expressè Deus quicquam suo verbo addi, vel detrahi: Ergo præcepta hominum & cæremoniæ non sunt illi addendæ. Respondet Bellarminus ea duntaxat prohiberi addi, quæ sunt contraria Dei verbo: vetari quoque duntaxat ea detrahi, quæ sunt necessaria: cætera non item. Respondeo Bellarmino, Ista solutio est & vetus istorum & ineptus cocceyinus, & *ἀπορητικόν* inane & falsum. Nam nô solùm contraria Dei verbo addi ~~vetant~~ loci S. Scripturæ citati: sed omnino quicquam illi adijungi prohibeat. Nam quod adiungitur aut id ipsum habet, quod Dei verbum: aut aliud & diuersum quippiam. Si habet hoc ipsum quod Dei verbum scriptum, est inanis & supernacanea repetitio. Sin habet quod à Dei verbo diuersum, illud est omnino reiiciendum. Præterea plenum est Dei verbum psal. 19: nec quicquam illi, deest: aut in eo superfluit. Nihil igitur est illi vel addendum vel detrahendum. Ergo ineptum est quod obiicit & excipit iste, libros Psalmorum, Historiarum, Prophetarum præter & ad scripta Mosis fuisse additos. Illa enim omnia monumeta can-

dem doctrinam continent, quam Moses: sed eam latius partim explicant, partim confirmant nobis exemplis. In summa deus, non ex ingenij cerebro & cogitatu se coli vult: sed ex suo solum præcepto & mandato, Deuter. 12. v. 8.

Porro similitudo de Moneta regia, quæ maiori numero cudi potest, horum ceremonias non iquat. Nam quæ cuditur Moneta, semper retinet regiam notam, & eandem: & iussu regis expresso cuditur, non sine iussu. At ceremoniæ Pontificiæ nullam notam regiam, id est, deo probatam habent, & sine dei iussu promulgantur.

Decima nostra ratio est ex 2. Reg. 16. 17. & 21. ubi damnantur illi, qui nouum altare Deo edificarant, & nouum cultum instituerunt; vt Achaz & Manasse Reges, & Samaritanam populi.

Respondet Bellarminus, Hæc exempla non damnare nouum cultum, qui Deo tunc fuerat institutus: sed duntaxat idolorum cultum, qui tunc fuerat in templum Dei receptus. Respondet Bellarmino, Imò vtriusque damnatur. Et primum Nouus cultus institutus Deo etiam vero, & in nouo Altari taxatur in Achazo rege 2. Reg. 16. Nec enim dicitur Achazus idola coluisse, sed duntaxat verum Deum. Deinde Idolorum etiam cultus damnari quoque apparet & ex 2. Reg. 17. v. 29. & 21. v. 6. Nihil potuit istis tribus exemplis aptius, ac verius proferri aduersus Ceremonias Pontificias. Nam in his & nouus cultus Deo instituitur, & idola coli iubentur. Ergo bona fide hæc exempla citat, & profert D. Iohannes Calvinus.


Philippus etiam Melancthon vir piæ memoriae rectè contra istas Cereemonias humanas profert Ezech. 20. v. 32. 38. *Ne incedatis secundum cor vestrum, aut Patrum vestrorum*: item Daniel. 11. v. 39. Antichristus Deum novum, & alienum colet. Denique sic omnium gentium religiones essent colendæ, si hominum mandatis & cereemoniis colendus esset Deus. Sic Philippus in Confess. August. Artic 15.

Nec valet, quod iste responderet, Illis in locis damnari idololatriam, solùm & cultum Dei falsi. Respond. Sed & Novi quoque nã Deus novus non est Deus Galat. 4. v. 8: sicut neque is est Deus, qui alio modo coli vult, aut colitur, quam verbo Dei scripto iussum, ac disertè præceptum est.

Laus Trino, & Vni Deo.

V. iij.





AD LIBRVM VNICVM
ROBERTI BELLARMINI.

De Baptismo,

Lamberti Danaei Responsio.

Ad Cap. 1.



VOD in argumēto huius libri At-
testatur Bellarminus, se, quod de
Baptismo scripturus est, eo animo
facere, vt Conciliabuli Tridentini
de eo fidi. i Articulo erroris mani-
festissimos (qui in sess. 7. continentur) tur atur
DD. autem Caluini, & Kemnitij veram de Chri-
sti Baptismo sententiam refuter, planè se, sed in-
tempēstiuè, tam est vācōrs, forex iste suo prodit
iudicio. Declarat enim se iuratum in verba Ma-
gistri sui, Pontificis Romani, non ad veritatem
defendendam, à quocunq; dicatur, accedere:
(id quod erat & viri, & Theologi Christiani.)
Sed ad vnus illius Coitionis in Christum (quæ
Tridenti collecta est) doctrinam, qualiscunq;
sit, velut venenum, propinandam omnibus ar-
marum venire: Se Papæ mancipium esse, se lin-
guam & manum bonis illis scilicet Patribus cor-
natis venalem habere, ac iam vendidisse. Ex quo
quanta toti huic Bellarmini scripto habenda sit,
aut potius non sit habenda fides, potest statim
ab ipso huius operis initio intelligi. Quid enim
verè scribere potest is, qui se puri mendacij pa-
tronum profitetur? Quid is liberè, qui se totum
ex

ex certo quodam hominum iudicio pendere restatur?

Nos verò in nullius, præterquam vnius Domini nostri Iesu Christi, veri & vnici Ecclesiæ Doctoris Matth. 23. v. 6. verba iuramus, solam Sacri Dei verbi scripti Cynosuram & regulam sequimur, ex nullius hominis arbitrato pendemus: sed vbicunque Dei veritas elucebit, illi adharebimus partis non erranti. Nec enim ex eo numero sumus, qui cum Platone & Caluino malunt errare, quàm cum Aristotele rectè & verè sentire. Etsi enim, vt dicebat idem Aristoteles, amicus nobis est & Caluinus, & Plato: magis tamen est amica veritas.

Iam verò quid scribat iste (nihil autè, nisi quod à nostris didicerit, scribere potest) audiamus, ac perpendamus. De voce ipsa *Baptismus*, vt à Græcis sit sumpta, & in hanc disputationem peculiariter traducta (licet primaria eius significatio sit latior, quemadmodum ex Marc. 7. v. 4. Hebr. 9. v. 10. apparet) nihil annotat iste. Atqui à nostris discere debuit, & ex Henrici Stephani viri in Græcis doctissimi & Calvinistæ, id est, Christiani Lexico seu Thesauro, vt alia multa fecit, transcribere. *Βαπτισμός* autem Græcis etiam tinctio, & intinctio (quod Latine dicitur) explicatur, Isidorus lib. 6. etymolog. cap. De officiis, & sæpè Tertullianus in lib. de Baptismo, & contra Marcionem. Sed & ipse Magister sentent. lib. 4. distinc. 3. cap. 1. Item & lotio dicitur, & Ablutio, non solum immersio. Vnde illud Iouenalis Satyra 2. de Sacerdotibus Eleuinæ Cereis

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytro.

Ergo non solum baptizantur ij, qui toti aquis merguntur, aut immerguntur, ut iste putat, & seipsum inf. cap. 26. refutat: sed & qui aqua solum tinguntur ex vera Baptismi significatione, can. *De rina*, consecrat. dist. 4.

Verum ut in vocis etymo & significato erat Bellarminus: sic in causa vel effectu Baptismi Christi. Vult enim cum nobis infundere habitum Fidei, Theologicae nempe, non autem, ut puto, Civilis & mercatoriae. Hoc falso falsius est. Primum, quia non baptismus, sed ipse Spiritus sanctus infundit in nos fidem, Ephes. 2. ver. 8. Itaque transcripsit in creaturam & signum opus proprium Dei: quod est merè, & verè sacrilegium. Deinde ne ipse quidem Spiritus Sanctus in nos infundit Habitum fidei. Nam duntaxat per modum fortioris quidem, sed adhuc tamen cum infidelitate pugnantis, id est, per modum *ἐνυπακοῆς*, non autem per modum *ἡρώε* & Habitus, id est, plenè planèque victoris & superioris inest in hac vita in nobis fides, & quævis alia virtus seu Moralis, seu Theologica. Ratio est, quoniam illa, quæ in nobis insunt, per modum habitus & *ἡρώε*, vitium tibi contrarium potius expellant & extinguunt in nobis. Quæ conditio nonquam nobis Christianis contingit, quandiu in his terris vivimus, quoniam in nobis semper habitat, hic, & inest peccatum, Rom. 7. ver. 18. 19. 20. Itaque in homine renato pugnat in his terris semper spiritus contra Concupiscentiam & carnem, Galat. 5. v. 17. ex quo fit, ut neque fides, neque virtus vlla Moralis, aut Theologica in nobis etiam renatis insit hic per modum habitus

bitus: sed duntaxat per modū *ὑπερτέρας* & Continentiæ, in qua pugnāt & certat adhuc Spiritus & virtus cum suo contrario vitio, carne, & peccato. Sed hæc ignorat ille Magister Socraticus.

Quod ad Baptismi definitionem non plus ista Saperda, aut beta sapit. Primum tenent omnes suorum definitiones, Hugonis in libro de Sacramenti, Lombardi lib. 4. dist. 3. Thomæ in 3. part. quaest. 66. art. 1. Vnius autem Canisij sui sodalis & Suitæ sententiam & definitionem probat, quæ in Romanum Catechismum transcripta est, ut sui ordinis homines aliis præferret Bellarminus. Nam inter illos verum est istud vetus, *Mutuo misceabunt.*

Porro istius definitionis Bellarminianæ, *Baptismus est sacramentum regenerationis per aquam in verbo viva*, verba melius ex epistola Pauli ad Titum cap. 3. ver. 5. dicerentur sumi, quàm ex iis, quos ille citat, scripturæ locis. Expositio autem Bellarmini vitiosa est, Primum obtura est, quod vitium ab omni explicatione procul abesse debet. Regenerationem enim Baptismi cum Resipiscencia pœnitentium confundit, quæ duæ res, & Christi dona latissimè differunt, nempe definitione, Ortu (prius enim est regeneratio, quàm resipiscencia) & effectu. Nam semel duntaxat fit in nobis regeneratio, uti libro superiore docuimus cap. 22: iæ prius autem Resipiscencia, Ezech. 18. Deinde falsa est Bellarm. explicatio. Negat enim Circuncisionem, quæ fuit Sacramentum Veteris legis, fuisse signum regenerationis. Id quod est falsissimum, quia fuit in ea eadem Baptismi & Circuncisionis significatio, teste Paulo Coloss.

2. v. 11. Nam circumcisio carnis fuit signum & sacramentum circumcisionis cordis, ac proinde veræ regenerationis Deuter. 10. v. 16. Hierem. 4. v. 4.

Qui suas, suorumque definitiones tueri non potest Bellarminus, alienas tamē inuadere & refutare conatur. Atqui tua tibi prius, Bellarminè, defendenda erant: quàm nostra oppugnada. Præterea recriminatio tua non est erroris, tui, & tuorum purgatio.

Philippum arguit iste, quòd dixerit Baptismum esse signum, quo Deus nos recipit in gratiã. Hæc definitio est, vt ait Bellarmin. est generalior. Respondeo, Imò est verissima. Nam intelligit Philippus de prima nostra in Dei gratiã receptione, cuius signum & sacramētum est Baptismus, non S. Domini Cæna. Hæc enim est iam receptorum signum.

Caluinum reprehendit Bellarminus, qui lib. 4. Institut. cap. 15. ait, *Baptismus est signum imitationis, quo & in ecclesiam cooptati, & Christo iustis ostendimur.* Vult iste hanc definitionem non explicare verum Baptismi finem. Fallitur. Est nostra in corpus Christi verum implantatio, & mysticum associatio, & cooptatio, verus & proximus finis Baptismi Roman. 6. v. 4. 5. 6. 12. v. 12. Galat. 3. v. 27. Nostra verò regeneratio, ac multò magis iustificatio, sunt fines Baptismi secundarij ac remotiores Roman. 6. v. 12. 13. 5. v. 1. Ergo hallucinatur manifestè Bellarminus præ nimio suo in nos odio excæcatus.

Quod autem addit iste hanc Caluini definitionem conuenire quoque Veteri Iudæorum.

circumcisioni, quæ tamen distabat à Baptismo, nihil mouet aut turbat: Nam Respondeo Ratione ligni maximè differt Circumcisio à Baptismo, nõ autem materia, & rei, id est, Christi, & ipsius beneficiorum, ratione: verùm modo duntaxat Christi representandi Ephes. 2. v. ii. Coloss. 2. v. ii. Circumcisio enim Christum venturum: Baptismus eundem Mundo exhibitum testatur.

Quod denique Caluini definitionem etiam Verbo prædicato conuenire vult Bellarminus, errat toto cælo. Nec enim est illa prædicatio signum, quod tamen est Baptismus. Itaque quid ipse dicat, & quid dixerit Calvinus, non agnoscit vel ex ignorantia, vel ex malitia Bellarminus.

Ad Cap. 11.

Quod ad errores, qui circa Materiam Baptismi, Nimirum Aquam, nati sunt nos & Manicheorum, & Montanistarum: & Seleucianorum, & Iacobitarum, & Paulicianorum heresim detestamur, qui vel omnino Aquam in Baptismo negant adhibendam vel pro ea cauterium in fronte sumunt, vel Diaboli opus esse putant Aquam, eamque oderunt.

Lutheri sententia vera est, qui respondit Aqua balneari, id est, Thermarum fieri posse Christi baptismum. Nec enim aliam Aquam balnearem intelligit Lutherus, Nempè naturalem, qualis est sulphurea, alluminosa, & calida. Id quod etiam & Durandus libr. 4. Sentent. Dist. 3. Quæst. 4. N. 8, & Scotus ibidem quæst. 30. Quod additur sentiunt, & omnes Scholastici. Itaque Lutheri sententiã circumscribit, qui balnea hic medicinalia, non autem naturalia, quales Baia

& Therma, intelligit malitiose. Nam de balneis naturalibus locutus est Lutherus.

Locum Ioan 3. & Matth. 3. v. 11. pessimè interpretatur Bellarminus, ut eam iam antea sæpe docuimus: sed hunc docere velle, est laterem laurare, vel Æthiopem dealbare, veile Hier. 13. v. 23, id est, oleum & operam perdere. Quid vero ineptius est, quam ignem Spiritum sanctum (quem intelligit Iohannes Baptista, teste Christo Act. 1. v. 5.) interpretari insulse de Igne Purgatorij, vel de Afflictionibus, & diuino iudicio, quemadmodum Bellarminus facit?

Ad Cap. III.

Quas hæreses in forma baptismi olim introduxit Satan, quid aut nec hic prolixè commemorare, & quemadmodum facit, Bellarminus multas in his inanibus rebus paginas consumere, & tamen hæreses ex istis nullas refutare? quum, summi Dei Optimi Maximi beneficio, iam omnes quieuerint, ac sopitæ sint? Sed iste nostro otio ad suæ ambitionis fastû abuti voluit, ut nos agnosceremus hunc optimum hæreseoncaralogistan, & renouatorem esse. Sed cui bono? Ergo insensatorum istorum, de quibus est in can. 49. Codice & canone Græco Apostolorum, error item Paulistarum, Gnosticorum, Cataphrygum, Arianorum, de quibus Irenæus lib. 1. cap. 18. Innocentius 1. epist. 22. cap. 5. Nicephorus lib. 13. Historiæ cap. 35. & aliorum à nobis prorsus damnantur, velut Eunomianorû, qui Arianismi sustentus fuerunt Socrat. lib. 5. cap. 23.

Quod autem tertius iste de cælo Cato & censor Græcos damnat, quòd sic baptizarent, *Baptizantur*

zetur. N. servus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, temerè facit. Nam Concilium generale Lateranense hunc ipsum ritum probat, & manifestè cap. *Licet Græcos*, Extra de Baptismo: ac proinde Bellarmini sententiam tollit, ac damnat. Sed fingere hæreticos, qui non erant, est Bellarmini.

Sic calumniosè hic idem Bellarminus, Lutheri, Zuinglij, Brentij sententiam taxat. Illi enim & rectè, & verè senserunt præceptum Christi de baptizâdo in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti nos non alligare ipsis illis, quibus est usus Christus, syllabis, & earum numero: s. d. doctrinæ tantum & fidei veræ in Nomen seu numen Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nam & ipsimet Apostoli huius præcepti Christi optimi certè quidem interpretes ab his syllabis, & eorum numero discesserunt: nequaquam verò ab huius præcepti doctrina. Baptizarunt enim in nomē Christi Act. 8. v. 16. 10. v. 48. 19. v. 4.

Sed quid mirum est, si nostros reprehendit bene sentientes, quum ne Patribus quidē Catholicis: sed nec suis Cacolycis parcat rabiosus iste canis: Imò nec Pontificibus suis, nec Magistro ipsi Sententiarū. Arguit igitur Ambrosium lib. 1. de Spiritu S. cap. 3, Bedam in cap. 10. Actorum, Bernardum epist. 340, Hugonem lib. 2. de Sacramentis parte 6. cap. 2, Nicolann Papam can. *A quodā Iudæo*, consecr. dist. 4, Lombardum lib. 4. dist. 3. c. 2: quòd modò sententia Christi retineretur, de syllabis, & ipsa expressione Patris, Filij, & Spiritus sancti non curarunt.

Huic autem sententia, & tot hominū iudicio

Marcus iste Dama suam duntaxat, & sui Thomæ in lib. 4. dist. 3. artic. 2. opinionem opponit. At ego huic & superiores omnes, & Durandum lib. 4. dist. 3. quæst. 2. obiicio Thoma doctiorem.

Cæterum de verbis istis, & syllabis, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, quarit anxie Bellarminus toto reliquo capite, quoniam, Magorum more, in syllabis certis, earumque demurmuratione vim & efficacitatem Baptismi collocat: quanquã hæc omnia sunt vetera ex Thona repotia, & crambe insipida.

Atqui ipsemet Bellar. quoque fatetur col. 230. L.C. non verbi diuini autoritate, sed solo hominum (quos appellat Ecclesiam) iudicio fundari & niti suam sententiã, ac proinde syllabis istis præcisè neminem alligari. Itaque seipsum statim refutat: quo quid in homine Theologo turpius?

Rationes tamen hominis perpendamus. Ait præcisè addendum esse pronomen, *Ego*, dum datur Baptismus. Si quis enim dixerit simpliciter *Baptizo*, non adiuncto hoc pronomine, *Ego*, non esse legitimum & Christi baptismum. Huius opinionis suæ confirmationem petit ex Alexandri III. impurissimi Pontificis & hominis dicto cap. 1. extra de *Baptismo*.

Respondeo, Atqui ex Dei verbo scripto confirmationem huius sententiæ Bellarminianæ expectabant viri pij, & ego quoque. Verum ea probatione destituitur, & nulla est. Dico igitur pronomen, *Ego*, non esse necessarium præcisè necessitate. Primum, quia verba ipsa Christi hoc non iubent, & habent Matth. 28. v. 19. sed solum Christus ait *baptizantes*. Deinde quia supprimit orator

tor quæ rusticus addit ineptè, & significatio verbi *Baptizo*, satis intelligitur absque pronomine *Ego*. Tertio, quia hac locutione tam præcisa videtur dignitas baptismi tribui Ministro. Itaque Græci eam baptizandi formulam refugiunt, & planè reieciunt. Quarto, quoniam auctoritates doctorum pugnant cum hac sententia can. *A quodam Iudeo*. consecrat. dist. 4. ubi *Ego* non additur. Thomas, unde iste sua omnia descripsit, in 3. par. q. 66. art. 5. ad primum, *Ego*, ait, *non est de substantia forme*. Glossæ ad cap. 1. ext. de *Baptismo*. Quinto Græcorum baptismi reprobaretur, qui non addunt hæc verba, & tamen valet, atque est legitimum. Denique can. *Multi*, & can. *In Synodo*. consecrat. dist. 4. requiritur quidem mentio Trinitatis: sed non pronominis *Ego* pronuntiatio præcisa.

De voce, *Te*, illa additur, ut persona designetur, & que certa, que baptizatur. Applicare enim debet singulis Sacramenta Dei promissiones, quæ generaliter in ipsius verbo continentur, & proponuntur omnibus. Nec obstat quod plures simul ab Apostolis baptizati dicuntur, non autem singuli Act. 2. v. 41. Respond. enim contra Thomam in 3. par. q. 66. artic. 5. ad 4. singulos seorsim fuisse baptizatos ab Apostolis: non collectim & simul oēs vnico Baptismi actu. Nec aliud probat c. *Debuit*. ext. de *Baptismo*. De trib. personis diuinis iam diximus, doctrinam puram de S. & B. Trinitate retinendam esse: syllabas tamen ipsas non efficere in nobis remissionem peccatorum, ut illi puram, nec ad eas absoluta necessitate nos adstringi. Nam quemadmodum Dominus noster Iesus Christus dedit nobis in oratione Dominica formulam bene precandi: Verbis tamen eius, aut syllabis nequaquam nos alligauit.

sic in Baptismo formulam, & summam doctrinæ, quæ sequenda est, præscripsit, verba tamen ipsa aut syllabas nobis minime imperavit. Tutius autem & omnino melius faciunt, qui ea retinent absque superstitione, nec in iis magicum quidpiam, quod faciunt Papistæ, & effectuum fingunt. Sic sunt intelligendæ autoritates, quas hic citat Bellarminus canon. 49. Apostolos Iustini in Apolog. 2. Athanasij Sermon. 3. contra Arian. canon. In Synodo Consecrat. Dist. 4. Basilij lib. de Spir. Sancto cap. 12. Didymi lib. 2. cap. Damasc. lib. 4. cap. 11. Ambrosij 1. lib. 2. de Sacrament. cap. 5. Augustini de Baptismo lib. 6. cap. 25. Innocentij epist. 22, Leonis epist. 4: quæ pro nobis faciunt, non pro Bellarmino, loci ipsi autorum inspiciantur.

Quod autem Bellarminus respõdet ad exemplum Apostolorum, qui dicuntur baptizasse in nomen Iesu, aut Christi Act. 8. v. 16, 10. v. 48, hoc totum ineptum est. Primum incertum illud ipsum habet, quod respondet, Bellarminus. Nam variè respondet, Ne npe modò Apostolos id habuisse ex peculiari reuelatione, vt in Christi nomen baptizarent: modò non habuisse. Deinde aut Credibile non est Apostolos, sic baptizasse. Tertio vult falsum esse, quod de iis scribit aperte Lucas, Negat enim Bellarminus Apostolos vnquam sic baptizasse: sed præcisè syllabas, quibus vsus erat Christus, retinuisse. Itaque omnino impius est iste, qui neget id, quod S. Scriptura disertè affirmat, verum esse. Hilarius autem in lib. de Synodis, Basilij lib. de Spiritu Sancto cap. 12, Fulgentius lib. de Incarnatione cap. 11, nostræ

nostræ sententiæ assentiuntur, Apostolos nempe
solius tunc Christi disertè meminisse: Bellarmi-
no verò planè contradicunt. Quicquid autem
hic multis habet iste verbis, ex Thomæ Quæst.
66. Artic. 6. in 3. parte transcriptum habet inani-
ter, & sine iudicio.

Denique ad id, quod ait iste, trium diuinarum
personarum mentionem expressè in Baptismo
fieri oportere, ad id respondeo, inquam, Hoc ve-
rum esse ratione doctrinæ, & fidei, quam bap-
tizandus aditus habere debet: atque etiam Mini-
ster, & forma seu verba Baptismi: non autem ra-
tione syllabarum ipsarum, quemadmodum vult
iste, qui magicâ efficientiâ illis tribuit, quod est
impium. Ergo B. Trinitas & explicari & com-
memorari in Baptismo debet, sed magicus sylla-
barum numerus propterea minimè probandus
est.

Ad Cap. 1 v.

DE necessitate Baptismi agit hoc loco Bel-
larminus, quam præcisam & absolutam
facit, ut quis seruetur, errores nempe suorum
securus, qui Dei optimi Maximi (qui est liberti-
mum agens) gratiam baptismo, id est, operi isti
operato alligant, & nefariè adstringunt.

Pelagianos verò hereticos sine circuitione
damnamus, qui paruulos baptizari debere ne-
gant. Nam eos originali peccato carere conten-
dunt. Impiè, & falso, Roman. 5. v. 12. 13. 14. Sed &
eos quoque execramur, qui absolutam Baptismi
necessitatem inducunt, quasi sine eo nemo saluus
fieri à Deo possit. Dei enim gratiam adstrin-
gunt Baptismi actioni, aut signo. Id quod faciunt

Pontificij: Nos autem sic ex Dei verbo docemur, Contemni quidem Baptismum Christi sine scelere nefario non posse absolutè tamen ad salutem negamus necessarium esse.

Contrà igitur Bellarminus contendit. Eius rationes audiamus, Primùm affert can. 2. Sess. 7. Tridentini Conciliabuli, quod statuit Baptismum ad salutem esse necessarium. Respondeo, Si necessariã *κατά τινι* intelligit synodus illa, rectè. Nam & nobiscum facit, & Ioue indicat æquò. Sin autem vult Baptismum esse *ἀπλῶς* necessarium, malè sentit: Nam necessitas est Baptismi, ne contemnatur: nulla est autem illius necessitas absoluta, vt quis à Deo salutem consequatur & adipiscatur.

Deinde affert locum ex Iohannis Evangelio cap. 3. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non potest introire in regnum Dei.* Itaque vti cibus est medium, ait iste, ad hanc vitam tuendam necessarium: Pharmacum ad bonam valetudinem recuperandam: serpens æneus olim ad iectus aliorum serpentum lethales in deserto mandos Iohan. 3. v. 14. Numer. 21. v. 9: sic aqua Baptismi est ad salutem, & peccatorum remissionem necessaria. Sic Bellarminus.

Sic ego Bellarmino, Ergo Aqua Baptismi non est per teipsum *ἀπλῶς* ad salutem necessaria. Nam neque cibus ad vitam hanc corporalem omnino necessarius, iuxta dictum Christi, *Non in solo pane vivit homo.* Matth. 4. v. 4. Deuter. 8. v. 3. neque pharmacū omnino ad sanitatem recuperandam necessarium. Præterea falsum est sic Aquam baptismi esse instrumentum nostræ salutis.

tis, aut iustificationis sicut panis, & pharmacum sunt instrumenta, ille vitæ tuendæ, hoc sanitatis recipiendæ. Est enim Aqua Baptismi obsignatio & sigillum solum, vti superioribus libris docuimus. Itaque nullam ad iustificationem gignendâ vim & efficientiâ habet. At illa alia sunt verè instrumenta. Quamobrem Deus illis aliquam efficientiâ & virtutē contulit, & iniecit Psal. 105. v. 16. Leuit. 26. v. 26. Denique locus Iohannis tepius iam à nobis est explicatus. Particula enim, *Et*, est accipienda pro disiunctiva, *Aut*, velut Matth. 12. v. 37. & Marc. 16. v. 16. vult enim Christus, nisi quis fuerit si potest, Aqua, vel spiritu renatus non fore saluū. Nam electi ratione *evdœxiæ* Dei, non vi aque baptismatis seruântur, Bernard. epist. 77. Basilius lib. de Spiritu Sancto cap. 12. Denique exemplum latronis Luc. 23. v. 43. nostram sententiam confirmat.

Alię autem huius loci Iohannis interpretationes quas ex Caluino. P. Martyre, Ulrico Zuinglio, vel ostentationis, vel carpendi & calumniationis tantum gratiâ commemorat Bellarminus, sunt omnes tolerabiles. Legantur illæ apud suos autores, vbi ratio redditur expositionum istarum luculentissima à singulis illis Ecclesiæ Christianæ luminibus. Nos enim extra oleas (quod facit iste, vt paginas impleat & à typographis maiorem pecuniæ summam exigat) vagari nolamus.

Quod autem Bellarminus tam præcisè vult & vrget locum Iohannis 3. v. 5. de Baptismo Aquæ ade intelligendum, ratio est, Quod si huic vnicū istam locum ademeris, nullam aliam, vel proba-

bilem in speciem, sui erroris de necessitate Baptismi tuendi rationem habet. Ergo agat Christus, ut etiam hoc benigne largiamur Bellarmino, de baptismo per vocem *Aqua*: non tamen propterea vera est Bellarmini collectio. Nec enim quilibet Baptismus saluat, etiam in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti datus: sed is solum, cui coniunctus est Spiritus Sanctus, id est qui fit *Aqua & Spiritu*. Hic enim solus regenerat Iohan. 3. v. 6. 7. 8. Ergo neque ex *Aqua* illa, neque ex actione & applicatione ipsius aquæ pendet nostra renascentia: sed ex Spiritu Sancto: ac proinde Nulla est præcisa istius Aquæ adhibendæ necessitas ad salutem consequendam.

Obiicit contra Bel'arminus quædam ineptæ & ἀσυλλογιστικά, Nempe, Sic interpretantur Patres, Respondeo, Nonnulli duntaxat, non omnino velut Chrysostomus, Basilus. Ait iste, *Aque* vox illic in proprio significato est accipienda. Respondeo, Accipiatur, propterea tamen ista necessitas non inferitur, quia baptismalis *Aqua* neque ut causa efficiens Iustificationis, neque instrumentalis requiritur: sed duntaxat ut obiectivum sigillum. Deinde illud non est necessarium, sine quo aliud effici potest, & efficiatur. At latro in cruce cum Christo pendens Luc. 23. v. 43. & plerique alij sine baptismo aquæ iustificati sunt: ergo ille non est ἀπλῶς ad nostram cognitionem Deo iustificationem necessarius, ut iste falsò existimat. Quare metaphoricam interpretationem huius vocis *Aqua* tollimus, quia sic iste vult necessitatem tamen Baptismi propterea non colligimus: neque colligere quisquam potest.

Ait iste, Patres plerique senserunt Paruulos, qui sine baptismo moriuntur, esse damnatos, quales Syricius epistola I. Innocentius I. epist. 26. Leo I. epist. 80. Nam alios Patres, qui ante Pelagianos vixerunt, falsò in suam sententiam & pro se citat Bellar. & obtorto, collo in suas partes rapit.

Respondeo Patres, qui ante Pelagianorum errorem exortum exiterunt. (Hi enim paruulis baptismum denegarunt) de præcisa baptismi etiam in Paruulis necessitate ne cogitarunt quidem, Qui autem post eam hæresin excogitatam vixerunt, quiddam scripserunt quod in suas partes iste rapiat. Verùm dum errorem Pelagianorum vitare cupiunt illi, in alium, & eum quidem non minus perniciosum, inciderunt, quòd se intra verbi diuini metas non continuerunt. Nam rectè ille, dum verant stulti vitia in contraria currunt. Itaque Augustini lib. 3. de Orig. Animæ cap. 9. & in epist. 20. dictum, item Ambrosij lib. 2. de Patriarch. cap. vlt. Hieronym. lib. 3. contra Pelagianos. Prosperi lib. 2. de vocat. Gent. cap. 8. sic intelligendū est, vt Pelagianorū error duntaxat ab iis dānetur: non autē vt alioqui præcisa vltima baptismi necessitas statuatur, sicut mentē eorū non intelligens vult, & colligit hoc loco Bellar.

At argumentatur, ait, ex nostro ipsorū fundamento, vt nos opprimat. Scribit enim nos velle, quia filij sanctorū nascuntur sancti, baptizari. Respondeo, Non nos, sed Deus ipse hoc vult Gen. 17. v. 7. & 12. I. Cor. 7. v. 14. Ezech. 16. v. 20. Nā sicut circumcidabantur fidelium sub lege paruuli, quia sancti erāt, & in Dei fœdere generaliter cōprensenti: sic sub Euangelio baptizantur paruuli

fidelium iam baptizatorum, quia sunt sancti, id
 est, in Dei fœdere generaliter comprehēsi. Quid
 & verius, & similius? Ad hoc perspicuè respon-
 deat Bellarm. non tergiversetur, non præter ca-
 sam fugiat, quod facit, ut P. Martyris verissimas
 sententias circumscribat. Docet enim P. Martyr
 baptizari fidelium Christianorumve Infantes ex
 Dei præscripto, *Ego sum Deus tuus, & seminis tui*
post te, Genes. 17. v. 7: huius tamen baptismi effe-
 ctum ad solos tamen eos pertinere, qui sunt ab
 æterno à Deo electi, seu ad salutem prædestinati.
 Bellarm. autem ut tam bonam sententiam cor-
 rumpat confundit fundamentum dandi baptis-
 mi cum fundamento recipiendi illius effecti, &
 fructus, tam est ineptus & ignarus Theologus.

Quod calumniator iste fingit. Velle nos ba-
 ptizari Infantes, quia peccatum Originale non
 habent, mentitur sciens. Nam col. 236 L. A. ipse
 fatetur nos agnoscere peccatum originale in In-
 fantibus. Quod scribit iste, si Parvuli sunt sancti
 ex nostra sententia, ergo eos peccatum, & creatum
 non habere, stipitem se, non hominem esse cla-
 mat, sed tamen ingratiſſimum *ἄριστον ἀπέρον ἐ-
 δούτων*, & bipedum omnium. A nostris enim di-
 dicit locum Psal. v. 7. Rom. 5. v. 12. Ephes. 2. v. 3. ad
 omnes, & singulos homines, excepto vno Do-
 mino nostro Iesu Christo, pertinere: non à suis
 hoc habet, qui & Iohannem Baptistam, & B. Ma-
 riam, & Hieremiam & alios, ab hac generali ma-
 ledictione peccati, & regula excipiunt in Christi-
 anismum. Deinde ignorantissimus est Vo-
 purum & immunem à peccato, & vitæ æternæ
 deſt

destinatum ex speciali Dei electione. At vox illa *Sanctus*, & hic, & 1. Corinth. 7. ver. 14. usurpata de paruulis significat Deo destinatum, & separatū generaliter, ne de numero profanorum hominū & Ethnicorum illi censeantur: sed vt in Dei fœdere generaliter contineri appareant. Sic vox *Sanctus* sumitur pro re Deo destinata, & nō profana velut cū vasa Templi sancta, non profana censebantur Levit. 12. v. 11. 2. Reg. 23. v. 14. Esd. 1. v. 7. Ergo fiunt homines per baptismum Christiani, vt ait rectè Tertullianus in Apologet. cap. 17. Hieron. epist. 7. id est, manifestantur per baptismum qui sunt in Dei fœdere comprehensi, & tales per baptismum agnoscuntur ab aliis. Itaque mihi esset iste hoc loco velut planè nouitius in Theologicis, prorsus instituendus, tam est Asi-nus. Habent igitur fidelium Paruali & peccatum originale, & eius peccati reatum. Vtrumque tamen per Christi sanguinem iis condonandum promittit generaliter Baptismus: peculiariter autem ista generalis promissio Dei tuum effectum habet in solis Electis. Intelligis ista, Bellarmine? an mihi quoque docendus adhuc es? Si nondum hæc didicisti, Vade ad scholam, & S. Scripturam, vnaque nostrorum libros diligenter euolue.

Sed qui neque se, neque rem ipsam de qua agit, neque nostros intelligit Bellarminus, nostra tamen argumenta tollere & euertere conatur: verum non potest Nostrorum igitur argumētum.

Primum est ex Genes. 17. v. 7. Deus pollicetur se fore suorum fidelium circumcisorum Deum, & feminis eorum: Nos autem in Circuncisorum

fidelium locum successimus: ergo est & noster Deus & seminis nostri, id est, nostrorum liberorum, atque illi ad Dei fœdus pertinent, & iisdem peccatorum remissio promittitur, ac proinde illius signum accipere possunt, ac debent Roman. 9. v. 8. Act. 10. v. 17. Respondet Bellarminus eam Dei promissionem nihil agere de peccatorum remissione: sed dūtaxat protectionem corporalem Abrahami, & ipsius familiae promittere, eamque terrenam. Præterea idem negat eā promissionem ad nostros liberos infantem pertinere, quia nondum credūt. Sola autem fide fiunt filij Abraham.

Respondet, Contradicit manifestè Paulo Bellarminus. Nam Paulus 1. Corinth. 7. vers. 14. & 15. illam Dei promissionem, quæ est Genes. 17. v. 7. applicat Infantibus fidelium etiam nondum natis, quos tamen iam esse sanctos ait, & in Dei fœdere comprehensos. Unde apparet fallum quodque, quod ait iste, tunc demum paruulos cœteri filios Abrahami (si sunt filij fidelium ex Gentibus) postquam credere inceperunt. Nam eo ipso, quo sunt concepti & semen baptizati hominis facti, momento incipiunt ad Dei fœdus pertinere, & sancti cœseri, quod idem est, vt à profanorum filiis distinguantur, & vt baptizari præterea possint. Quod autem ait iste Verba hæc, *Ego sum Deus tuus*, &c. solùm terrenam promissionem continere, est Seruetanum, nefarium, & iam à nobis refutatum ex epist. ad Hebr. cap. 11. vers. 8. 9. Psalmor. 39. versic. 13. Matthæi 22. vers. 32.

Secunda ratio nostra est 1. Corinth. 7. vers. 14. Paulus

Paulus ait filios fidelium esse sanctos, & in Dei fœdere comprehendi: ergo nos cum Paulo sentimus qui Infantes baptizatorum Patrum tales esse dicimus, & baptizari posse & debere contendimus.

Respondet Bellarminus, Primum negando agi illic de vlla sanctificatione, quæ ad Baptismi causam pertineat, quoniam ibidem Maritus infidelis sanctificari per vxorem fidelem dicitur, id quod ad baptismum nullo pacto spectat, ac pertinet.

Respondeo, Malè locum de sanctificatione liberorum ex fidelibus parentibus natorum interpretatur iste. Illa enim sanctificatio est associatio externa ad populum & Ecclesiam Dei, & in fœdere Dei comprehensio propter generalem Dei promissionem, *Ego sum Deus tuus, & seminis tui:* ex huiusmodi autem sanctificatione & comprehensione rectè colligitur eorum hominum aptitudo ad Baptismum suscipiendum. Nam qui ad Dei populum & fœdus pertinet, ille huius fœderis signum, nempe baptismum, accipere merito & debet, & potest. Quod autem dicit Paulus Maritum infidelem sanctificari, per coniugem & vxorem fidelem, non de eadem sanctificatione intelligitur: sed duntaxat de sancto vsu & licito huiusmodi coniugis infidelis per vxorem fidelem ad procreandos liberos, etiam sanctos Deo, id est, ad Dei fœdus pertinentes. Ergo ex sanctificatione liberorum rectè baptismus colligitur: ex sanctificatione Maritorum non item. Nam diuersa est ibi & alia significatio sanctificationis vtriusque August. lib. 2. cap. 26. de Meritis Peccator.

Deinde Respondet Bellarminus variam esse huius loci Pauli interpretationem. Alij enim eam sanctificationem referunt ad Politicam sanctitatem, quia filij ex tali coniugio, quod legibus probatur nati sunt legitimi, non spurij. Alij referunt ad piã & honestã institutionẽ & educationẽ, quã liberi vel ex vno parente fidei nati, ab eo accipiunt. Tertij referunt ad imitationem. Infidelis enim coniunx discit exemplo piæ vxoris Deum colere, & eam imitatur, & sanctẽ coniugium suum colere. Respondeo, Quorsum ista? Nempe vt ingeniam iste ostendet suam, hominum animos & fidem turbet, & nihil certi in Dei verbo scripto esse probet, ac proinde relinquat nos omni ex parte vacillãtes & fluctuantes quouis vento doctrine, & dubios, quod verat D. Paulus Epes. 4. v. 14. Verum alij iã ex nostris istas interpretationes omnes examinarunt nec ad istum rhombũ Bellarmini pertinet. Nostra verò interpretatio & vera est, & eum planè iugulat quam tamen non cõfutat: & ex ea verè baptismi applicatio, quæ fit Paruulis fideiũ, colligitur. Ex maritorũ verò sanctificatione, quæ tantum ad vsum coniugij legitimum pertinet, non potest colligi.

Tertia nostra ratio est. Profanatur baptismus, qui est signum fœderis Dei generalis, si illi confertur, qui non est in Dei fœdere. Respondet iste negando solùm profanari. Imò contrã affirmat iste, tales per baptismum illis datum fieri coram Deo puros. Respondeo illi, Quod contra Dei verbum fit, non purificat, aut mundat, quia inobedientia est, & peccatum quicquid fit sine fide Roman. 14. v. 23. 1. Samuel. 15. v. 23. At sine Dei verbo

bo & fide, imò contra Dei verbum datur ei baptis-
mus, qui non est in fœdere Dei: ergo ille Ba-
ptis- mus tales non purificat, aut mundat.

Quarta nostra ratio est, vti non erat malè o-
minandum de Iudæorū liberis, qui ante octauu
diem, quo circumcidi debebant, moriebantur:
sic neque malè ominandum nunc est de liberis
fidelium, si, antequam Baptismum in ecclesiæ
cœtu accipiant, decedant.

Nihil hic respondet Bellarminus. Tantum
vult fuisse aliquid aliud contra peccatum origi-
nale Iudæis remedium præter Circumcisionem:
sed in eo diuinat. Negat idem Circumcisionem
datam Iudæis fuisse in peccatorū remissionem,
contra Paulum Coloss. 2. v. 12. Denique fallitur,
qui putet appl. cationem ipsam Christi, & eius
beneficiorum fieri per signum Aquæ, quod il-
lius applicationis tantum est obsignatio: Spiritus
autem sanctus illius est autor & applicator 1.
Petr. 1. v. 2.

Quinta nostra ratio est, Si baptismus esset ab-
solute ad salutem necessarius, omnes perirent,
qui moriuntur non baptizati: Atqui hoc falsum
apparet in latrone Luc. 23. v. 43. Nihil Respondet
Bellarmin. ad rem. Non esse de illis iudicandum,
à nobis duntaxat balbutit, nihil præterea. Re-
spondeo, Hæc Bellarmini responsio nihil valet.
Negat enim necessarium consequens ex sua sen-
tentia, Quod est absurdissimum. Nam si quem-
admodum ipse sentit & scribit, baptismus est
omnino necessarius ad salutem, sequitur neces-
sario omnes esse damnatos, qui sine baptismo
moriuntur. Itaque Mitiones isti, imò crudeles &

serui homines Paruulis sine baptismo decedentibus locum miserimum extra Paradisum fabricarunt, in quo in æternum Paruuli absque Dei visione detinerentur, vti ex primi Tomi disputationibus apparet.

Ad Cap. v.

Totum hoc Bellarmini caput est nugamentum ex superiore ipsius errore de necessitate baptismi nascens. Nam naturale est, vt error ex errore nascatur & pullulet. Minus tamen nugatur Thomas, qui in 3. parte quæst. 66. Artic. 2. breuiter hanc totam quæstionem tractat, & superiorem quoque. Eò spectat iste in toto hoc capite, vt & ingeniū ostētet suū, & fidē Christianā de baptismo Christi fundatissimā, si potest, concutiat, & Magistrum sententiarū lib. 4. Dist. 3. cap. 6, & omnes, qui cum eo sentiunt flagellet, qui de Institutione Baptismi nihil certè definiūt, flagellet, inquam tanquā homines ignarissimos. Iste igitur Theologus Suita & Resolutius, (cæteris suæ scholæ sterrentibus) hanc controuersiam non ex Dei verbo, sed dictatoria potestate definit, Ineptè tamen & dubitanter.

Nec verò, vt ista veritas, Nempe *Baptismus Christi ante ipsius passionem fuit institutus* stabilietur, Bellarmini rationibus egemus, quia sunt falsæ. Prima, quòd fingit iste baptismum Iohannis fuisse vacuum Spiritus Sancti gratia. Id quod Marcus cap. i. v. 4. refutat. Effectum enim baptismi Iohannis, vti & Christi, fuit peccatorum remissio, & vitæ regeneratio. Secunda istius ratio falsa quoque est. Fingit enim Iohannis baptismum reperi potuisse. Quod esse falsum postea proba-

probabitur. Tertia ratio quoque falsa est. Fingit enim vim sanctificandi Animas nostras in ipsam Aquam fuisse & manere infusam, & inhærentem. Quod est Dei opus adscribere terreno elemento.

Secunda istius thesīs est inanis, Fuit enim institutus baptismus Christi ratione quidem effectus & fructus, ab eo statim momento, quo Iohannes à Deo missus est, ut baptizaret, Iohan. I. v. 33. Itaque Evangelium dicitur cepisse à prædicatione & baptismo Iohannis, non Christi, Marc. I. v. 4, & Christus, ipse baptismo Iohannis baptizatus est, antequam baptizaretur, iam instituto, & recepto. Matth. 3. v. 13. Ratione formæ & verborum, (etsi quod ad Aquam, & actionem immersionis eodem modo Iohannes, & Christus per Apostolos baptizabant Iohan. 4. v. 2.) Verba tamen utriusque baptismi diuerſa in eo & hæcenus videntur fuisse, quod Iohannes baptizaret in Christum mox mox patefaciendum: Apostoli iam Mundo exhibitum. Matth. 3. v. 11. Iohan. I. v. 30. 4. v. 1. Hæc omnia facillima, & verissima tamen ignorat homo & Theologus, ut creditur iste, hebes.

Tertia thesīs est, baptismum Christi ante ipsius passionem non fuisse medium ad salutem necessarium. Respondeo, Sed neque post eius passionem. Eodem enim modo, ratione efficietis & causæ, Deus & sub lege, & sub Evangelio salutem fidelium operatur nimirum per fidem in Christum Hebr. II: etsi ratione signorum, diuerso modo eam salutem Iudæis & nobis obgnabat. Et quod ait iste dictum Christi, Iohan. 3. v. 5,

Nisi quis renatus fuerit Aqua & spiritu, tunc demum locum habere cepisse, postquam Christus mortuus est, est hoc quouis falso falsius. Cepit enim ab initio mundi vis istius Christi sententiæ. Nemo enim vnquam renatus est, & seruatus, qui non spiritu Dei fuerit renatus, & resecutus, Psalm. 51. vers. 12.

Quarta istius thesis, Necessarium nobis esse cepisse Baptismum post Christi passionem quidem: sed demum post diem Pentecostes. Hæc thesis est falsissima in vtraque sui parte, Itaque nullo loco S. Scripturæ ab hoc homine probatur, sed tantum ineptissime ex Conciliabulo Tridentini Sess. 6. cap. 4. & Thomas asseritur in 2. parte quæst. 90. Artic. 4. Denique quod ait iste legem Dei ceremoniale, quod ad vsum, durasse durat usque ad diem quinquagesimum à die resurrectionis Christi, est omnino falsissimum. Ceremoniarum enim legalium vsum duravit etiam usque ad templum Hierosolymitanum destructum, teste & Hieronymo, & Augustino, pene usque ad annum 40. post passum Christum.

Ad Cap. vi.

Vtrum sint tria Baptismata Christi, quæstio est. Bellarminus esse vult tria ex suorum errore. Nam quum illi contra Dei verbum semel statuissent Aquæ Baptismum esse simpliciter ad vitam æternam necessarium: Multi verò etiam adulti, & verè in Christum credentes & Martyres sine huiusmodi Baptismo morerentur: inuentum est tandem hoc σοφὸν φάρμακον, Videlicet Aquæ baptismum suppleri per alia duo baptismi genera, quorum Vnum diceretur Martyrium seu bapti-

baptismus Sanguinis: alterū, Pœnitentia seu baptismus Fluminis. Inde triplex Christi baptismus cōstitutus est contra Dei verbum, Nempe baptis-
mus Fluminis, siue Aquæ, Sanguinis & Flumi-
nis, Omnes enim isti baptismi desinunt in *is* syl-
labam: quemadmodum omnes hymni in Pon-
tificiorum templis post Pascha vsque ad Pente-
costem finiunt in Alleluia.

Quod autem ait iste M. Kemnitium probasse hæc tria baptismi genera, est putidum Bellarmi-
ni mendacium, vt apparet in 2. parte Examinis
Tridentini Concilij pag. 19. & 20. in magno vo-
lumine. Nā neque Lombardus toto libro 4. hæc
tria baptismi genera recenset: neque Thomas in
3. parte quæst. 66. Artic. II. agnoscit hæc duo po-
steriora esse Sacramenta, vel cum baptismo cō-
uenire ratione signi. Durandus in lib. 4. dist. 4.
quæst. 8. N. 6. sic apertè ait, *loquendo propriè & sim-
pliciter de Baptismo, solum est vnus Baptismus.* Hoc
temerè collegit igitur Gratianus in can. *Baptismi
vicem.* De consecrat. distin. 4. ex August. lib. 4. de
baptismo. cap. 23. Gratiani errorem secuti sunt
postea Scholastici sine iudicio. Itaque nullum
pro duobus istis Baptismatis generibus proban-
dis ex S. Scriptura locum afferunt: sed suorum
tantum, id est, cæcorum proferunt iudicia. Nam
& ipsemet Bellarm. thesi sua prima hic, secunda,
& quarta apertè limitationem addit, dum ait,
*Martyrium est quodammodo baptismus, item, Pœ-
nitentia saltem in necessitate supplet Baptismum.* Ex
quibus ipseus verbis apparet ista duo baptisma-
ta degradari, & expungi ab hoc ipso Bellarmi-
no. Denique autoritates Patrum, quas hic citat

iste, partim sunt ab ipso manifestè detorta, velut dum Cyrillum citat Catech. 3. Nazianzenum oratione in Sancta Lumina, Damascenum lib. 4. Orthod. fidei cap. 10. partim sunt solum rhetoricationes in laudem & encomium Martyrij, quibus illi Patres homines excitant ad Martyrium: quas rethoricationes iste pro fidei Articulis & assertionibus Patrum pueriliter iunxit. Sic Augustinum deprauat lib. 13. cap. 7. de Ciuitate Dei, & epist. 108. Tertullianum in lib. de Baptismo, Cyprianum Exhortat. ad Martyrium, & alios.

Vnus solum locus est ex Dei verbo Marc. 10. v. 38. vbi afflictiones pro Christi nomine dicuntur baptismus. Respondeo, Est metaphorica locutio, quæ refutat Bellarminum. Nam si Martyrii vere esset baptismus, non sic per Metaphoram appellaretur. Sic collatio donorum Dei & *Virtutis*, & *Baptismus* dicitur Actor. 1. ergo non tria, sed quatuor essent baptismata, quod isti nolunt. Apertè aduersus hæc omnia Paulus Ephes. 4. v. 5. asserit esse vnicum duntaxat baptismum, non plures.

Itaque falsæ sunt quatuor Bellarmini theses in hoc capite, quas pluribus refutare nihil necesse est. Sunt enim duntaxat rapsodia ex lib. 2. Sacrament. Hugonis, Parte 6. cap. 7. Thomas in 3. parte quæst. 66. Art. 11. Durando ex lib. 4. dist. 8. In prima thesi probanda hæc falsa assumit fallacia A petitione Principij, Martyrium nempe remittere peccatum Originale, & omnem penam peccato debitam siue temporalem, siue æternam. Nam iste sic per Martyrium abolet beneficium Christi, quod est impium. Itaque scriptum postea in
exposi-

expositione confutat. Dicit enim hæc, quæ scribit, non esse certa col. 243. L. D. §. *Hic tamen*: & affert tota col. 244. varias & contrarias etiã suorum de suis laudibus Martyrij sententias, & de illius effectis, quæ commemorant. Itaque quum seipsum Bellarminus recognouit, suam sententiam repudiat: & quum per suos accuratissimè, & luculentissimè refutat, nihil iam opus est nos eum refellere locupletius.

Itaque qui vult oleum, & operam suam perdere, legat totum hoc reliquũ Bellarmini caput.

Qui Bannum non odit, amet tua scripta Bellarmini

Qui etiam impièasserit, & contra suos præceptores saniores, Martyrium conferte salutem ex opere operato: ergo non obtinent salutem Martyres per te Bellarminè, ex vnius Dei per Christum beneficio & gratia. Quod vel sentire est impium & proprium Martyrum scopum & laborem inanem reddere. Nam illi idcirco mortui sunt, vt nos & se, & omnes ex sola Dei per Christum gratia seruari confirmarent. Quod tamen iste negat. Dum igitur iste in Martyres pios videri vult, fit & euadit in Deum ipsum impius & sacrilegus.

Quod iste negat esse charitatem veram, & fidè in eo, qui pro Christi nomine moritur, & locum Pauli 1. Corinth. 13. v. 2. Iohan. 15. v. 13. circumscribit, impium se, & in Martyres quoque ipsos blasphemum prorsus ostendit: quos tamen laudare videbatur velle, & honorare.

Secunda istius Thelìs est, eo ipso teste, incerta, Nempe Pœnitentiam (quam appellat baptismũ Fluminis) supplere verum Christi baptismum,

qui fit Aqua. August. cap. 74 de Dogmatibus ecclē. Bernard. epist. 77. ad Hugonem id negant. Ipsemet Bellarminus ex nullo S. Scriptura loco (Nam loco Ezechiel. 18. abutitur) ex nullo Patrum testimonio id confirmat, quod habet sua thesis, credendum credibiliter & verisimiliter esse vult, sed non probat. Quod enim ex Innocentio III. profert cap. *Ad Apostolicam*. extra de *Presbytero non Baptizato* non docet Pœnitentiam esse Baptismum: sed duntaxat ex Augustino & Ambrosio colligit Innocentius Dei gratiã signis externis Sacramentorum non astringi. Id quod istorum errorem de Necessitate Baptismi euertit.

Baptismus *Pœnitentia* dicitur Luc. 3. vers. 3. non quòd pœnitentia sit baptismus: sed quòd nemo à Iohanne baptizaretur, nisi quem suã infidelitatis & prioris vitæ malæ pœniteret, vt docet totus ille Lucæ locus. Nam solos adultos baptizabat Iohannes.

Locus 1. Corinth. 15. v. 29. ad homines refertur, qui licet viui essent corpore, animo tamen erant mortui, quoniam ante Baptismum ignorarent Christum, & malè viuerent. Sic mortui appellantur à Christo Matth. 8. v. 22. à Paulo 1. Timoth. 5. v. 6. à Iohanne Apoc. 3. v. 1.

Denique falsum est quod iste assumit, Plenam perfectamque Pœnitentiam, & qualem requirit Deus, in nobis esse, quãdã hîc viuimus, posse.

Tertia thesis est falsissima, Sola fide non remitti peccata, sed etiam operibus nostræ pœnitentiæ. Pugnât enim manifestè cum Paulo Roman. 3. v. 25, & omnibus Apostolis Act. 15. v. 9. Nam

Nam quod dicitur *Math. 10. v. 39. 16. v. 24.* & aliis
 similibus locis, non exæquat Martyrium fidei:
 sed solum ostendit Martyrium pro Christo esse
 testimonium nostræ in Christum fidei. Itaque
 quod Martyrium prodest, hoc habet & sumit à
 fide. Nam hoc perpetuè verum manet, & immo-
 tum, Sola fides nos coram Deo iustificat *Roma.*
3. v. 28. 1. Cor. 1. v. 30. Ostendat autem iste parem
 gratiam à Deo promissam Pœnitentiæ, & ipsius
 Baptismo. Denique se, suosque, ut transfuga, de-
 ferens scribit *col. 2. 48. L. A.* & Martyrium, & Pœ-
 nitentiam nos iustificare ex Dei gratia, non igitur
 ex opere operato, ut supra *col. 2. 45. 2. 46.* vo-
 luit: & quatenus est Dei opus, non autem nostrum,
 quod est suos omnino euertere.

Quarta thesis est, Neque Martyrium, neque
 Pœnitentiam esse Sacramentum. Ergo infero,
 non sunt hæc duo baptismata, ut iste vult tamen.
 Itaque hæc postrema Bellarmini thesis totum
 hoc caput bellissimè refutat. Baptismus enim est
 Sacramentum: quod illa duo non sunt, hoc te-
 stis ergo non sunt baptismi, ut isti fingunt.

Ad Cap. VII.

Vtrum laici, qui nullam Dei verbi prædi-
 candi potestatem in Ecclesiæ habent, bap-
 tizare possunt, hic quæritur. Ait iste Hæreticos
 esse, qui eos in casu necessitatis baptizare posse
 negant. Contra affirmo Hæreticissimos esse, qui
 eos hoc posse facere. i. baptizare docent: id quod
 contendunt Scholastici illi hæretici, & Ro-
 mani.

Quid de Ministris Baptismi constituerint
 Pontificij suis edictis & libris, non magis nobis

curandum est, quàm quid Rex Hispanus Medinæ cæli constituat & sanciat de Magistratibus Parisiensibus seu Luterianis. Nec enim res ista est eorum iuris & potestatis. Solius Dei est, & ipsius verbi scripti hoc definire. Definit autem, & docet in genere. Eorum esse duntaxat vel ordinariè vel extraordinariè sacramenta administrare in Ecclesia, qui in eadem legitimè verbum Dei prædicare possunt, quibúsque hæc potestas competit, & data est. Ergo qui non habent ius & potestatem publicam prædicandi in Ecclesia, nec potestatem habent sacramenta administrandi. Confirmatur hæc sententia ex Matth. 28. v. 19. 1. Corinth. 4. ver. 1. Quid autem contra Pontificij statuerint, nihil mouet. Nam in suis sex, quæ hic bellar. commemorat, decretis & præceptis concorditer errant.

In primo, Quod dum isti suis Episcopis & Presbyteris concedunt ex officio ordinario ius baptizandi, ius tamen istud postea in suis Presbyteris limitant, & illud iisdem adimunt. Addunt enim non licere Presbyteris hoc suo ordinario iure uti, nisi ex concessione, permissa, & voluntate suorum Episcoporum speciali. Pugnatur primum secum hæc oratio. Nam si Presbyteri hoc ius habent ex officio suo, & ordinatio, non habent opus speciali sui Episcopi concessione, & privilegio. Sunt enim ista *ἀόυστα*. Deinde iisdem Presbyteris non concedunt prædicare, quod tamen ius est potestatis ad baptizandum fundamentum. Ergo negato illis fundamento tamen isti superstruunt, quod est ineptum. Denique multis concedunt prædicare, quibus tamen dene-

denegant baptizare, velut Monachis can. *Placuit*, can. *Iuxta*, 16. quæst. 1. can. *Peruenit ad nos*. 18. quæst. 2. Ex quo fit, vt in Templis Monachorum nulli sint fontes Baptifinales.

Secundus Pontificiorum canõ est, licere Diaconis Baptizare in absentia sacerdotũ, seu Presbyterorum. Respondeo, Primũ fatetur iste rem istam & thesin esse adhuc in Ecclesia sua controuersam, quum de ea aliter sentiant Tertullianus & Hieronymus: aliter Ignatius in epistola 10. & Epiphanius hæresi 79. Hi negant, illi affirmant. Nec valet distinctio Bellarmini, Ignatius de ordinario Diaconorum officio loquitur, Tertullianus de extraordinario. Nam vtrique de officio eodem Diaconorum agunt, nec habent vel norant istas commentitiãs distinctiones, & nouas. Deinde non quid Ignatius & Tertullianus de Diaconorum officio statuunt, videndum est: sed quid dei verbum scriptum definiat. Definit autem eos, qui in Ecclesia sunt merè diaconi, baptizare non posse siue ordinariè, siue extraordinariè, quia verbum dei prædicare non possunt. Hæc enim est perpetua & immota regula, vt qui prædicandi ius non habent, nec Sacramenta administrandi habeant.

Nec obstat, quod Philippus, qui fuit diaconus Act. 6. v. 5, etiam prædicauit, & baptizauit, Act. 8. v. 5. & 16 & 38. Respondeo enim, Hic Philippus fuit etiam Euangelista Act. 21. v. 8: non solum diaconus. Sed neque nostræ quoque sententiæ obstat dictum Pauli 1. Timoth. 3. v. 9, qui iubet diaconos tenere mysterium fidei. Nam hoc primũ est commune omnibus fidelibus, vt te-

neant Myſterium ſeu doctrinam fidei quemadmodum traditur I. Pet. 3. v. 15: deinde hoc ipſum peculiariter quadrat diaconis, quorum officium eſt priuatim conſolari afflictos in Eccleſia; non autem in ea publicè prædicare dei verbum.

Tertius & quartus iſtorum canon eſt falſus, Nempe licere laicis baptizare in caſu neceſſitatis. Quod ipſum antea refutauiſmus, quia dei verbum prædicare non poſſunt, quum non ſint ad hoc munus electi, miſſi, & vocati à deo. Roma. 10. v. 15 12. v. 7, 8, vbi diaconia à prædicatione vbi dei diſtinguitur.

Quintus iſtorum canon eſt proſus falſus, ineptus, abſurdus: Imò inter ipſosmet Scholaſticos dubius, & controuerſus, Nimirum in caſu neceſſitatis etiam eum, qui baptizatus non eſt, poſſe baptizare. Nam ſi baptizat, baptizat ſolum de factò, non autem, vt eſt in cap. *Veniens*, ext. Presbyteri non baptizato, legitimè & de iure. Nec obſtat cap. *Ad Apoſtolicam*, ext. de Presbytero non baptizato, vbi talis Baptiſmus à Presbytero non baptizato datus probatur. Nã ex ea ſolum cauſa probatur, quòd baptizatus Presbyter ille fuiſſe credebat. Communis autem error facilius, L. *Barbarius Philippus*, D. de officio Prætoris. Verùm qui ſcienter baptizatus non eſt, nõ potest baptizare: ſed ab eo baptizatus eſt re baptizandus can. *Quos à paganis*, conſecrat. diſt. 4. etſi Auguſtinus tamen dubitat lib. 2. contra epistol. Parmeniani & lib. 7. de Baptiſmo cap. 53.

Ratio bellarmini eſt, Sic ſtatutum fuiſſe à Nicolao 1. in can. *A quodam Iudeo*, conſecrat. diſt. 4. & in

& in Concilio Florentino, posse non baptizari in calu necessitatis baptizare. Respondeo, Quæ Deus coniunxit, homo separare non potest Mat. 10. v. 6: Christus autem Matth. 28. v. 19. coniunxit verbi prædicationem cum administratione baptismi: ergo seiungi ista non possunt. Non baptizatus autem scienter ad prædicandum in Ecclesia eligi non potest. cap. *Veniens, ext. Presbytero non baptizato*: ergo nec baptizare potest.

Ratio Tertulliani in lib. de Baptismo, & Hieronymi contra Luciferia. nihil valet. Est enim hæc, licet cuique conferre quod habet. Hoc falsum est, Diaconus enim faceret Diaconos, Apostolus Apostolos, quod nemo Christianus concesserit. Itaque col. 249. L. D. hæc ratio ab ipso Bellarmino confutatur, & repudiatur.

Ratio Bellarmini nullius est momenti, Ait enim, Satis est si qui baptizat, habet virtualiter, non autem formaliter, baptismum. Nec enim ex eo, quod quis baptismum habet, aut nondum habet, pendet ius baptizandi: sed ex eo quod prædicare potest.

Sextus canon est, Etiam scæminas in extrema necessitate posse baptizare. Hoc ex concilio Florentino ineptissimo probare Bellarminus conatur, Nam nihil ineptius & *α' Σεολωζ' ότερον* est ille Concilij decreta. Deinde profert decretum Urbani 11. can. *Super quib. 11, 10. quæst. 3.* Atqui ego huic decreto oppono decretum totius concilij Carthaginensis 1111. can. *Mulier. consecr. dist. 4.* Sed & Paulû quoque oppono 1. Tim. 2. v. 12. Has verò rationes quia falsas, (vti iam demõstravi) & ineptas esse videt Bellar. querit alias, istas nempe.

Primum ex cap. 4. v. 26. Exodi, Sephora circūcidit filios suos (quæ erat vxor Moſis) atque a deo præſente Moſe: ergo fœmina in casu neceſſitatis baptizare poteſt. Eſt enim Circunciſio par in eo baptiſmo. Sic Bellarminus.

Sic ego reſpōd. Bellar. Præterea, quæ Calvinus & veriſſimè & rectiſſimè reſpondit, Primum Nempe plus & aliud aſſumi in conſeſſione, quod eſt vitioſiſſimum, quam ſit in præmiſſis. Nam Sephora non in casu neceſſitatis circūcidit. Eſt enim casus neceſſitatis quum abeſt ordinarius Mi niſter. Atqui tunc præſente Moſe & Mi niſtro, circūcidit illa. Ergo fœminæ extra caſum neceſſitatis baptizare poſſunt, quod tamen iſti negant ſe ex eo exēplo manifeſtè euerſentes & aliud, quam quod eſt in præmiſſis, ex eo exemplo colligentes. Deinde reſpondeo Circunciſionem Veterem non habuiſſe præc. in Mi niſtro n, ſicut habet Chriſti baptiſmus. Nam quilibet, ve apparet ex Ioc. 5. v. 8. Genef. 17. v. 23. Pater familias potuit, ſi voluit, ſuos Circūcidere domi. At Chriſti baptiſmus habet definitum à Chriſto ipſo. Mi niſtrum, nempe Prædicatorem Euangely. Itaque in Mi niſtro non fuit par ratio Circunciſionis & baptiſmi, quod iſte putat. Eſt igitur hec ratio fallacia partim A petitione Principij partim A non Cuiſſa pro cauſſa.

Excipit iſte, Sephora circūcidit, in casu neceſſitatis, quia Moſes, licet tunc præſens, ſuos filios circūcidere nō poterat. Cur id verò? Reſpōdet iſte, Quoniam grauiffime Moſes tunc agrotabat. Reſpōdeo, Iſtud eſt diuinare cum ſuo Abnezra Rabbino. Vnde enim iſtud vterque hic didicit

didicit? Itaque hanc solutionem repudiat Bellarminus ipse, confugit ad aliam, hanc Nempe, Moses tunc terrebatur propter Angeli, visionem. Quare examinatus suos filios tunc circumcidere non potuit. Respondeo, At eundem Angelum vidit etiam eius vxor Sephora, vt apparet Exod. 4. v. 24. Imo vidit etiam prius, quam Moses. Cur igitur scemina illa non fuit itidem, vt Moses vir ipsius, sic examinata, vt suos filios attingere non posset? Hoc ipsum est Sephoram fingere animo fortiosem Mose, quem tamen Deus tanquam fortissimum Athletam suum contra Pharaonem Regem, & omnes Aegyptios tunc mittebat v. 21. Ista igitur non coherent. Itaque temerarius est Bellarminus, & in ea quae non nouit, se ingerens contra Pauli praecipuum Coloss. 2. v. 18. nescit quid dicat, & cur Sephora, non Moses, in via suos filios circumcidit. Ratio est, Quod Moses inter Madianitas Infideles versans, filios (quos ex Sephora Madianitide Infideli scemina in coniugio susceperat) non fuerat ausus circumcidere, & illis signum foederis Dei & Israelitici populi tunc Aegyptiis vicinis exosi imponere metu vxoris, vel totius Madianitici populi. Quo facto Deus natus eum in via increpat, & ipsius vxorem Sephoram, quae magis, quam Moses, territa statim impetu animi, etiam circumcisionem ipsam exosa, filios suos tamen statim propria manu circumcidit & signum istud foederis Dei tam pretiosum & sanctum Mosis marito suo indignabunda exprobrauit, quasi propter illud signum crudelis pater esset, & ipse, & omnes Israelitae in suos liberos, quos in tam tenera aetate

ipsimet tam sequiter vulneraret, dum eos circumciderent. Itaque hoc Divini fœderis signo offēdebatur mulier & infidelis, & animi impotens. Vnde Augustinus in Serm. 86. de Tempore, & alij eam à Mose ad Iethronem socerum ex itinere remissam (ne esset offēdiculo toti populo Israelitarum: aut ipsimet Mosi impedimento) putant ad Madianitas: quam tamen postea Iethro ad Mosem reduxerit ipsemet, Exod. cap. 18.

Quod iste verbosè, & contentiosè contra D. Calvinum disputat, Vtrum factum Sephoræ Deo placuerit, ineptum est. Excludat iurgia finis. Nam res est facilis, vel ex levi distinctione. Circuncisio filiorū Mosi à Sephora facta non placuit Deo vel ex animo Sephoræ, vel ex vulnere ipso puerorum: sed ex eo, quod hoc pacto filij Mosi, (qui ex Dei promissione Gen. 17. v. 7. ad fœdus diuinū pertinebant, licet ex vno parçe fidelis nati I. Cor. 7. v. 14.) signū istius diuini fœderis acceperunt. Quod fieri, Deus in semine Abrahami præceperat Ios. 5. v. 6. 7. 8. Itaq; Angelus Domini post illā filiorū Mosi Circuncisionem ab vtrisque illis abscessit. Secūda ratio Bellar. est ex Mat. 28. v. 19, licet vnicuique pio in casu necessitatis alicui docere, ergo & cum baptizare. Respōdeo Hæc argutatio est fallacia A dicto secundum quid, Nam non licet cuiuis docenti in ecclesia etiam baptizare ex eo Matthei loco: sed illi duntaxat, qui missus est à Deo ad publicè prædicandū Euāgeliū. At iste locū interpretatur, quasi cuiuis liceat, qui fratrem quocūque modo docet etiam baptizare. Id quod est falsum I. Corinth. 1. v. 17.

Tertia istius ratio est sumitur ab exemplis, quæ pro se citat iste, verūm eum oppugnāt: nec
inter

inter ea exempla vllom est, vbi vel fœmina baptizant, vel quisquam nōdum baptizatus, vt iste tamen vult quinto, & 6. can. suo superiore.

Primum exēplū est Philippi Diaconi, qui baptizant Act. 8. v. 16. Respondeo quod suprā, Quam Philippis baptizant, erat cōstitutus Euangelista ad prædicandū Euangeliū Act. 21. v. 8. Secundū exēplum est Ananias qui Paulū baptizauit Act. 9. v. 18. Resp. Expressè hoc à Deo mandatū accepit Ananias v. 15. Deus autē vel ordinario vel extraordinario hunc Ministro nimirū Ananias hoc præcepit, qui, quos vult, mittit & eligit. Tertium exēplū eorū, qui Cornelium, & eius familiā baptizarunt Act. 10. v. 48: quos priuatos in ecclesia fuisse asserit iste. Resp. Priuatos eos fuisse falsum est, quia baptizarunt. Nam hi soli ex comitibus Petri Cornelium & alios ex iussu Petri baptizarunt, qui baptizare ex Christi præcepto potuerunt. Præterea Deus, qui missis in Cornelium, & adstantes Spiritus sancti donis, iam eos baptizarat, hos, qui cum Petro erant, solum Aquæ Ministro esse iubeat, vt sensit quoque Petrus Act. 10. v. 47. II. v. 17, & quidem etiam extraordinariè, si non habuerunt ordinariam potestatem prædicandi Euangelij. Sed ego sentio illos fuisse de numero Presbyterorum prædicantium, qui tunc Cornelium & alios illic præsentibus baptizarunt, quales Presbyteros vetus ecclesia habuit I. Timoth. 5. v. 17. Tit. 1. v. 5. & 7. egregijs à Deo donis ornatos & præditos. Quartum exemplum est eorum, qui vt est Act. 2. v. 41. tria hominum millia baptizarunt simul & vno die. Hos autem priuatos in ecclesia fuisse & diuinat & scribit iste: negatque Apostolos solos tot ho-

mines potuisse: die illo & vno baptizare. Respondeo, Primum esse fallaciam A petitione Principij. Præsupponit enim, non probat, eos, qui tunc tria illa hominum millia baptizarunt, fuisse homines priuatos in ecclesia. Hoc enim falsum est. Soli Apostoli, eos qui tunc fuerunt baptizati, baptizarunt, seorsim singulos, non collectim vniuersos quemadmodum magnâ infirmorum turbam sanabat Christus Luc. 4. v. 40. Singulis enim manus imponebat vt eos sanaret. Sic Apostoli singulos, quos baptizabant, aqua tingebant. Suita isti aliter in toto Oriente. Nam dum plures se offerent illis baptizandos, non singulos aqua tingunt: sed vniuersos in vnum locum collectos aqua ex editiore quopiam loco (velut suggesto) effusa & proiecta simul omnes baptizant: & incidit Aqua illa, in quos potest. Hic est primus error Bellarmini.

Secundus eiusdem error est fallacia A falsa interpretatione illius loci, ac proinde A non causa. Fingit tria hominum millia vnico illo die fuisse baptizata, fallitur. Tot quidem hominum capita fuerant vno illo die addita Ecclesiæ Dei: verum ex his fuerunt aliquot solum & aliqui baptizati. Nimirum illi soli, qui sermonem Dei libentius susceperant. Itaque vtrosque disertè distinguit Lucas Actor. 2. v. 41. Bellarminus autem confundit, & locum peruertit.

Quarta Bellarmini ratio ducta est ab exemplis & dictis Patrum. Respondeo his omnibus vno modo, Nempe, Non quid illi aliquot Patres citra, atque etiam contra Dei verbum senserint, & egerint, nobis spectandum, aut sequendum esse, sed

sed quid Christus solus Ecclesiæ veræ Rex, Spõ-
sus, & Governator seu Doctor Matth. 23. v. 6. cõ-
stituerit. Illi enim soli ius in Ecclesia baptizandi
habent, quibus ille dedit. Dedit autem iis solis,
quos ad suum Euangelium prædicandum voca-
uit, & vocat, vt supra demonstravimus. Caput au-
tem 38. Concilij Elberini, quod Laicis concedit
baptizare, totum scater erroribus. Nã exceptiones
ineptas addit, *Si remota sit vicina Ecclesia*, quæ
sententia Dei gratiam alligat signo Baptismi: i-
tem, *Si non sit Bigamus ille baptizans laicus*, quæ
sententia secundas Nuptias contra Dei præce-
ptum Hebr. 13. v. 4. damnat: & alia falsa & inepta
habet, de adducendo postea ad Episcopum eo,
qui taliter fuerit baptizatus, quasi Baptismus ille
Christi non sufficiat iam baptizare: id quod est
falsum, & absurdum.

Concilij Carthaginensis quarti cap. 100. mani-
feste circunscribunt, & falsificant Scholastici. Nã
illud disertè, & simpliciter prohibet, *Ne mulieres
ulle baptizent*, vt in omnibus codicibus apparet:
isti verò nefariè addiderunt ex suo Lombardo lib.
4. dist. 6. cap. 1. *nisi necessitate cogente*: & ita caput
hoc ipsum corrumpit Gratianus in can. *Mulier*.
Consecrat. dist. 4. & istam falsam additionem
preter & verba, & mentem Concilij esse agno-
scit Bellarminus col. 253. L. B. quemadmodum &
Thomas in 3. parte, quæst. 67. Artic. 4. qui & ipse
ineptissimam hanc rationem affert, cur femina
baptizare possit, quoniam in Christo, inquit, ne-
que est, vt ait Paulus Galat. 3. v. 28. masculus, neq;
femina. *Qua* ratione quid absurdius, & magis
repugnans Paulo ipsi 1. Timoth. 2. v. 11. Nam hæc

ratio Thomæ est fallacia A dicto simpliciter &c. Quod enim ait Paulus de generali & communi Christi gratia in omnes homines, ubi neque est masculus, neque fœmina: Thomas applicat & transfert imperitè ad illa Dei dona vocationum Ecclesiasticarum, quæ sunt certarum duntaxat personarum propria & sexus masculini peculiaris. Quæ magna est S. Scripturæ depranatio, & nobis facta impostura.

Itaque D. Calvinus meritò miratur, Vnde ista tanta audacia Scholasticis fuerit, vt concederent fœminis baptizare. Respondet Bellarminus, Ecclesiæ consensum antiquissimum id probasse, & admisisse. Respondeo Bellarmino, Hoc omnino falsum esse. Nam & Ignatius epist. 10. ad Heronè scribit ex consensu Veteris Ecclesiæ solos Presbyteros, qui prædicant Euangelium, baptizare: non etiam mulieres. Epiphanius scriptor grauissimus Hæresi 42. docet hunc morem non ab Ecclesia Dei: sed à Marcionitis hæreticis profectum. Itaque hæresi 79. prohibet idem Epiphanius id usurpari, & fieri. Carthaginensi Concilio 4. can. 100. prohibentur mulieres baptizare vlllo pacto Paulus ante hos omnes 1. Timot. 2. v. 12. id ipsum vetuerat. Quid igitur nobis obgannit Bellarminus esse antiquissimū Ecclesiæ Dei consensum, quod falsum est?

Calvinus obiicit Mandatū Christi expressum Matth. 29. v. 19. 20. vult enim vt ij soli baptizent, qui verbum Euangelij prædicant publicè. Respondet Bellarminus id solis Apostolis non fuisse præceptū à Christo. Diuinat enim die Christi Ascensionis, id à Christo dictū, quam alij, quam Apo-

Apostoli, tunc quoque adessent. Respondeo Bellarmino, Ex textu ipso apparere solis Apostolis hoc à Christo fuisse præceptum, Matth. 28. v. 16, & id ipsum agnoscit seipsum refutans Bellarminus col. 25; L. B. Nostra sententia confirmatur ex Act. cap. 1. v. 2. & 8. vbi solos Apostolos alloquitur etiam in die suæ Ascensionis Christus.

Excipit iste Stephanus Diaconus prædicauit. Respondeo, Præuatim, non autem publicè Act. 6. v. 8. 9. 10. Itaque nusquam dicitur baptizasse. De Philippo iam diximus, eum postea, & quum prædicaret, & baptizaret, fuisse constitutum Evangelistam Act. 21. v. 8.

Calvinus obiicit, Patres ipsi nefas & peccatū esse laici agnoscunt, si laicus, etiam cogente necessitate, baptizet, August. lib. 2. cap. 13. Contra Epistolam Parmeni. Bellarminus nihil hinc respondet: sed negat verba ipsa Augustini, & nugatur.

Calvinus obiicit Cœcilij Carthagin. cap. 100, *Mulier ne baptizet.* Respondet Bellarm. additam esse postea exceptionem istam, *Nisi cogente necessitate.* Respondeo Bellarmino, Temerariū fuit ut quisquam priuatus falsaret decretum Synodi generalis. Nec enim vlla est, uti supra docuimus, vlla Baptismi præcisa necessitas. Itaque est inanis ista Lombardi, & Gratiani exceptio, quam ipse mer supra col. 253. damnauit.

Calvinus obiicit Tertullianum, libro de Virginitibus Velandis, & libro de Baptismo: item Euphanium Heresi 42. & 79, qui vetant mulieres in Ecclesia baptizare. Respondet iste, Huiusmodi Patrum sententias intelligi de publico & ordinario

baptizandi Ministerio: nō autem de casu necessitatis. Respondeo isti, Quum ex Montanistarum hæresi profectum hunc morem Patres illi fateantur, omnino eum damnant: neque casum necessitatis exceperunt, quum nulla sit præcisa Baptismi necessitas. Itaque hoc caput Bellarmini & fallum, & ineptum apparet.

Ad Cap. v i i i.

Questio, Vtrum fidelium & baptizatorum peripicue & solide à nostris contra Anabaptistas decisa antea, & definita est, ut & isti iam, & alij cuilibet facile sit eam tractare. Nam istis Scholasticis stertentibus, & altum somnium dormientibus nostri Anabaptistas iam pene in hoc suo dogmate triumphantes deiecerūt, & deuicerūt. Nostrorum rationes iste expilauit, & tacito nostrorum nomine, more Plagiariorum, transcripsit. Verum, quod est furis, eas & interpolauit, & miserè corrupit.

Quod iste Anabaptistarum errorem ex arate Bernardi duntaxat repetit, prodit suam *aviso play* & ignorantiam. Nam iam inde ab ipsius Pelagianis hæreticis, ut docet contra eos Augustinus, hic error profectus & natus est. Etsi enim illius meminit postea Bernardus epist. 240. & Serm. 66. in Cantica, tamen Infantes baptizandos esse negabant Pelagiani, Augustinus de Hæresib. cap. 82. Concilij Mileuitani cap. 2. Dionylus Areopag. Hierarch. Eccles. part. vlt. cap. vltimo, alius repetit. His autem postea successerunt ij, quos refutat Bernardus. Istis autem nostri temporis Anabaptistæ à Iohanne Leidano, teste Sleidano, ma-
xime

ximè profecti: non autem, vt iste vult ex suo co-
 clite cæco & Cochlaro, à Balthasare Pacimonta-
 no. Quos autem impostor & hæreticus iste Lu-
 theranos vocat, illi & Anabaptistas confutarunt
 primi, & Adulorum, & Infantium Animas sal-
 uarunt, quas Pontificij isti suis erroribus & su-
 perstitionibus blasphemis perdunt: & Bellarmi-
 nus imprimis hæreticissimus omnium mortaliū
 suis istis crassis Tomis.

Quoniam autem ex collatione nostrorum
 scriptorum cum isto Bellarmini capite (quam pij
 omnes facere debent conferentes Bullingeri e-
 ruditiſſimum scriptum, & Caluini Institutione
 Christianam lib. 4. cap. 16.) facile deprehendent
 Christianam lib. 4. cap. 16.) facile deprehendent
 omnes hominis istius furta, nos hac collatione
 superſedebimus. Nam breuitati ſtudemus, quàm
 qui maximè. Hoc tantùm pios lectores monēbi-
 mus eſſe ineptos Scholaſticos, & iſtum impri-
 mis, qui Infantes baptizandos eſſe contendens
 primo loco non explicat, De quibus Infantibus
 ipſe loquatur, vtrum de omnibus in vniuerſum,
 Infantibus, an de Infantibus fidelium ſolum. Nā
 ſi de hominum omnium etiam planè Infideliū
 Infantibus agit, & eos in Eccleſia baptizari poſ-
 ſe putat, toto cælo errat. Sin autem de paruulis
 hominum fidelium duntaxat intelligit, etiam il-
 lud fuit explicandum, Vtrum eos fideles iam etiā
 baptizatos eſſe oporteat, & prius, quàm eorum
 Infantes baptizentur, an ſatis ſit, ſi poſtea ipſi Pa-
 tres eorum baptizentur. Verùm homo iſte præ-
 ceptis, ambitioſus, conſuſus, & quem tenet ſcribē-
 di cæco ethes & inſanabile vulnus, incōſideratè,
 conſuſe, inaniter & pueriliter totū hoc argumē-

tum tractat homo tenebrius, & in claustrorum
Suieticorum pedore educatus. At non ita tamen
confuse hæc tractat Thomas in 3. parte quæst.
68, Artic. 9. & 10. quem saltem imitari debuit Bel-
larminus.

Præcipua denique Scholasticorum ratio, qua
contendunt Infantes fidelium esse baptizandos,
est & falsa, & blasphemica. Est enim hæc, Quia Ba-
ptismus est præcisè ad salutem necessarius. Quod
est blasphemum. Dei enim gratiam externo Ba-
ptismi signo alligant: ac proinde impium, & fal-
sum est sicut supra cap. v. & vi. demonstrauimus.
Sunt verò tam futilia reliqua Bellarmini contra
Anabaptistas argumenta, ut deridendum se cun-
ctis proponit. Verùm quia causam & errorem
Anabaptistarum tueri minimè volo, quos auer-
sor, Bellarmini rationes, quas esset facile refuta-
re, non examinabo. Quòd autem iste iubet Cal-
uinum videre ut sua sint solida cõtra Anabapti-
stas argumenta, de eo non sit sollicitus Bellarini-
nus. Hunc enim vel non præmonentem præue-
nit, D. Calvinus, & eo metu & periculo planè li-
berauit. Sunt enim solidissima omnia illa Cal-
uini argumenta, quibus ipsemet Bellar. solis vir-
tut, etsi interuerhis, interpolatis, corruptis. Itaque
Bellarmini rationes, quoniam discedunt à Cal-
uino, nullius sunt momenti. Ut autem eas Calui-
nus proponit, sunt prorsus inexpugnabiles &
solidissima.

Verùm præcipuam & fundamentalem Pædo-
baptismi, idest, Parvulorum Baptismi rationem
prorsus omittit Bellarminus, quæ ex Genes. 17. v.
7. 1. Corinth. 7. v. 14. ducitur, Næmpe quòd Infan-
tes

tes fidelium baptizatorum ad Dei fœdus generaliter pertinent. Itaque huius fœderis signum, Nempè baptismum, accipere & debent, & possunt. Sed iste *καπερα* *ερα* faciens nihil solidè probat, & omnia conturbat, nugas pro rationibus profert, & mavult cum suis etiã sciens errare, quàm nobiscum, id est, cum ipsa Dei veritate sapere, & rectè sentire. In summa, nodum infelicissimum & inutilissimum in scirpo quatit, Nempè solam alienam voluntatem, id est, Ecclesiæ, vel Parentum istorum liberorum, statuit Infantium baptismi causam: non autem Dei fœdus aut promissionem, aut iussum.

Ad Cap. IX.

Respondet hoc capite Bellarminus Anabaptistarum argumentis: verùm nec omnibus, nec bonâ fide. Solutiones enim veras, quas à nobis didicerat iste, interpolavit odio veritatis & nostri, & vt solus sapere inter prisca, & recentis huius seculi mortales censeretur. Itaque ridiculus est, qui non videt se furem & plagiarium nostrorum scriptorum (Bullingeri dico & Caluini) iam ab omnibus agnosci; & quum à nostris discessit, se nihil veri & solidi Anabaptistis respondere. Ergo vt Dei veritas à nobis defendatur: Anabaptistæ, malæ bestię, refutantur eorum argumenta, & Bellarmini ad ea responsa age perpendamus, & in hominum piorum gratiam examinemus.

Primum Anabaptistarum argumentum est (Hęc enim omnia ex Bullingeri viri eruditi & pijs, Tigurini Pastoris, aduersus Anabaptistas libro, & Caluini Institut. lib. 4. cap. 16. transcripsit

Z. ij.

Bellarminus) Nusquam S. Scriptura iubet Infantes baptizari: ergo non sunt baptizandi. Respondet Bellarminus, Hoc telum pios, ait, & Caluinistas ferit, qui nihil pro fidei dogmate, nisi sit in Dei verbo scriptum, admittunt: verum nos, id est, Scholasticos, inquit, non attingit, qui multa fidei dogmata præter Dei verbum agnoscimus. Respondeo, Hæc solutio Bellarmini nihil valet. Est enim inepta, & falsa. Inepta, quoniam est inepti & dissoluti hominis suam, suorumque turpitudinem allegare, quale est hoc istius hominis, Scholasticis multa fidei dogmata sine Sacra scriptura, & ex sola traditione hominum probari & recipi. Quod tamen refutatur hoc Christi dicto Iohan. 5. ver. 39. *Scrutamini Scripturas:* & exemplo Thessalonicensium Actor. 17. v. 11. Falsa est hæc responsio, quoniam S. Scriptura docet fidelium Infantes esse baptizandos, si non his tot syllabis, saltem ex vera analogia fidei, & Dei mente Genes. 17. v. 7, ubi pueri circumcidi iubentur. Paulus baptizat totam familiam, ergo & Infantes, qui in ea erant, Actor. 16. v. 33, quod est *Ἐquipollens* & *ἰσδωπαρον*. Est autem idem extare aliquid in S. Scriptura expressè, & per *ἰσδωπαριαν*. Ergo argumentum Anabaptistarum est fallacia A figura dictionis, puerilis, & stolidæ.

Secundum Anabaptistarum argumentum est ex Matth. 28. v. 19, præcipit Christus prius docendum esse quam baptizandum: ergo non possunt Infantes baptizari, quia illi nõdum doceri possunt. Respondere aliquid vult quidem Bellarminus, sed nõ potest miser quoniam a nostris discedit. Sic igitur iste respondet, ut & præcisam præ-

ptismi necessitatē ad salutē, id est, grauissimū errorē reficit & inducat: & apertē fateatur violari Christi præceptū & ordinem in baptismo Infantium. Quod utramque est falsissimum, & ineptissimum. Ergo Respondeo argumentum Anabaptistarum esse fallaciam tum, Ab Ignorantia Elenchi quia fit migratio de genere ad genus ab Adultis hominibus ad Infantis, tum A dictio secundam quid. Nam quod Christus præcipit in solo Adultorum Baptismo fieri isti generaliter in quouis baptismo etiam Infantium fieri, & obseruari volunt. Quod est *ad ūra* *Gr.* Alia enim est causa Adultorum, alia Infantium baptisimi. Sic ait Paulus 2. Thessal. 3. v. 10. de Adultis, *Qui non laborat, non manducet:* quod si quis Infantibus applicet, erit crudelis & sæuus: imò Nerone neronior, 1. Timoth. 2. v. 15.

Tertium Anabaptistarum argumentum est, Neque Paulus multos etiam Adultos baptizauit 1. Corinth. 1. v. 14: neque Iohannes baptista illos Infantes: ergo baptisimus non est res in Ecclesia tanti momenti. Respondet Bellarminus ambignè, more suo, quum nodum soluere non potest. Primum, sed falso, diuinat etiam Infantes à Christo & Iohanne baptista fuisse baptizatos. Deinde hoc ipsemet postea negat, & recurrit ad veterem duntaxat consuetudinem Ecclesiæ, quæ tamen citra Dei verbum non facit fidem. Respondeo, Hac ratio Anabaptistica baptismum in vniversum tollit, non solum Infantium: ac proinde manifestissimè apparet impia, Iussit enim Christus baptizari Matth. 28. v. 19. Deinde est

fallacia & A dicto secundum quid, infantes vno
 & certo illo tempore nulli baptizati sunt, ergo
 nunquam sunt baptizandi: & Ab Ignorantia
 Elenchi. Nam confundit diuersos respectus &
 diuersas causas. Adulti à Iohanne, baptizaban-
 tur, qui se in Christum (quem Iohannes ipse an-
 nuntiabat, iam exhibitum & mox patefacien-
 dum) credere confitebantur Matth. 3. v. 2. & 11.
 Luc. 3. v. 4. 16. Christus baptizari eos iubebat, qui
 in se, vt Christum, credere iam fatebantur. Est e-
 nim Baptismus sacramentum tunc, & primum à
 Deo institutum iis, qui in Christum iam exhibi-
 tum credebant, eumque confitebatur eiusmodi,
 id est, verè Christum. Quod quum adhuc infan-
 tes non possent confiteri, non poterant baptiza-
 ri: ac proinde nec Iohannes, nec Christus Paru-
 los baptizabant. Postquam autem Baptismus, a-
 brogata per Christi mortem circuncisione, fa-
 ctus est fœderis diuini Noui cum sua ecclesia si-
 gnum commune, & in Circuncisionis locum
 successit (quod per illud Christi mandatum ex-
 titit, Mat. 23. v. 19. Baptizantes in nomine Patris
 & c.) tunc etiam Infantibus fidelium Baptismus
 Christi applicari, conferri que & potuit, & de-
 buit.

Quartum Anabapt. argumentum est: Nulli re-
 probi sunt baptizandi, multi Infantes sunt Re-
 probi: ergo non sunt baptizandi. Respondet
 Bellarminus & falsò, & secum repugnanter, fal-
 sò, dum ait, Nos constituere Baptismus infalli-
 bile electionis sigillam ad vitam æternam. Se-
 cum repugnanter, dum negat. Baptismus à se a-
 gnosci esse Dei beneuolentiæ signum, & tamen
 scribit

scribit & fatetur esse verum signum gratiæ Dei, & salutis eius, qui baptizatur. Respondeo, Ratio ista Anabaptistica est fallacia A non causa pro causa. Nam neque in Adultis, neque in Infantibus Baptismus est causa, vel sigillum peculiaris nostræ ad vitam æternam electionis: sed est sigillum generalis notitiæ in Dei populum adoptionis. Ex quo fit, vt quicumque generaliter in Dei fœdere comprehenduntur, possint baptizari: non autem, quia sunt à Deo peculiariter ad salutem æternam electi.

Quintum, sextum, & Septimū Anabaptistarum argumentum est mera nugacitas, & eiusdem fallaciæ sed aliis verbis, facta repetitio. Aiunt enim *Qui non credit, baptizandus non est* Actor. 8. v. 37. Respondeo de Adulto iam homine illic agitur, non de Infante. Aiunt, *Non sunt cogendi homines ad Baptismum.* Respondeo, Hoc Pontificij faciunt, qui necessarium omnino ad salutem putant, nos non facimus, qui baptismi contemptum duntaxat damnamus. In horum argumentorum solutione cæcutit Bellarminus, nihil videt: & nos remittit ad calendas Græcas. Aiunt in 7. argum. nro dicitur Marc. 16. v. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit: ergo fides baptismum præcedere debet.* Respondeo, Vt supra de adultis solum hoc præceptum Christi intelligi.

Octauum & Nonum Anabaptist. argumentum est. Neminem cogendum esse credere Pædobaptismum, quum non sit Articulus fidei Verbo Dei comprehensus. Nugatur Bellarminus de suo errore affirmans ex Iohan. 3. v. 5. esse Baptismum necessarium ad salutem, interim impie fa-

teretur Pædobaptifmum Dei verbo non præcipi,
 aut comprehendi. Refpõdeo hic idem, quod fu-
 præ ad primum Anabaptitarum iftorum argu-
 mentum dixi. Nec enim eft alia folutione opus,
 quum hæc ratio fit duntaxat primæ inanis re-
 petitio. Sic quoque Nunquam errorem argumen-
 tum eft, Inanis proflus ratio. Aiüt, Si Infantibus
 dandus eft Chrifti Baptifmus: ergo & Sacra Do-
 mini Cœna ifdem eft, danda, ficut fecit antiqui-
 tas, deditque. Atqui hoc Euangelici fieri debere
 negant: ergo nec Infantibus conferendus eft ba-
 ptifmus, Refponder inep̃tè Bellarminus hoc lo-
 co, quia ad neceffitatem abfolutam Baptifmi re-
 currit. Refpõdeo, Sacra Domini Cœna eft cibus
 folidus Chriftianorum: ergo eft adultorũ cibus,
 non puerorum & Infantium Hebr. 5. v. 13. 14. 1.
 Corinth. 3. v. 1-2. Itaque in Panẽ & Vino inftituta
 eft Domini Cœna: non in pollenta & Lactẽ, quæ
 conueniunt pueris: ficut Panis, & Vinũ, Adultis.
 Decimum argumentũ eft, Pœnitere non pof-
 funt Infantes: ergo nec baptizari Actor. 2. v. 38.
 Matth. 3. v. 6. Refpondeo idem, quod fecundo i-
 ftorum argumento De Adultis hoc dictum effe,
 non de Paruulis, vt ante baptifmum pœniteant.

Vndecimum argumentum eft, Nazianzenus
 in Serm. de Baptifmate probat fi differatur ba-
 ptifmus ad annos vfque discretionis: Augufti-
 nus libr. 4. ait Pædobaptifmum primũ cepiffe
 defendi Origenis tempore. Tertullianus idem,
 quod Nazianzenus fentit lib. De baptifmo in fi-
 ne. Refpondeo, fuit hæc priuata duorum ho-
 minum opinio, quæ refutata eft ex Dei verbo à
 tota Vetuftate. Auguftinus libr. 4. de baptifmo
 cap.

cap. 15. asserit baptismū Paruulorū, item & lib. 3. de Peccator. Meritis cap. 5. & 6. Sed dubitat quādo primū de eo in Ecclesia controuerti ceperit.

Duodecimum, XIII, & XIIIII. Anabaptistarum argumentum eodem collimant, Nimirum, Vt iis tantūm Baptismus dari concludatur, qui Deum ore confiteri possunt Roman. 10. v. 10. qui perfecti apparent ex suis operibus externis: qui Christum confiteri, & fidei suæ rationem reddere palam possunt. Hæ sunt istarum bestiarum & Animalium, Id est, Anabaptistarum rationes, omnes falsæ, ineptæ, & ex de torto Dei verbo confictæ. Nam sunt fallacia Ab Ignoratione Elenchi, Confundunt enim hæc duo stolidi homines Anabaptistæ, Primūm Adultos, & Infantes fidelium, quorum, vti supra diximus, dispar & dissimilis ratio est baptizandorum. Adulti baptizantur ex sua fide, & Christi confessione actuali non item Infantes. Nam hoc, *Si credis ex toto corde, potes baptizari* Act. 8. v. 37, dicitur homini adulto. At, *Ego sum Deus tuus, & seminis tui* Genes. 17. v. 7, dicitur de fidelium baptizatorū Infantibus. Ergo Infantes ex illa Dei promissione Patribus fidelibus, & eorum liberis facta baptizantur. Secundum isti confundunt S. Domini Cœnam, qui est cibus ingressorum solidus, & Baptismus, qui est ipsa in Ecclesiâ Dei prima visibilis ingressio. Ergo S. Cœna datur solum Ingressis iam in Ecclesiam, & iis etiam Adultis. Nec locus ex cap. 10. v. 10. Rom. agit de Baptismo vlllo pacto. Bellar. autē hic nugatur, suppleri fidē Actualē per signū externum: Imperfectis perfecta applicari: fieri confessionē, etsi nihil dicatur. Deniq; quid non ineptit miser, quia rationū istarū vitia nō videt?

D. cimum quintum & xvi. argumentum Anabaptistarum est inanis repetitio, Infantes si dem, aiunt, ex auditu non habent, non possunt ipsi commemorare mortem Christi: ergo baptizari non possunt, Roman. 6. v. 3. 4 5. 10. v. 17. Respondeo, fides ex auditu in us est, qui in sunt Adulti. Quod si illa in nonnullis Infantibus Electis, & ante annos discretionis morientibus inest, extraordinariè datur illis à Deo sine externo auditu. Ergo mentitur Bellacminus dum scribit nos generaliter in omnibus Infantibus ponere fidem Actualem, ac propterea eos à nobis baptizari. Quod ad locum Roman. 6. v. 3. 4. Respondeo in Infantium baptismo commemorari mortem & resurrectionem Christi ab eo, qui baptizat: non ab ipsis, qui baptizantur. Infantibus. Nec aliud precipit Paulus, aut fieri necesse est.

xvii. Anabaptist. argumentum est, Christus anno ætatis xxx. baptizatus est Luc. 3. v. 21. 23. ergo omnes sunt eadem demum ætate baptizandi. Respondet ex Nazianzeno in Sermon. de Sancto lauacro, Bellarminus, non omnia Christi facta esse nobis imitanda. Rationem tamen non reddit iste, nisi ineptam, quia tunc voluit per miracula Christus innotescere. Reddo veram, Quia Christus ea demum ætate Ministerij sui executionem, id est, Evangelij predicationem orsus & voluit, & debuit Sacramentum Evangelij à se predicandi primum, & primum sumere (erat autem Baptismus Mar. 1. v. 2. 3. 4.) ac proinde tunc, & non prius baptizari debuit Christus.

xviii, xix. & xx. argumentum eodem, & collimant Infantes Christum non possunt induere, quia sunt toti carnales nec propterea fuerunt Apostoli, eorum, sed solum Adulorum piscatores: ergo Infantes baptizari non possunt. Respondeo, Est fallacia tota hæc ratio Ab æquiuocatione *Induendi Christum*. Nam dupliciter Christus induitur, Generaliter, quatenus quis in generali eius fœdere esse censetur. Per signum illius fœderis applicatum Paruulis, paruuli induunt sic Christum. Ascribuntur enim hoc pacto Albo confœderatorum Dei. Induitur quoque & secundo modo Christus peculiariter, quatenus quispiam fructus mortis & resurrectionis Christi sentit. Omnes Infantes non sic Christum induunt: imò ne Adulti quidem, Ergo carnales Infantes non sunt, quatenus sunt in Dei fœdere: & eos piseati sunt quoque Apostoli, dum ex fœdere Dei lucrificantes eorum Parentes Christo, ipsos quoque liberos lucrati sunt eidem Christo & Deo.

xxi, xxii, xxiii, xxiiii. argumentum Anabaptistarum est mera, & putida nugacitas. Nam eò semper redeunt, vt S. Domini Cœnam, id est, solidum cibum Christianorum Adulorum eorundem Infantium lacte seu statu confundant: & Adultos cum Infantibus comparent. Id quod est ineptissimum 1. Corinth. 13. v. 11. Aiunt enim Infantes se probare non possunt ex 1. Corinth. 11. v. 28, Respondeo, Hoc præcipitur solis Adultis. Infantes veterem hominẽ à se indutum esse testari externis factis non possunt Coloss. 3. v. 10. Respondeo, Hoc primum de Adultis solis

dicitur: deinde etiã ab Infantibus Novus homo indui potest, qui se suo tempore in illis potest faciet. Aiunt isti, Pastores prudentes sacramenta dare nõ debent tenerrimis adhuc arboribus & Infantibus. Resp. Hoc falsum est. At enim Christus finit Parulos venire ad me Matt. 19. v. 14. Aiunt Infantes non sunt fratres nostri, quoniam ex eodẽ nobiscum poculo sacro nondũ bibere possunt. 1. Cor. 12. v. 13. ergo Infantes baptizari nõ possunt. Resp. falsa est consequentia à S. Cœna ad Christi Baptismum suscipiendũ. Multi enim nondum S. Cœnæ cõmunicare possunt, inquit Theophylactus in Iohan. 7. v. 3. 4: qui tamen iam fieri Baptismi Christi participes possunt, & debent: sũntque ex ea parte iam fratres nostri, quia ad Dei fœdus pertinent, utpote in fœdere comprehensi, sicut & nos Adulti. Nã alioquin alia est S. Domini Cœnæ sumendæ & tribuendæ: alia sacri Baptismi cõmunicandi ratio: quã tamen Anabaptistæ temere, & imperitè cõfundunt, & simul misceant. Bellar. responsiones sunt ineptæ, Nimirum Infantes baptizari posse, quia non ponunt obicem Dei gratiæ, quasi de gratia electionis in baptismo agatur. Non distinguit vir iste inter veteris hominis inductionem quod ad signũ generalis adoptionis Christi: & quod ad signum peculiare nostrõ ad salutem Electionis.

xxv, xxvi, xxvii. Anabaptistarum argumentum est *ἀδολεγία* perpetua. Aiunt enim, Infantes fidelium baptizari nõ possunt, quia fide, & doctrina carent. Resp. Non ex eo quod edocti fuerint, & quod credunt, baptizantur fidelium Infantes: sed quia sunt semen ex fœdere Dei sanctum Deo, ergo

ergo ex Dei promissionis verissimæ clausula ista baptizantur, *Ego sum Deus tuus, & seminis tui.*

Excipiunt Anabaptistæ: ergo quæ fide careant, Aquam seu signum duntaxat accipiunt Infantes: non etiam rem Baptismi. Respondeo, Vtrū rem Baptismi, id est, iustitiam coram Deo quispiam siue Infans, siue Adultus accipiat, pendet non ex Sacramenti externa collatione, sed ex æterna Dei ad salutem talis hominis prædestinatione. Quæ duo diuersissima & hic Anabaptistæ: & supra Bellarm. tamen confundit. Distinguit Augustin. lib. 1. de Peccator. Meritis cap. 9. Paulus Roma. 9. v. 10. 11. 12. Quare 25. 26. & 27. argumentum Anabapt. est fallacia A non causa. Nam eam, quæ nõ est Baptismi Infantium causa, pro causa falso substituunt, Nempè fidem, & doctrinam, & internā Infantium præparationē. Alia enim est, Nimirū Dei promissio & scædus, Infantium Baptismi causa.

XXVII. Anabaptistarū argumentum ex Act. 22. v. 16. xxx. ex Coloss. 2. v. 12: xxxi. ex I. epistola Petri cap. 3. v. 21, sunt meræ fallaciæ A non consequente. Nec enim sequitur, vt, si Baptismus est Ablutio peccatorum, & Dei inuocatio Act. 22. v. 16, depositio corporis peccati Coloss. 2. v. 11, stipulatio & inuocatio Dei, bonā conscientia, non possit Infantibus fidelium dari, quia Deum inuocare nondū possunt. Nā omnia Baptismi effecta in iis, id est, fidelium Infantibus, sicut & in Adultis infunt, & iis offeruntur, quoru fructus facilius & pròptius tamē in Adultis cernuntur: in Infantibus autem & difficilius & tardius. Causa verò cur hi fructus oblatis in Baptismo sentiantur à Baptizatis Infantibus, aut Adultis, est non ipsa Sacramenti externa collatio, seu

Aquæ intinctio: sed est æterna Dei prædestinatio ad salutem de hoc, vel illo homine peculiariter decreta & facta. Sed oblationem effectorem Baptismi, & eorundem sensum & perceptionem confundunt Anabaptistæ & Bellarminus: & diuersam vtriusque causam, tamen esse unicam & eandem isti falso fingunt, tam sunt hebetes, & ἀθεόλογοι.

XXIX. argumentum omisimus, quia XXVIII. refutato, & hoc quoque 29. prorsus refellitur, & elumbe fit, & inane: præterquàm quod istud 29. (quod sumitur ex Hebr. 10. v. 23.) nihil prorsus ad Christi baptismum pertinet: ed ad legales ceremonias, vti eiusdem epistolæ ad Hebr. cap. 9. vet. 10. & 13.

XXXII, XXXIII, XXXIII. Anabaptistarum argumentum idem est. Nam eodem collimant. Infantibus fidelium baptismus Christi dari non potest, quia Baptismus est lauacrum regenerationis Tit. 3. v. 5, quia est ablutio sordium, Ezech. 36. vet. 25. Zachar. 13. v. 15, quia est solidus cibus. Respondeo, Hoc postremum apertè est nugacitas. Nec enim Baptismus est cibus, aut sub specie cibi vti quam Christum nobis repræsentat. Argumenta 32. & 33. sunt fallacia A non consequente. Nam & Infantibus, velut etiam Adultis, Baptismus offert peccatorum remissionem, & vitæ regenerationem: quæ in vtrisque tum demum est efficax, si sunt de numero, vti antea docui, Electorum. Hæc duo confundunt Anabaptistæ videlicet Oblationem horum bonorum, & eorundem perceptionem, quæ sunt distinguenda, & diuersas causas habent, & fundamenta, nempe perceptio, electio-

ctionem Dei: oblatio, fœdus generale Dei. Nam hæc omnia bona generaliter Deus offert, quidē iis, qui sunt in ipsius fœdere generali, sed propterea ea non omnes percipiunt. Nec enim quibuscunque bona hæc à Deo offeruntur in Baptismo, illi ea percipiunt, sed soli Dei electi.

xxxv. Anabaptistarum argumentum iam antea refutatum est in argumento eorū superiore xiii, & xix, A iunt enim, Infantes non sunt spirituales: ergo baptizari non possunt. Respondeo, Imò sunt spirituales, quatenus ex Dei fœdere ex profavorum hominum cœtu, Ephes. 2. v. 3, in cœtum populi Dei sunt à Deo traducti, & translati. Nā quicumque generaliter ad Dei fœdus & populum pertinent, sunt Spirituales & Sancti, id est, Deo dati, & destinati, sed generali destinatione I. Cor. 7. v. 14. Leuit. 12. v. 11. 14.

xxxvi. Anabaptistarum argumentum est nugacitas, & iam supra refutatum in argumento v, & xvi. A iunt, Adulti, si fuerint cæci, surdi & muti, baptizari non possunt, quia Christum confiteri neque ore, neque nutu possunt. Carthaginensi concil. cap. 34. Araus. l. can. 12. August. lib. 1. cap. 26. Adulter coniugis cap. *Maiores. §. Item querit. extra de Baptismo.* Ergo neque Infantes fidelium sunt baptizandi, qui Christum nullo pacto confiteri queunt. Respondeo, Alia est causa cur Adulti baptizentur, alia cur Infantes fidelium ergo vitiose ex vno aliud isti concludunt. Est enim fallacia, & à non consequente, & Ab Ignorantia Elenchi. Adulti baptizantur propter suam fidem Actualem. Infantes autem fidelium propter Dei fœdus & promissionem. Quæ duo plurimum differunt.

Ad Cap. x.

Quid nugator iste hoc, & sequenti capite tibi velit incertum est, nisi quod falso criminari & calumniati nos Orthodoxos immerentes hæreticus iste voluit, ut suis gratificaretur. Itaque errores somniat novos, quos nobis affingit, & tanquam monstra debellet ipse, sicque secundus quidam Hercules, sed furfuraceus videatur, tam est homo iste vecors, & ambitiosus. Verum & iterum, & quidem verè, dicam,

Qui nugas non odit, amet tua scripta Bellarmi.

Querit, Quæ sit fides, quæ in Baptismo Parvulorum in ipsis Parvulis requirimus, Respondeo, Nulla. Nec enim propter suam fidem illi baptizantur: sed propter illam Dei promissionem, quæ extat Gen. 17. v. 7. *Ego sum Deus tuus, & semini tui*, propter quam filios vel unius solum parentis fidelis & baptizati, Paulus sanctos, & Dei populi partes esse scribit 1. Corinth. 7. v. 14. Hæc est nostra vera, brevis, & perspicua de hac questione sententia, quam nemo piè refutare potest: ac ne ipsemet Bellarminus col. 269. L. A. §. *Calvinus*.

Tu nobis aliam, homo mendax, & impudens Monachus, affingis, quam tu ex Lutheri scriptis (quæ non intelligis) colligi putas. Sed falleris, & erras, verriginis spiritu actus, toto cælo. Dicitur igitur Lutherum tribuere Infantibus, qui baptizantur, fidem Actualem. Imponis mendacissime simplicibus. Nec enim intelligis Fidè parvulorum à Luthero dici eā, qua Ecclesia credit, scit, & novit eos, quia sunt fidelium Baptizatorum Infantes, ad Dei fœdus pertinere: non autem fidem Parvulorum actualem. Unde quod Bellarminus

minus colligit, Anabaptistas, qui Baptismū Infantium negant, ex doctrina Lutheri profectos esse, mera est calumnia, & *videra* seu stoliditas Bellarmini.

Mitigatio verò, quā iste factā putat, est explicatio eorum, quæ de Infantibus Electis ante annos discretionis decedentibus, quæ eruntur, Vtrum illi, qui sunt Electi, & seruandi, fidem Actualem habeant: non autem Vtrum omnes infantes, qui baptizantur. Responsum est ex Augustino in lib. de Præscientia Dei ad Dardan. cap. 12. quæ est epist. 57. lib. 1. cap. 19. de Peccator. Meritis & cap. 33. epist. 25 ad Bonifacium, in Paruulis Electis Dei etiam habitare Spiritum Sanctum: & si ante discretionis annos moriantur propriam fidem in illis spiritum gignere, quemadmodum in Iohanne Baptista quum adhuc esset in utero suæ matris Elizabethæ Luc. 1. v. 44. hæc illa fides nobis hominibus nullis externis signis appareat. Prætermitto quæ Bernardus epist. 77. & Serm. 5. & 66, in Canticum nobiscum consentiens scribit, ut verè & Philippum Melancthonem, & Kemnitiū in can. 13. Sess. 7. in parte 2. Examini sensisse, & scripsisse omnes intelligant. Sicut & Concilij Viennensis sententia nostram confirmat: quam isti celant.

Attingit idem hic Bellarminus Caluino, eum confundere causam Baptismi Infantium, qui ex parente fidei nati sunt, cum ea causâ, propter quam habent iidem illi fidem. Verum fallitur, ut ex Caluini Institutione lib. 4. cap. 16. §. 21. quibus intelligit Causâ Baptismi Infantium istorū est promissio facta Abrahamo generaliter: Causâ

fidei eorum, si qui habent, est Dei electio de illis
facta peculiariter.

Ad Cap. xi.

HOc est Romanistarum, seu Pontificiorum
dogma, In genere Infantes omnes (nec er-
nim illi inter fidelium, & Infidelium hominum
Infantes distinguūt) Rectè baptizari, nō propter
Dei promissionē: sed propter fidē, quā ipsi Infan-
tes habent habitualem, id est, propter fidem
alienam seu Ecclesiæ. Ita ille. In quo primū illud
est obseruandum ineptam esse, id est, secum per-
gnare istam Bellarmini orationem. Nam si pro-
pter alienam fidem baptizantur Infantes: ergo
non propter suam, vel Actuaalem, vel Habitua-
lem fidem. Nec enim aliena fides est nostra fides
Habac. 2. v. 14. Deinde falsa est ista sentētia: Nam
sola Dei promissio est verū baptisimi infantium
fundamentum, vt mox apparebit. Quemadmo-
dum fides ecclesiæ efficere non potest, vt qui ad
S. Cœnam admitti non debet, rectè admittatur
sic neque eadem fides ecclesiæ potest eum ad
sanctum Christi baptismum rectè & legitime
adhibere, qui non debet.

Verū bellarmini de ea re theses, id est, ine-
ptias audiamus, quales ipse tanquā oracula que-
dam nobis fundit & proponit.

Prima thesis est, Infantes nō habent actualē
fidem. Respondeo, Primū inepta est & *ἀνεπίστατος*
ἀδύνατος ad hoc totum argumentum hæc thesis.
Nec enim eorum fides vel Infidelitas, est causa
dandi, aut denegandi fidelium. Paruulis Baptis-
mi. Sed & hanc suam primam thesim ipsemet re-
futat

faciat. Quinta thesis ubi affirmat Infantes actu credere: ergo habent Fidem Actualem. Deinde falsa est, si de singulis fidelium baptizatorum Infantibus intelligatur, etiam Electis Dei, qui ante discretionis annos moriuntur. Nam eos fide non carere scribit Augustinus lib. 1. Peccator. Meritis cap. 19. & cap. 33. epistola 25. & Viennense Concilium. Denique superflua est, si simpliciter hic, & extra Baptismum de fide Infantium quaratur: Quorsum enim de eo disputatur? Quomodo satis constet, nostri ratione, eos nullam adhuc fidem habere. Quanquam de eo ipso isti non sentiunt inter se. Nam alij volunt Infantibus nec secundum actum, nec secundum habitum vllas virtutes infundi. Secundi sentiunt in Baptismo radices tantum Virtutum in Infantibus feri. Tertijs in Baptismo dari Infantibus Virtutes non secundum usum, sed secundum habitum. Hanc Sententiam Clemens in Concilio Viennensi probavit: reliqua duæ in medio & incertæ relinquuntur ab Innocentio III. in cap. *Maiores* Ext. de *Baptismo*. Loci ex Deuteron. cap. 10. v. 3. Ionæ cap. 4. nihil de Infantium fide agunt & temerè hic proferuntur. Loci ex Augustino nihil ad rem. Nam contra epist. 47. cap. 12. & epist. 25. docet Infantes electos, à spiritu Dei regi, & fidem, licet nobis inuisibile habere. Denique quid ratione & disputatione est opus, si nostri ratione hoc quaratur, non auctorem Dei? Certè Infantes nullam fidem, nostri ratione habent, nec aliter D. Lutherus sensit, Quamquam omnino ineptus est iste, qui hinc Aśinam Balaam memorat nisi quod Animalis sui Familis meminisse voluit.

Secunda thesis istius est, Infantibus, dum baptizantur, nulli noui motus & inclinationes fidei similes à Dei spiritu infunduntur. Respondeo, Pugnare hæc thesis contra ipsummet Bellarminum, & eius hesein quartam col. 272. L. B. ubi ait iste in baptismo infundi habitum & fidei, & charitatis. Pugnare contra Paulum, qui in I. Corinth. 2. ait, nemo nouit quæ Dei sunt, nisi spiritus Dei. Quis autem isti illud Dei arcantum reuelari, neget hoc à Dei spiritu fieri. Nam fieri potest. Falsum autem omnino est, quod ait iste, Aristoteli hoc affirmari, Nempe Nouos motus & fidei similes inferi à Dei spiritu fidelium Infantibus, dum baptizantur. Nos enim illud à pueris didicimus,

Mitte arcana Dei, cælumque inquirere, quid sit.
Iraque huius thesisi probationem, Bellarminum nullius sit momenti, etsi prorsus ineptam, omittimus: examinandam autem istis inter philosophis & Sententiariis curiosis relinquimus. Nec enim bonas horas in istis negotiis collocare volumus, & Lectorum otio, ut hic facit, abuti. Neque nos quoque istud ineptum & hebes Bellarmini telum ferit.

Tertia thesis istius est, Infantes non iustificantur sine ulla fide. Respondeo, Quid primum hæc thesis ad Bellarmini rhombum, & argumentum? Certè non plus, quam cupressus depictus ad naufragiam quadrat. Nec plus hæc thesis Bellarminum inuolat,

*Quàm lippum picta tabula, fomenta podagram,
Aurículas cubaræ collecta sordè dolentes.*
Deinde nihil probatione, & verbis opus erat,
quam

quam hanc thesin aduersum nos à se torqueri
 dicat. Nos enim eam fatemur: imò hanc ipsam
 ingratus iste à nobis didicit, per quam ut vipera
 matrem, sic iste nos eius sententiæ patronos, de-
 lere vult. Telum istud nostrum est, obuiis vlnis
 excipitur à nobis, in istos torquetur. Quid igitur
 & Leo Iohannis 3. v. 36. & Hebr. II. v. 6, & hoc ver-
 bis apud nos erat opus, qui hanc thesim nostram
 esse agnoscerent ex Dei verbo sumptam? Tertio,
 Hæc thesis Bellarminum refutat. Nam vult hic
 neminem absque fide iustificari, & tamen Infan-
 tes in Baptismo iustificari, qui ex prima eius the-
 si fidem non habent. Denique eam ipsam suam
 thesim non intelligit. Nam quum quispiam dici-
 tur ex fide sua iustificari, de fide Actuali, non a-
 liena, non habituali intelligitur. Iste tamen In-
 fantibus tribuit fidem dumtaxat alienam & habi-
 tualem, quos ait iustificari in baptismo. Sic stul-
 tus iste & furiosus se suo iugulat gladio, & non
 capit sua.

Quod putat, & scribit iste nostros, Nèpe Cal-
 uinum, & Martyrem velle, ut omnes fidelium In-
 fantes, qui baptizantur, coram Deo iustificentur,
 & sine fide, est merum somnium, & putidum i-
 stius mendaciam. Illi, & nostri omnes sic do-
 cent, ut tandem nostram sententiam norit ho-
 mo iste hebes & tenebris (qui nihil, nisi sui ani-
 mi commenta, assequi potest) infantes fidelium
 baptizari ex Dei generali fœdere, per quod non
 ad salutem æternam electi sunt: sed Dei populo
 & Ecclesiæ generaliter adscribuntur. Ergo eos
 iustificari omnes, qui baptizantur, siue Adulti
 siue Infantes, negamus: sed illos solos, quos

Deus ad æternam salutem peculiariter elegit, in quibus in Infantia decedētibus Deus Spiritu suo fidē extraordinariē gignit. Quod iste vult quodque col. 273. L. D. §. *Est autem.* Nec enim Deus, vel natura deficiūt in necessariis. Itaque falsum est a nobis fingi in vllō quoquam iustificationē abscque etiam Actuali fide. Id quod iste nobis impudenter affingit.

Quarta thesis istius est, In Baptismo infundi Infantibus habitus fidei, & charitatis. Respōdeo, Pugnāt hęc quarta thesis cum supertote secunda, quemadmodum suprà demonstrauimus. Hęc enim asserit motus fidei infundi Infantibus in Baptismo: illa secunda thesis hoc ipsum manifestē negat. Deinde, teste hoc ipso Bellarmino, hęc ipsa thesis inter ipso smet Scholasticos cōtrouersa profus est. Alij enim eam negāt: alij affirmāt: alij indefinitam relinquunt. Volūt enim alij, nullas virtutes, vel quod ad actum, vel quod ad habitum, illis infundi: alij dicunt earum virtutum solum radices iniici: alij earū etiā habitus, quas omnes sententias æquē veras esse faterur Innocētius 3, in cap. *Maiores* in fin. primi paragraphi, ext. *De Baptismo.* Clemens autē quintus in Vienensi Concilio De Summa Trinitate Innocētium 3. corrigit: Thomas in 3. parte q. 69. Arti 6. vnam tantum sententiam omnibus præferi, & eligit ex qua statuit sic fidem inesse in omnibus Infantibus baptizatis, quemadmodū fides inest in Adultis dormientibus. Ergo contra Bellarminum Thomas fidem Actualem (est enim fides in Adultis dormiētibus Actualis) inesse in Infantibus baptizatis affirmat: quod & Concilium Tridenti-

dominum quoque sess. 6. cap. 7. apertè sic defini-
vit, & ipsemet Bellarminus thesi quinta col. 273.
L. Cap. 1. §. 2. 211.

Denique confundit ista thesis electionem Dei
peculiarem cum baptismo. Vtrique enim eadem
effecta tribuit, quod est *Αἰνινον*, & *α' θεολογον*.
Nec aliter, quam nos, Patres sentiunt.

Quinta thesis est, Infantes actu credunt, & re-
ipsa partim, partim aliena fide. Respondeo, Cum
in præ est hæc thesis, tum falsa. Inæpta, quoniam
si aliena fide credunt: ergo non sua. Nec enim a-
liena fides, nostra est, Habac. 2. v. 4. ergo implicat
contradictionem. Deinde thesis hæc evertitur à
prima thesi, ubi, & verè, affirmat iste Infantes a-
ctualem fidem non habere. Cur igitur nunc eam
illis tribuit? Quanam est ista, & quàm turpis in
Theologo inconstantia? Est eadè falsa, teste Tho-
ma in 3. parte quæst. 69. artic. 6. Nam Infantes e-
lecti, qui ante annos discretionis morientes, ea-
sunt donati à Deo extraordinariè, sic eam habèt,
ut non sit nobis conspicua. Sed fides actualis nõ
potest nobis esse ignota: ergo si eam haberent
Infantes actualem, eam videremus: quare nõ ha-
bent actu fidem.

Nos in fide Parentum, & Ecclesiæ baptizari
Infantes fidelium eatenus verū esse concedimus,
quatenus parentes Infantium, qui baptizantur,
fideles & baptizatos esse constat, & oportuit, &
hoc ipsum Ecclesiæ notū est, prius quàm eorū In-
fantes baptizari possint. Nõ autè quoddam parentū,
aut Ecclesiæ fides sit filiorū fides, & causa eorum
Baptismi, sicut putat Bellar. Nemo enim aliena fi-
de vivit, sed sua, Habac. 2. v. 4: & causa Baptismi

eiufmodi liberorum infantium, est Dei promiffio Genef. 17. v. 7. ex noftro hac diftinctione funt Patrum dicta omnia intelligenda; ex fide Paterna occasionaliter Infantes baptizantur non autem cauffaliter, vt ille vult. Iuftinus qñ est. 56. Auguft. epiftola 23. 57. 105. lib. 4. cap. 24. de Baptifmo, Bernard. Serm. 66. in Cantica Cantico fumi ^{li mto}

Quod autem ille duplicem in Infantibus fidem requirit, Vnam Actuale, quæ præcedit eorum baptifmum: Alteram Habitualem, ex qua iuftificantur, ineptum, & factum est, Primū, Hoc ipsum aperte fuprà negauit Bellarm. thefi prima, Nempe Infantes habere fidem Actuale. Deinde ineptum est potiore esse Habitualem fidem, quæ latet, quam Actuale, quæ patet, ac Deum ore confitetur. Fit enim ore confefio ad salutem, Roman. 10. v. 10. Potior autem est, quia fides habitualis Infantes iuftificat, non Actuale: ex Iuftus fententia col. 274. L. A. Denique feipfum evertit ille. Vult enim Infantes in baptifmo iuftificari absque vlla fide ex opere operato. Ac heli tertia col. 271. L. D. contra, negat Infantes iuftificari sine fide. Hoc in capite tam varius est.

Quo tamen vultus mutantem Prothea modo?
Itaque ipfe met Bellarminus tandem agnofcit hanc fuam thefim quintam esse & factam, & vacillantem, eamque variis modis fulcrite conatur, fed inanibus fulcris, & nullis: tandem enim ipfe negat fidem alienam prodesse Infantibus.

Quod fcribit Parentum fidem prodesse Infantibus fuis liberis, quoniam eos ad Baptifmum Parentes deferunt, ineptum est, & fcurrile. Plus enim

enim & pedes, & manus parentū Infantibus pro-
 dedit hoc pacto, quia sine his afferre & adduce-
 res hos Infantes ad Baptismum parētes non pos-
 sunt: sine fide possunt. Quare repudiat ipsemet
 suam illam fidem alienam, sine qua fructuosum
 esse Infantibus datum baptismum agnoscit. Nec
 enim illa est de essentia, aut, Baptismi.

Verūm quid isto Monacho stolidius est, qui
 existimat illas Interrogationes in Baptismo, *Cre-
 dis, Credo. Abrenuntias? Abrenuntio*, Infantium,
 qui baptizantur, causa fuisse in Ecclesia, institu-
 tas: fallitur. Nam Adultorum solū causa &
 gratia, qui baptizabantur, fuerunt & scriptæ, &
 institutæ: non Parvulorum. Adulti enim ipsi ore
 proprio respondebant, *Credo, Abrenuntio*: Itaque
 falluntur, qui hanc Baptismi formulam accom-
 modant Infantibus ex Augustini Serm. 10. de
 Verbis Apostoli.

Ceterū quia iam singulas istius theses exa-
 minamus, & falsas esse docuimus, nihil necesse
 est nos ampliū respondere solutionibus Ineptis,
 quas ad nostrorum affert argumenta. Falsum e-
 nim nobis attribuit iste, dum fingit nos velle, ut
 qui Infantes Electi fidem habeāt, eam habeant
 sine cognitione Christi. Nos enim illis uti fidem
 tribuimus, sic & cognitionem, & certam animi
 in Christum fiduciam, atque acquiescentiam ad
 salutem. Itaque contra sua ipsius somnia pugnat
 Bellarminus, non contra nos, nostraque argu-
 menta, & scripta.

Ad Cap. XI I.

DE effectis Baptismi scribens bellarminus,
 falsa, vera effecta vocat: & vera, falsa. Tria

vera ponit, & putat, Collationem Gratiæ salutatis ex opere operato. (Hoc falsum est, & iam refutavi:) Impressionem Characteris (Hoc falsum est, & à nobis euersum) & Deletionem omnis culpæ & pœnæ. Hoc non est primarium Baptismi effectum, sed secundarium. Itaque nusquam eius meminit Paulus Roman. 6, Ephes. 5. v. 26, Tit. 3. v. 5. Sed & in hoc quoque capite ferialis hoministe tribuit nobis sua commeta, quos ipse meterroris appellat, & quos postea conuellemus.

Ad Cap. XIII.

CVM sua umbra pugnat Bellarminus, tantæ eam exigant intemperiæ, & tam malè eum vexat vertiginis spiritus, ut quod scribat, nesciat. Questio est Vtrum baptisus Christi tollat peccata. Respondeo, Christi Domini nostri sanguis ea tollit Rom. 3. v. 24. 25. Ephes. 5. v. 25, v. 26. Coloss. 1. v. 20. Heb. 9. v. 13. 14. Baptismus autè huius Christi in nos beneficij signū est & certissimum ex parte Dei nobis illud offerentis testimonium Roman. 4. v. 11. Tit. 3. v. 5.

Quid uite contra obganniat, id est, contra ipsammet Dei veritatem inoptiat, audiamus. In toto autem hoc capite bis, & quidem grauissimè, peccat. Primum in nos mēdicio, Secundum in Deum ipsum blasphemiā. Mendacium Bellarmini est, quod nobis aliam, quàm quæ nostra est, sententiam affingit, ut fortis vir videatur, & nos debellet. Nec verò æquū est, ut de nostra sententia cuiquam plus, quàm nobis ipsis credatur, vel certè huic hosti nobis infestissimo. Blasphemia est, Quòd iste in ipsum opus ab homine operatum Baptismi transfert illud quod est proprium Dei

Dei opus, ac beneficiū, nēpe deletionē peccati. Verius tamen nugās Bellarmini age patenter audiamus, ac, Deo bene iuuāre, discutiāmus. Primum fallacia Bellarmini, ac futilitas obseruanda est ex Voicis huius, *Peccatū*, ambiguitate. Peccatum dicitur & fomes peccati seu Concupiscētia: Roman. 7: & reatus seu culpa ex actione Dei præceptis contraria contracta, Rom. 5. v. 15. & 18: & ipsa pœna peccato debita II. 53, & 2. Corinth. 5. v. 21. Iste ambiguē loquitur, dum ait per baptismum peccata tolli. Seipsum igitur explicet Nam hoc ita confusē cōcesso, statim ab vna significatione peccati concessa transfigit malitiosē ad aliam: atque ita fallaciam ab Equiuocatione vocis *peccatum*, admittit. Hoc puerile est Nos enim concedimus Reatum, & Pœnam peccati (quod vtrunque peccatum dicitur) remitti Christi beneficio nobis, idque in Baptismo credētibz verē obsignari. At iste, hoc concessio, sic infert, quia peccatum in baptismo tollitur, Ergo & Concupiscētia ipsa seu fomes peccati tollitur: Id quod est fallere & decipere, non ratiocinari. Hac vtitur fraude & sic agit bellarminus cornutos suos Patres Tridentinos itidem impostores & agyras secutus, Sess. 5.

Deinde in tota hac argumētatione, & Patrum citatione, fraudē aliam ab eadē fallacia Ab equiuocatione verbi, *Tolli*, vel *Remitti*, facit. Nā in S. Script. quid piā ab alio tolli vel remitti dicitur, Vel tanquā à causa (Sic Deus remittit peccata, sic Christus ea tollit Matt. 9. v. 6 Luc. 5. v. 21, Iohā. 1. v. 29.) Vel tanquā ab eius remissionis & deletionis signo & sacramēto. Sic Baptismus peccata tollit & lauat Mar. 1. v. 4. Ep. 5. v. 26. Script. & Patres hoc

posteriore significato concedunt Baptismo peccata tollere: iste veteratorie in prioris significato sumitur, & sic & se & alios decipit. apparet esse verissimum. Nam ubi locus ex S. Scriptura pro se profert, vult eodē modo verbum *Mundare* accipi, quum Christo tribuitur Iohan. 1. vers. 29. & quum Baptismo Ephes. 5. v. 26: quod est falsissimum.

Porro Psal. 51. v. 9. nihil ad baptismum pertinet, sed ad veteres lotiones: neque etiam Locus Mich. 7. v. 18.

Quum iste ex Canticorum cap. 4. v. 7. Iohan. 13. v. 10. Ephes. 1. v. 4. colligit nos esse immaculatos, fallitur. Nam illi loci non magis de Baptizatis, quam non baptizatis, in Christo electis, intelliguntur. Ergo isti loci nihil valent ad sententiæ Bellarmini (quod in Baptismo peccata Namurum tollantur) confirmationē. Deinde de tota & perfecta puritate, quandiu hic sumus, non accipiuntur. Nam neque possunt. Iubet enim Christus Matth. 6. v. 12. ut quotidie petamus peccata nobis à Deo remitti. Iohan. 1. v. 9. Itaque nisi in Christo Domino nostro spectet nos Deus, non videt nos immaculatos, quandiu in his terris vivimus. Nec aliud Gregorius lib. 9. epist. 39. sentit. Sumit enim ea, quæ scribit Gregorius ex libro Augustini de perfectione Iustitiæ, qui nobiscum confentit planè, ut apparet cap. 2. 3. & 4. Rom. 7. v. 18. & 24. Colos. 3. v. 8. 9. 10. Psal. 143. v. 2.

Tertia istius ratio est eiusmodi, figuræ Baptismi, velut Circumcisio carnis, transitus Rubri Maris &c. verè abscindebat carnem, mergebat homines: ergo Baptismus verè delet peccata. Respon-

spondeo, Verè delet, quod ad reatum, ne nobis noceat: sed non delet, ne adhuc fomes peccati in nobis habitet, & inhæreat, Rom 7. v. 17. Sic David eos beatos pronuntiat, quibus in his terris peccatum non imputatur, licet in cit, Psal. 32. v. 1. 2. Rom. 4. v. 7.

Quarta ratio istius nihil valet. Est autem hæc, Quæ deleri à Deo & mundari dicuntur, velut Pl. 1. 9. dicitur. 13. 4. v. 22. verè delentur & mundantur: ergo & peccata in Baptismo verè extinguuntur. Nam Deus ea se tollere ait in Baptismo. Respondeo, Primum peccat iste, quod tribuit sigillo opus Dei. Non enim Baptismus, sed Deus tollit peccatum: sed peccati sublatis signum duntaxat. Et Baptismus. Deinde in his terris, (in quibus est Regnum peccati, & in hoc mundi statu) non tollitur peccatum: sed ex parte, Nempe quod ad reatum tollitur: non quod ad fomitem peccati: sed quum erimus in cælo plenè cum Christo coniuncti, tunc profus tollitur.

Quinta ratio bellarmini est, ex Rom 5. ver. 12. Sexta, ex Rom 6. v. 4, verè in Adamo peccatores sumus, verè in Christo & cum Christo sepulti & mortui: ergo verè peccatum in nobis & re ipsa per baptismum, & quod ad reatum, & quod ad fomitem, extinguitur, non per solam remissionem, & non imputationem. Respondeo, Quæ facta sunt, infecta reddi non possunt: ergo peccatum iam perpetratum non potest esse nõ admissum. Quare quum peccata nobis delentur, non sunt, neque dicuntur facta reddi infecta: sed ostenditur, facta illa nobis exitiosa nobis non im-

putari tamen in exitum Pl. 32. v. 1. Rom. 4. v. 7. ex quo fit, vt, (velit, nolit Bellarminus) cogatur admittere remissionem seu non imputationem nobis fieri peccati à nobis perpetrati. Deinde concedimus Christi beneficio, nõ autem per baptismum, nos hoc consequi, vt tandem, & quæ moriamur actu, fomes peccati in nobis proles, & actu moriatur: non autem in his terris, in quibus Baptismi significationis & effecti plenè participes fieri nondum possumus, quoniam in hoc statu mundi est & habitat peccatum, donec Mundus hic plenè renouetur. Denique concedimus verè delendum esse in nobis, Christi beneficio, peccatum, cuius beneficij nobis futuri obsignatio est Baptismus in his terris: plena vero fruitio erit in cœlis. Peccati autè Adami plenus fructus est in his terris, & sentitur ab hominibus Electis: Christi autem beneficij plenus fructus demum in cœlis ab Electis percipitur. Atque hoc pacto intelligenda est collatio peccati Adami, cū gratia Christi, quæ fit à Paulo Rom. 5. v. 12. hoc pacto ait Paulus Rom. 6. v. 4. nos in Baptismo fieri mortis, & Resurrectionis Christi participes: hic ex parte, in cœlo plenè.

Septimum istius argumentum est, In Baptismo dicimur renasci, Tit. 3. v. 5. 1. Pet. 3. v. 21. Respondeo, Ex parte duntaxat renascimur in his terris: perfectè in cœlo, quoniam ibi demum finis plenè cum Christo *uouevca*, & consortes: non prius. Nec aliud obsignat nobis Baptismus.

Octauum est ex 2. Corinth. 6. v. 14: ergo post baptismum non potest in nobis inesse Dei iustitia, & Diaboli nequitia seu peccatum. Respondeo

deo, Duo contraria perfectè seu in gradu perfectò simul & in eodem subiecto inesse non possunt: verùm in gradu imperfecto simul esse possunt. Sic Albus, & Niger color est in viridi: calor & frigus in re tepida: bonum & Malum artificium in homine mediocri artifice. Sic iustitia & peccatum inest in homine renato, caro & spiritus, Verus homo & Novus homo Galat. 5. v. 17. Col. 3. v. 8. 9. 10. Porro cupiditatem, quæ post baptismum in nobis inest, negat iste peccatum esse. Verùm hoc est falsissimum, & Paulus id ipsum refutat Rom. 7. v. 7. 23. Gal. 5. v. 17. Iacob. 1. v. 15.

Nonum istius argumentum est, Deus odit peccata, Ps. 5. ver. 5: ergo in baptismo tollitur fomes peccati. Respondeo, Nulla est istius argumenti consequentia. Nam docuit nos Christus ipse etiam post baptismum à Deo postulare quotidie remissionem nostrorum peccatorum Matth. 6. v. 12. 1. Iohan. 1. v. 8. ergo post & per baptismum non tollitur fomes peccati. Atque sic evertuntur facillimè omnia Bellarmini argumenta.

Ad Cap. XIII.

Quinque capita (quæ ab hoc ad cap. 19. sequuntur) sunt nugæ vugerrimæ, & monstra errorum, quos iste nobis impudenter mentiens adscribit, & attingit, qui tamen sunt suorum propriæ hæreses, vti in singulis ostendetur. Verùm verator iste detorquet in nos suorum hæreses & vitia: sic scelerati in viros bonos malitiosè suaverba crimina deriuant, quæ tamen, ubi veritas innotuit, sceleratos ipsos perimunt. Et vetus est illa Gurgensis Episcopi techna,

*Venerat ut Venetos Gurgensis perderet auro:
Non Venetos: Dominum perdidit ille suum.*

Sic Bellarminus, qui nos opprimere suis mendaciis studebat, opprimit suos, non nos, ut veritas demonstrabit. Ergo superflua sunt ista capitula quinque, & ab hoc confictos in nos errores continent. Nemo enim nostrum hoc sensit unquam, quod hic iste scribit. Sed ut Tridentini concilii sui scorias iste purgaret, ac ingenium suum humo ambitiosissimum ostentaret, ista chartis (quod in re, quæve iniuria, per fas, & nefas) ille sit suis, ut nos crasso hoc suo volumine obrunderet, & si potest, obtereret.

Primus error est (cuius hic meminit) pernitissimum reddi homines impeccabiles. Hunc errorem nobis ille, si Deo placet, attribuit. Verum egregie mentitur Bellarminus, se ipso teste. Nam col. 279. L. D. §. *Sic ignur*, fuit error iste Iovinianorum, non noster. Itaque seipsum dementiens & corrigens impostor iste col. 280. L. C. §. *Nota secundo*, addit ex aliqua tantum parte hunc errorem videri instauratum fuisse à Calvino, in Antidototo ad sess. 7. can. 7, & lib. 3. institut. cap. 2. §. 11, ubi ait, Veram fidem semel habitam amitti non posse. Sed neque veritatem, neque Calvinum, qui eam sequitur, neque seipsum intelligit homo præceps, hebes, & Tridentinæ contionis merum mancipium Bellarminus.

Primum, si ingenium ostentare, sicut iste, vellem, & in simpulo turbas movere quod Bellarminus Mandrabuli in morem facit, verissimis rationibus ostenderem, probaremque Iovinianum, si recte verba eius accipiantur, verè sensitisse, & cum Christi Apostolis, Paulo Roman. 8. v. 38, 39, Iohane 1. epist. cap. 3. v. 9, 5. v. 18, Petro 1. Pet. 5. v. 10.

- Nec vera est Bellarmini solutio, Iohannem 1. Iohan. 1. v. 9. loqui in sensu composito, ut qui iustus est non peccet, quando iustus est Neminem enim talem, id est, sic iustum, & sine peccato fingit Iohannes 1. Iohan. 1. v. 9. 10. Verum tota istius & Iohannis, & Ioviniani sententiæ obscuritas est posita in ambigua verbi peccare significatione. Peccant enim homines dupliciter, Vel toto affectu animi, nullam amplius sentientes Carnis & Spiritus pugnam. Hoc modo non peccant qui a Deo nati sunt, & veram fidem habent. Galat. 5. v. 17. Vel peccant homines ex infirmitate & vitiositate naturæ humanæ, cui tamen contradicunt, Sic peccant filij Dei in hoc Mundo, Rom. 7. v. 19. 20. 24. Iohan. 1. v. 10. Tam veram peccati distinctionem vecors iste non intelligit, nec a suis didicit.

- Secundum dico, Scholasticos, & Bellarminum sequi & docere eum ipsum errorem, quem damnant. Nam si verum est, quod iste superiori capite docuit, in Baptismo ipsam Concupiscentiam, & fontem peccati ex opere operato vere tolli, & extinguere, certe quicumque sunt baptizati, sunt absque fonte peccati: ac proinde sunt, te iudice, impeccabiles.

Tertium dico, Neque Calvinum in errorem Ioviniani, quem putat iste, & refutat Augustinus lib. de Heresib. cap. 82. & Hieronym. lib. 2. contra Iovinian. incidere: neque Lutherum in eorum furoribus, qui sentiebant neminem baptizatum damnari posse quantumvis impiè viveret, Augustin. lib. 21. cap. 25. de Civitate Dei, Calvinus igitur nostram constantiam & conservationem

ad salutē non tribuit baptismo, sed Dei electioni
 Rom. 8. v. 38 39. II. v. 29. Plal. 37. v. 24. quæ est immu-
 mota, & inuariabilis, ergo verè ait Calvinus eos,
 qui veram fidem habent perire non posse. Nam
 ad id, quod excipit iste, Simonem Magum a fide
 excidisse, & alios Apostatas idem facere Act. 20.
 v. 29. I. Timoth. 1. v. 19. & periisse, perireque
 Respondeo, illud verum esse: sed nego eos veram
 fidem vnquam habuisse, aut habere, Nam si ve-
 ram fidem habuissent, & ex nobis fuissent, non
 cum permanissent I. Iohan. 2. v. 19. neque peri-
 sent.

Quod ad D. Lutherum, Ille sic sensit, & quidē
 ex Dei verbo, Neminem, qui veram fidem habeat,
 damnari posse (esset enim æternum Dei consiliū
 & fixum mutabile, quod vel animo sentire est
 nefarium, nedum scribere, Iacob. 1. v. 17.) sed eos
 omnes, qui credidisse dicuntur, idcirco damna-
 ri, quia fidem Christi abiecerint, aut potius eam
 verè non habuerint. Id quod cum Luthero sen-
 sit Paulus Rom. 8. v. 1. & Apostolus ad Hebræos
 cap. 6. Quare de verborum, quæ hic habet Bellar-
 minus, significatione, quasi sint illa Lutheri, ni-
 hil nobis est curandum. Non sunt enim illa Lu-
 theri verba, sed impostoris Bellarmini, nec quic-
 quam obijci ab isto contra veram Lutheri sen-
 tentiam potest, potuitve, quæ apud eum extat in
 lib. de Captiu. Babylonica cap. de Baptismo. Sed
 qui Lutherum oderunt Scholastici, sibi somnia
 fingunt, & illi mendacia affingunt. Cæterum
 verum fidelem, qui veram fidem habet, peccata
 & fidem cum peccato in eodē homine esse possi-
 se, certo certius est, Rom. 7. & 8. Cor. 6. I. Iohan.

atque exempla Davidis adulteri, & Petri Christum abnegantis probant. Et per fidem in Christum peccata nostra à Deo deleri est certissimum Roma. 5. v. 1. Pl. 51. v. 1. 2. nec tamen peccato frana laxanda esse. Quæ omnia quam negat Bellarminus, ostendit se prorsus à *Deo*, & artis, quam hic proficitur, imperitum.

Ad Cap. xv.

Altera istius scriptoris nugacitas, ut suos ceteros præceptores sequatur, nempe Tridentinos Neptunos, apparet hoc loco manifestissimè. Fingit animo iste monstrum istud, Velle non nullos & docere, Hominem Baptizatum nõ iam obligari ad obsequendum Deo. Certè qui hoc dixerit, vel etiam putarit, nemo nostrum adhuc inuentus est: imò nec ullus Christiana fide leuiter inæctus, excepto isto Bellarmino. Hunc tamè errorem iste impudens impostor tribuit Lutherò. Mentitur, & quidem sciens, & prudens Bellarminus. Rectè sentit de Homine coram Deo iustificatione ubique Lutherus. Imò & rectè sentiendi primus occasionem aliis dedit.

Primum igitur dico, & regeto, Ipsosmet Scholasticos, non Lutherum, hoc monstrum produxisse, Hominem baptizatum non obligari ad legem Dei obseruandam. Aiunt enim ipsi, Per Baptismi opus operatum baptizatos iustificari: ergo non ex operibus suis: ac proinde non obligantur baptizati ad legis, ex qua non iustificantur, obseruationem. Quanquam quod iste, Mancipium conuictorum Episcoporum, scribit, *Baptizatum esse debitorem totius legis Dei seu vniversa legis*, est & ambiguum, & falsum. Ambiguum,

quia lex vniuersi Dei olim legales quoque ceremonias continebat, quibus observandis iam non obligantur, beneficio Christi, baptizati. Est falsum, quia baptismus remittit nos ad opera Christi Roman. 6. v. 4. 5 non ad nostra ipsorum.

Secundo dico Lutherum, & Remoniam ab isto non intelligi. Nam vterque id dicit & docet, Virum pium, & qui seruari velit, & ut recipi seruetur, neque ante baptismum, neque post baptismum quætere salutem illam suam ex obseruatione a se facta, aut futura seu facienda vniuersæ legis: sed in vno Christo, quem hinc apprehendit. Ergo quod ad causas salutis, liber est ab operibus legis Christianus, nec ex ea causa se subicit legi, aut eius obseruationi. Hoc docent omnes orthodoxi, Hoc docet S. Scriptura. Hoc nos omnes docemus: estque verissimum contra Tridentinos dogma. Nec enim seruamur ex nostris operibus sed ex sola Dei gratia, & misericordia, quæ fit nobis propter Christum Ephes. 2. v. 9. 2. Timoth. 1. v. 9. Si per legem iustitia, frustra mortuus est Christus, Galat. 2. v. 21. Nec possunt legi iustitia, & fidei iustitia concordare, & simul in nobis consistere: neque opus nostrum, & Dei gratia simul esse causa nostræ salutis. Roman. 11. v. 6. Philipp. 3. v. 9. Eatenus igitur liber est pius & Electus ab obseruatione legis, quatenus causa salutis nostræ quæritur. Quatenus verò Lex Dei præcepta honestæ, sanctæque vitæ continet, eatenus omnes pij & Christiani legi Dei Morali, & illius obseruationi sunt obnoxii, obligati, subiecti Roman. 12. v. 1. 2. 13. v. 8. 9. Coloss. 3. v. 10. Atque etiam eò magis Christianus baptizatus legi

legi Dei Morali est obstrictus, quàm nondum baptizatus: quòd baptizatus in publico Ecclesie cœtu, publicè & palàm, publico adoptionis Dei generalis sigillo testatus est se Dei filium, seruù, militem esse velle, & Christum indidisse Galat. 3. v. 27. & Mundo, & Diabolo, & carni renuntiasse professus est. Hos autem tam diuersos respectus legis Moralis Dei obseruandæ, aut non obseruandæ confundit Conciliium Tridentinum sess. 7. canon. 7. confundit Bellarminus, confundunt heretici isti, vt nobis calumnias ingerant. Itaque turpissimam fallaciam Ab Ignoratione Elenchi committunt.

Legem autem propriè, & vera significatione, non autem lata, sumptam opponi Euangelio certo certius est Philipp. 3. v. 9. Ephes. 2. ver. 8. 9. quòd quàm negat Bellarminus, se prorsus esse probat.

Mentem autem Tridentini Conciliabuli, & eius can. 7. in sess. 7. esse impiissimam, verè, rectè, & que perceperat Caluinus in Antidoto, & Kemnitius in 2. parte Examinis ad eum canon. 7. teste iam hoc ipso Bellarmino col. 284. L. C. 6. Nota. Vult enim iste Tridentinos idcirco adiecisse nos per baptismum obligari legis Dei obseruationi, vt ex nostris operibus salus nostra pendere intelligeretur. Id quòd est omnino blasphemum, impium, nefarium.

Nam quòd iste excipit ex Matth. 19. *Serua da esse mandata*, verum est, si quis querat salutem ex suis operibus: sed ea seruare est omnino impossibile. Mat. 23. v. 2. Ps. 19. v. 13. 14. omnes reprobos secundum opera sua 2. Cor. 5. v. 10. verum

quoque illud est, sed id fit quoniam opera illa sunt fidei, per quam in Christo grati Deo sumus, & iustificamur, testimonia.

Quod ait Lutherus Deum esse Dominum S. Scripturæ: Scripturam sacram eius esse seruum, hoc voluit, & vult, Mentem S. Scripturæ non ex sensu hominum & grammatico: sed Dei quædam nobis esse, & Dei gloriam in ea spectandam. Itaque dum Lutheri verba malitiosè captat Bellarminus, & putamen lectatur: verum nucleum, veramque Lutheri mentem salutarem amittit: tam est in Lutherum iniquus iudex, & impudens impudens Bellarminus.

Ad Cap. xv. i.

Tertia & Concilij Tridentini, & Bellarmini in hac de Baptismi effectis disputatione nugacitas & ad d. o. g. g. est, Nempe per baptismum homines non liberari ab observatione honestæ disciplinæ & Politicæ, quæ iam recepta est in Dei Ecclesia. In quo primum quæro, Quis vel quantumvis stolidus & morio (præter istum, & Tridentinas istas cornutas bestias less. 7. can. 8.) vnquam hoc sensit animo, vel literis mandauit Respondet Bellarminus Lutherum sic scripsisse lib. de Captiuitate babilon. cap. de baptismo. Respondeo bellarmino, Legendum esse locum illum, ex eo planè impudens bellarmini mendacium detegatur. Dixit Lutherus Hominum conscientias nullis humanis legibus obstringi posse: ergo negat Lutherus Christianos homines Politicis & Magistratus, & Ecclesiæ legibus obsequi teneri & debere. Quis tam vacors est, & præter

præter te, amens Bellarmine, ut istam A nõ consequente fallaciam non videat: Quasi verò nulli aliõ legi parere teneantur Christiani, quàm quæ conscientiam ligat: Quis hoc vnquam nostrum dixit. Imò Paulum sequimur, tum Roma. 13, tum 1. Corinth. 7, qui scribit nos & Magistratus, & Ecclesiæ honestis legibus obstringi: & qui secus viuunt, aut faciunt, grauitèr coercemus, ac punimus. Nam quod homo iste ridiculus ait, Nos propter beneficium Christi de remissione no-
 litorum peccatorum, frena laxare hominum licentiæ, est quouis falso falsius: Item Nos velle eũ non peccare, qui sciens & studiosè Principis, aut Ecclesiæ honestam legem violat, est impudens in nos calumnia. Nostra enim doctrina, & vitæ satis has calumnias refutant, qui seuerissimis pœnis, & censuris vtrunquè sceleris genus castigamus. Illi verò ipsi frena peccatis laxant, dum iure clauum abutentes, Confessionem Auricularem instituentes, Indulgentiam, (& quidem pretio cuique peccatorum generi taxato) peccatorum tribuentes homines Christianos ad nequitiam infligant, & consuetiores in dies reddunt.

Dico ergo Pontificios eximere Homines baptizatos ab omni obseruatione legum & diuinarum (quia per baptismum volunt fomitem peccati in illis tolli, Vnde fiunt omnino iusti. Ita autem lex non est posita 1. Timoth. 1. vers. 9.) & humanarum, siue Politicarum, siue Ecclesiasticarum, quia fomite peccati baptizatis adempto, & Dei spiritu illis plenè concessio, (id quod nisi illis largiuntur) nulla alia opus habent regula & lege, quæ regantur, quàm sua ipsorum scien-

ria voluntate & prudentia, non autem ullis aliis
vel Magistratos, vel ecclesie legibus, præceptis,
constitutionibus.

Hoc non diluens Bellarminus, sed præterea
tam fugiens, disputat, Vtrum hominum manda-
ta nostras conscientias obstringant. Respondet-
que iste, Nostras cōscientias iis mādatis obstrin-
gi. Iam vero utrorumque rationes perpendatur,
etsi alibi de eo diximus, verū iste actus ita agit.

Primum dicimus ex Jacobi cap. 4. v. 4. *Unus
est Legislatoꝝ conscientiarum, Nemp̄e Deus: ergo
mandatis hominum nostre conscientie non ob-
obstringuntur.* Respondet Bellarminus. *Unus est,*
id est, summus. *Unus* enim hic gradum, non nu-
merum, inquit, declarat. Multi enim vocantur
legislatores, ut Magistratus Roman. 13. Respon-
deo Bellarmino, responſionem istam esse falsa-
ciam. A dicto secundum quid ad dictum simpli-
ter. Nec enim quaeritur, Vtrum sint plures quo-
cunque modo: sed Vtrum sint plures conscien-
tiarum legislatores. Plures esse negat discretē Ia-
cobus. Ad eam enim legislationis speciem per-
tinet dictum Jacobi, non ad quodvis legisla-
tionis genus, ut iste putat. Probat, primum, quo-
niam de legislatione Iacobus agit, per quā Deus
perdit, aut servat animas nostras. Textus expres-
sus apud Iacobum. At per leges Politicas siue a
Magistratu, siue ab Ecclesia latis, Deus non per-
dit, aut servat animas hominū: sed per solas con-
scientiæ leges Roman. 2. v. 15. Aliæ enim nihil
ad conscientiam 1. Corinth. 7. v. 35. Ergo de solis
conscientiæ legibus agit Iacobus, quum ait, *Unus
est Legislatoꝝ, qui servat & perdit.*

Deinde

iii) Deinde vox *Vnus* propriè ad numeri ratione referatur: non ad dignitatis gradum & distinctionem i. Timoth. 2. v. 5. Galat. 3. v. 20. i. Iohann. 2. v. 1. Ergo vnicus est confectiaram nostrarum legislator Deus: non autem solùm summus, vt iste vult.

15) Tertio, Sumptus est Iacobi locus ex Il. 33. v. 23. At illic agit de legibus conscientie, & quidem solis. Ergo & apud Iacobum.

16) Quarto, Paulus Roman. 1. v. 4. & 15. docet res indifferentes non pertinere ad salutem Animarum. Atqui leges, quæ tam à Magistratu fiunt, tum ab Ecclesia, sunt de rebus indifferentibus: Ergo leges illæ neque perdunt, neque seruant animas: ac proinde non agit de iis Iacobus. Contra quæ tamen, sed falso, sentit Bellarminus.

17) Ergo quod Reges regnât, & alij, quam Christus, sunt Magistri Matth. 23. v. 6: & legislatores, intelligendum est de legislatione, & doctrina rerum Indifferentium & Indifferentiam: non autem rerum & legum conscientialium, quarum ferendum ius ad solùm Deum pertinet.

18) Kemnitij argumentum est validissimum, Per baptismum sumus solius D. i serui, non hominum Matth. 28. v. 19. I. Corinth. 7. v. 23: Ergo quod ad conscientiam adstringi legibus humanis non debemus. Respondet Bellarminus ex Luc. 10. v. 16. esse obediendum ecclesie legibus. Respondet Bellarmino, Non quod ad conscientiam: sed quod ad ædificationem duntaxat, & decorum, pacem ve externam Roman. 14. v. 6. I. Corinth. 8. v. 11. & 12. 9. v. 6. 7. v. 35.

19) Idem est respondendum ad solutionem Bellarmini ad secundum Kemnitij argumentum.

Ad Cap. xvii.

Quarta & Tridentinæ coitionis, & Bellarmini nugacitas Sess. 7. can. 9. est Per baptismum non fieri irrita omnia nostra vota. Primum quæro, Quis hoc nostrum unquam dixit. Respondet iste Lutherum Lib. De votis Monasticis, & Calvinum in Antidoto ad hunc can. 1x. Respondeo, Primum de nostrorum inter se consensu constat hic teste Bellarmino. Secundo dico Bellarminum esse vel veteratorem, vel fallum testem. Nostram enim sententiam interpolat, & adulterat. Nec enim quisquam nostram unquam sentit, scribitur *omnia Vota per baptismum fieri irrita*; sed ea solùm, quæ cum Voto (quod fit in Baptismo, vel fide) pugnant, qualis est obligatio ad perpetuam paupertatem, & Virginitatem. Nam quæ Vota cum fidei seu Baptismi Voto non pugnant probamus. Tertio. Cur hoc potius Baptismos Scholastici tribuunt istam votorum irreligiosorum cassationem quàm fidei? Illius enim vera causa est fides, per quam primum Deo sacramur Heb. 5. v. 9. 10. v. 19. 22. & huius sacrationis signum est baptismus.

Verùm nostrorum argumenta refellere conatur Bellarminus. Sed infeliciter. Quot sunt enim istius solutiones, tot sunt fallaciæ.

Primum argumentum est, Christus & Apostoli nihil de Votis præceperunt; Ergo Vota non sunt res Christianis necessaria. Respondet, Imò de iis Paulum præcepisse 1. Timoth. 5. v. 12. ubi de viduis continentiam vouentibus agit: & illud Votum non seruant, eas damnat. Respondet Bellarmino, Non de Voto continentiae violatione

lato sed muneris à Viduis suscepti desertione agit Paulus: quam animi inconstantiam ac leuitatem damnat: non voti perpetui de Continentia raptionem.

Secundum argumentum nostrum est, Sunt pene superuacua ista vota, nisi vt nos Voti in Baptismo concepti admovent. Nam aut ea vouemus, quæ iam in Baptismo Deo promissimus: & tunc quid ea vouere necesse est? Aut ea vouemus, quæ cum eo Voto pugnant, & tunc illa non sunt seruanda vota. Respondet iste ex Psal. 76. v. 12. *Vota esse reddenda Deo.* Respondeo isti, Nemo negat, Vota legitima esse reddenda Deo. Nec de eo quæritur Sed quæritur, Quæ sint Vota legitima & seruanda. Deinde vtrum Vota ea duntaxat legitima censenda sunt, quæ cõsentiant cū Voto in Baptismo concepto. Itaque hæc solutio Bellarmini est fallacia A pluribus Interrogationibus in vnã confusis: sicut prima eius solutio fuit fallacia Ab ignorantia Elenchi. Migrat enim de genere ad genus, & de vno argumento ad aliud omnino extraneum & dispar, fingit.

Tertium argumentum est, Frustrà plus voueri posse dicitur, quàm quod primùm in Baptismo vouimus Deo. Tunc enim tantum vouimus, quantum nec implere possumus. Respondet iste, falsum hoc esse, quia legem Dei implere possumus, ait ex Roman. 8. v. 4: & Christi iugum dicitur Leue Matth. 11. v. 30. Respondeo isti, falsum hoc ipsum omnino esse, quod ait, Nos nimirum in his terris posse Legem Dei totam implere. Psal. 143. v. 2. Psal. 119. v. 13, 14: & id iam multoties demõ-

strauimus. Locus autem Pauli Roman. 8. v. 4. non hoc ait, quod iste: imò prorsus eum oppugnat. Docet enim nostram sanctificationem esse tantum inchoatam in his terris: sed suscipi & inchoari, vt semper progrediatur, & crescat in melius, teste Paulo ipso Philipp. 3. vers. 13, 14. Denique iugum Christi dicitur leue, non quia lex Dei perfici hic à nobis possit: sed quia & comparatè ad legis cæremonias Christus pauca nobis præcepit: & tota salutis nostræ per Christum ratio posita est in fide in eum: non in operam legis plena perfectione, quæ est ad vram.

Quod autem vt iste col. 288. L. A. posse Christianos plus Deo vouere, quam se vniuersam ipsius legem seruaturos, est & insullum, & blasphemum. Blasphemum, quia sequeretur eam Dei legem esse imperfectam, si plus voueri, quam quod illa complectitur, posset: quæ tamen esse dicitur perfectissima? Insullum est, si quis se plus in sua, veræque iustitiæ operibus definiendis videre existimet, quam Deus ipse sapientissimus viderit, & statuerit.

Porro Scholastici ipsi, non Lutherus, & hunc, & superiorem errorem absurdissimum docent, & cudunt: Hunc nempe, per Baptismum fieri omnia Vota irrita, quia volunt Baptismum reddere baptizatos pares Angelis, & iam saluatis in cælo, qui nulla Vota suscipere possunt: sed & effecti eisdem aiunt omnino perfectos. Perfecto autem nihil per Votum, aut alia quavis via addi potest. Ergo Baptizati per Scholasticos neque vouere possunt: neq; plura Deo polliceri, quam tunc habent, possunt. Superior error cap. xvi. fuit.

DE BAPTISMO.
 foit, Baptizatum legibus Ecclesiasticis nō astringi. Hunc timentur Scholastici. Aiunt enim Baptizatos fieri per baptismum plane iustos. Iusto autem nulla lex est posita, præsertim politica. Ergo calumniose bellarminus in nos ea vitia deriuat, & detorquet, quæ sua sunt, non nostra: & quorum ipsi sunt manifeste rei, & conuicti.

Ad Cap. xviii.

Quinta Concilij Tridentini, & bellarmini nugacitas est, in fest. 7. canon. 10. Nempe fide & memoria suscepti iam Baptismi peccata omnia subsequenter baptismum remitti, & condonari. Hoc nobis tribuit: deinde respondet Bellarminus. Imò pœnitentiæ quoque sacramentum ad hanc remissionem esse necessarium. Respondet bellarmino, Primum de suis ipsius vitis: deinde de iis, quæ nobis appingit, & affingit. Ipse bis in tam paucis verbis peccat. Primum, dum Pœnitentiã vocat Sacramentum. Postea, dum vi nostræ pœnitentiæ & operis nostri peccata nostra nobis remitti scribit. Hoc enim est nobis opus Dei proprium adscribere, quod est blasphemum. Præterea seu tercio peccat hoc ipse vitio, non nos. Nam qui remissionem peccatorum operi operato Baptismi, tanquam cause, tribuunt (quod hic facit) illi hunc errorem, qui merito damnatur, inuixerunt, sola fide & memoria istius operis in se operati remitti sibi peccata. Ergo non videt sua peccata bellarminus, quæ in aliena tam cernit acutum: & qui quæ sua sunt, & propria vitia, fingit aliena esse impudenter.

Appingit hunc errorem nobis Bellarminus. Primum seipsum refutat, Laborat enim in nostra sententia & intelligenda, & explicanda. Ergo illud de nobis affirmat, quod ipse nescit. Deinde iam pridem fidem in nostris recitandis sibi detrahit, quoniã ea peruertit, sicut hoc loco. Quatuor falsa nobis tribuit quasi illa doceamus, Baptismũ nos iustificare per remissionem peccatorum, remissionem Dei, quam affert nobis: quasi ipsa illa nostra recordatio quicquam ad nostram iustificationem conferat, vel etiam ipse Baptismus. Id est falsum, neque in nostris scriptis est pictum, vel scriptum. Totam enim nostram iustificationem Christo, non aliis rebus, tribuimus, ut causam scilicet. 2. Nos per memoriam redire vel in Dei gratiam vel ad nostram ipsam iustificationem, ait, velle id nos & docere. Falsum est hoc quoque, neque hoc nostrum quisquam sensit. Nec eum memoria vlla nostra, vel aliud vllum opus nostrum statuitur causa vllius Dei erga nos gratiæ. Sed impostor iste, quum vnde nos calumniaretur, non haberet, finxit ista de nobis. 3. Pœnitentiam nihil aliud scribit esse & nos velle quàm Baptismum memoria reperitum. Quis istas nugas vnquam ex nobis audiuit? Poruisti, dum hæc de nobis scribetes, nos fingere. Aquilas, & te Coruum, Bellarmine, & Miluium. Nos Pœnitentiam à Baptismo & definitione, & te, & nomine distinguimus: eam post baptismum etiam requirimus (ut testantur nostri Catechismi, & nostra scripta) & quidem seriam, & continuam. Sed & baptismum, & Pœnitentiam beneficij Christi nos iustificantis coram Deo memoriam, & certam finem requi-

quirere docemus. 4. Nos damnare Hieronymum
 fingis, qui cap. 3. Isaia, & epistola ad Demetriadē
 appellat Pœnitentiam secundam post naufragiū
 tabulam. Falsum est hoc quoque. Nos enim eam
 Hieronymi sententiam exosculamur, sequimur,
 amplectimur: non ex Scholasticorum sensu: sed
 ex ipsius auctoris Hieronymi mente. Illi enim sin-
 gunt ipsammet illam actionem nostram, dum
 pœnitemus, esse causam, sed secundo loco su-
 peruenientem, sed tamen esse causam efficien-
 tem nostræ salutis. At & nos & Hieronymus sta-
 tuimus Pœnitentiam esse nostræ iustificationis
 duntaxat effectum, quo non salutem nostram, ut
 hi volunt operamur: sed promissionem nostram
 dei obsequendo Dei mandatis, recordamur, &
 restam irer, quod deseruimus, repetimus. Ergo
 in nostra sententia assequenda neque cœlū, ne-
 que terram videt bellat. quæ tamē est facillima,
 nisi iste odio veritatis celestis, quam sequimur,
 cæcus euasisset, & præceptis ferretur. Sic igitur do-
 cemus, Solo Christi Domini nostri beneficio
 (dum pro nobis moritur, & resurgit Roman. 4.
 v. 25) iustificari. Hoc beneficium non esse memo-
 ria sola, sed certissima animi persuasione & fide
 tenendum, & apprehendendum Roman. 8. v. 38.
 Coloss. 2. v. 2: cuius Baptismus est obsignatio. Er-
 go quicumque vera fide illud Christi beneficiū
 ceperunt, & sibi applicant, illis peccata remittun-
 tur, quouis die, quouis tempore, in baptismo,
 post Baptismum. Fides enim illa nobis peccato-
 rum quouis loco & tempore remissionem impe-
 trat. De memoria ista leuicula baptismi ne me-
 moramus quidem. Pœnitentia verò, aut potius

Resipiscencia, semper nobis necessaria est, non qua peccatorum remissionem, ut Scholastici volunt, impetremus & mereamur: sed qua peccatum nostrum oderimus, Dei legem & viam sequamur. Sic sentimus, sic scribimus, sic docemus, Quid hac sententia verius, & facilius, si quis, ut Bellarminus calumniatur?

Pontificiorum sententia bruta est & impta, ipso Bellarmino teste. Nam remissionem peccatorum ipsi operi baptismi operato vindicant: alius effectum ad præterita solum peccata restitunt, quasi qui post baptismum peccant, alio baptisinate opus habeant: aut quasi sit Pœnitentia, ad quam peccatores remittunt, secundus baptismus. Pœnitentiam nostram volunt esse præstantius opus quam sit Christi baptismus. Remissionem peccati sic à Deo nobis fieri, ut tamen eius pœna sit à nobis luenda. Qua sententia quid magis impium, & in Deum ipsum, & Christum blasphemum esse potest.

Nec verò quid & iste, & suum illud Concilium aliquid sentiat, & melius est nobis querendum. Apertè enim tota col. 289. fatetur se & suos, id, quod de eius sententia iam iam scripsimus, scilicet, Nempè Velle Pœnitentiam & opus nostrum esse causam efficientem nostræ salutis: sed quæ baptismi succedat. Hanc Pœnitentiam modò delere totam pœnam peccatorum, modò non delere Contritionem nostram requiri ut præsentia Dei gratiæ, & nostrorum peccatorum remissionis, sine qua nostra contritione peccata nostra Deus antea & ab æterno non remisit. Tam est iste cum suis Tridentinis feris stupidus, & amens, ut tot

ut tot suas in Deum blasphemias non agnoscat,
 nuggerulus, & insanus homo.

Quid amplius? Ait se iam probare non posse,
 quod iū dicant: sed prælupponere esse verum.
 Solum istud conatur efficere, nempe baptizatos,
 qui post baptismum suum peccant, per & pro-
 pter suam actionem, opus, & pœnitentiam obti-
 nere remissionem peccatorum illorum postea
 perpetratorum.

Hæc igitur iste rationes affert, Primùm ex H. b.
 6. v. 4. he, Qui semel baptizati ceciderunt non
 possunt sic renouari, vt qui baptizantur: ergo per
 pœnitentiam, velut secundam nauis fragij tabu-
 lam, reparantur, renouantur, seruantur, & iustifi-
 cantur. Respondeo, Imò eo loco negat Dei Spi-
 ritus vllā illis ipsis qui prolapsi fuerint eo pec-
 cati genere (de quo illic agitur) restare Pœnitent-
 tiam, qua seruentur. Id quod repetitur cap. 10. v.
 16. & confirmatur à Ioanne in epistola prima cap.
 1. v. 16. ergo perperam ex eo loco Pœnitentia re-
 citore colligitur à Bellarmino, quæ restare negatur
 à Domino. Quare diuinat Bellarmin. quom de
 baptismali renouatione illic agi scribit, & eam
 cum renouatione pœnitentia confetti putat
 como indoctus & hebes.

Secundum bellarmini argumentum est, Pa-
 tres graues labores indixerūt iis, qui post suum
 baptismum publicè peccarunt: ergo per huius-
 modi labores peccatorum remissionem acquiri
 cõsulerunt, & aliam, quàm quæ in Baptismo fuit
 ob signata, cum Deo reconciliationem quæren-
 dam esse post baptismum crediderunt. Respon-
 deo, Est hæc ratio duplex fallacia, Vna A non

consequente: altera A non caussa. A non consequente, quia licet graues labores præceperint Patres iis, qui post suum baptismum publicè peccarunt, vt docet Calvinus lib. 3. Institut. cap. 4. §. 38, non propterea tamen iudicauerunt homines mereri suorum peccatorum remissionem per huiusmodi labores & pœnas corporeas: sed ex sola Dei gratia eam dari fatebantur peccatoribus. A non caussa fallacia est, quia non Dei, sed hominum ratione tam graues pœnæ peccantibus infligebantur, vt hoc exemplo alij publicè peccare metuerent, & offendiculum Ecclesiæ præberent. Ergo ista Patrum exempla nihil valent ad colligendam nostram cum Deo reconciliationem per opera pœnitentibus indicta.

Tertium istius argumentum est λόγος, & Ratio, ἄλογος tamen. Ait iste, Qui post baptismum peccant, probabiliter non possunt tam facile remissionem suorum peccatorum impetrare, quam ij, qui ante suum baptismum peccant. Respondeo, Hoc falsum est Dei ratione. Semper enim peccatoribus æquè patet ad Deum aditus per Christum siue ante baptismum siue post baptismum Ezech. 18. v. 21. 30. 31. & 28. can. Si auerterit. De Pœnit. Dist. 4: quia gratuita prorsus est Dei gratia, & eam semper nobis offert. Il. 55. v. 1. 2. Ratione verò ipsorum peccantium aliud est: Grauius enim punitur, qui sapius suum officium violat, aut negligit. In summa, Non ipsa nostra Pœnitentia nobis Deum conciliat, sed solus Christus, & quidem ab æterno, Verùm illa pœnitentia nostra tristitiam nostram ex Deo à nobis offenso testatur 2. Corinth. 7. v. 10. Luc. 22. v. 32. Psal.

Psalm. v. 12. 3. 4: quæ quia ex fide in Christum manar, grata est Deo.

Quid verò? nostrorum quoque argumenta refutare conatur Bellarminus, qui sua tueri non potest. Primum nostrum argumentum igitur est ex Marc. 16. vers. 16. Salus baptizato credenti promissa est: Est autem immota Dei promissio: ergo propter fidem, quam baptizati etiam peccantes retinent, saluantur: non propter suam pœnitentiam, aut novum quempiam modum, qui in Baptismo non fuerit obli-gnatus. Respondet iste nugæ, Nimirum eos solos baptizatos servari qui in fide Christi perstât. Quod si ab ea excidant, sunt per aliud, inquit, sacramentum, nempe per Pœnitentiã renouandi: ergo post baptismum peccantem iustificat Pœnitentia: ut eum antea Baptismus iustificarat. Respondet isti, Sunt nugæ istæ, & solutio ista, Salutem promittit perseveranti in fide: non autem ab ea deficienti. Quis enim hoc, nisi Bellarminus, ignorat? Matth. 24. v. 13. Marc. 13. v. 13. Deinde est fallacia A non consequente ista Bellarmini collectio, Non perseverans condēnabitur: ergo Pœnitentia iustificat peccatorem. Non enim eam illa iustificat: sed ostendit Pœnitentia fidem, quæ iustificat, in eo non fuisse propter peccatum extinctam. Quare propter fidem iustificatur peccator iste, non propter Pœnitentiam suam. Futile verò est, quod iste transfert ad memoriam Baptismi, quod nos severe dicimus de fide in Christum, quod per eam apud Deum iustificemur Roman. 3. v. 28. 5. v. 1: non per Baptis-mum.

Secundum nostrū argumentum est, baptismi effectum, quod est, peccatorū remissionem obli- gnate, extenditur & in præteritum tempus, Ro- man. 3. v. 25: & præsens 1. Petr. 3. v. 21: & in futurum Marc. 16. v. 16: denique ad totam purgationē, quæ nobis est necessaria ad salutem Ephel. 5. vers. 26. Tit. 3. v. 5: ergo Baptismi vis ad sola præcedentia peccata non est, vt isti faciunt, restringenda. Au- gust. lib. 1. cap. 33. de Nuptiis.

Respondet bellarminus falsum, Nēpe Bapti- mi effectum & obli gnationē non extendi etiam ad futura peccata. Respondeo Bellarmino, Ve- rū quod est negat, Apparet ex Marc. 16. v. 16, *Solu- tus erit*, Baptismus applicat beneficium mortis Christi, vt sacramentum Rom. 6. v. 4. *Armos Christi delet*, & præterita, & futura peccata: in summa, omnia, Iohan. 2. v. 2: ergo & obli gnatus baptisimus. Hoc sonāt verba Marc. 1. cap. 1. v. 4, *In remissionem peccatorum indefinitē, id est, omnium, baptizantur pii & fideles*. Quare subterfugium est solutio bellarmini.

Locos autem contra se citatos manifestè cor- rumpit iste Rom. 6. v. 3. 4. 5, 1. Petr. 3. v. 21, Ephel. 5. v. 26. Aug. lib. 1. cap. 33. de Nuptiis & *Cōcupiscentiis*, quemadmodum ex ipsorum locorum lectione quivis pius facile intelliget. Ostendunt enim & remissionē peccatorū, & in quoduis etiā tempus per Christū in Baptismo nobis baptizatis obli- gnatā fuisse ex Dei verbo: Ergo non solū in præ- teritum tempus. Et hoc ipsum agnoscit quoque bellarmin. col. 292. L. C. §. *Quod obicitur effectū baptismi pertinere quoq; ad futura peccata: sed addit elabendi gratiā mediatē. Quod est cooptū, & inutile*

inutile *φάρμακον*. Semper enim mediatè id agit
baptismus, non per se, & immediatè. Sacramenta
enim omnia mediatè nobis remissionè peccato-
rum dant, nempe quatenus Christum, à quo pen-
det illa immediatè, nobis offerūt. Id quod ipsum
scribit, & agnoscit hic ipse col 293. L. B. 9. *Respon-*
deo, in fine. Quorsum igitur ista latebra quæ sita
fuit: Mediatè.

Tertiū nostrū argumentū est, Fædus Dei cum
sua Ecclesia, & singulis eius mēbris est æternum
It. 34. v. 10. Rom. 3. v. 3. 2. Tim. 2. v. 13. Reuocat nos
etiam post Baptismū peccatores ad se Hier. 3. Ga-
lat. 1. Promittit in baptismo talē iustificationem,
qualis necessaria ad vitā æternā obtinendā Tit. 3.
v. 5. 6. 7. ergo significatio baptismi ad sola pecca-
ta præterita nō restringitur. Est enim baptismus
huius Dei fæderis obligatio. Respōdet Bellar.
nos nō in vero sensu citare locos cōmemoratos,
quia aguat de promissione Dei nō conditionali,
si Ecclesia crediderit, sed agit de Dei promissio-
ne simplici. At baptismus continet promissionē
nō simpliciē, sed conditionatā, si baptizatus in
Christi fide perseverauerit. Resp. Bellarmino, Ni-
hil respōdet ipse. Nā siue dicatur promissio Dei
facta in baptismo simplex, siue cōditionalis, sem-
per tamen est, & apparet eiusmodi, ut ad omnia
peccata, præsentia, futura, & præterita delenda
pertineat. Nā talis in baptismo iustificatio, & tā-
ta nobis promittitur, qualis & quanta, nobis est
necessaria ad vitā æternā consequendā. Ergo &
futurorū peccatorum iustificatio nobis tūc pro-
mittitur: non solū eorum, quæ præcesserunt
Baptismo. Nam & peccata baptismum se-
quentia nobis, ut seruemur, remitti oportet.

Deinde falsum est assumptum Bellarmini Deum missurum fuisse Christum ad Ecclesiam, etsi tota à fide defecisset. Nulla enim tunc omnino fuisset Ecclesia in his terris. Sed de quibusdam solùm à fide deficientibus agit Paulus, non de vniuersa ipsa Ecclesia à fide Christi prorsus deficiente. Tunc enim defuisset, & desinit, vlla esse in hoc mundo Ecclesia, si in omnibus omnis fides Christi omnino perit.

Quartum argumentum nostrum est, in Baptismo nobis obignatur puritas ipsa Christi imputata, & collata: at illa puritas Christi ad omnia peccata delenda spectat & valet, 1. Corint. 1. v. 30: ergo non solùm præterita peccata nobis fuisse per Christum deleta probat Baptismus: sed etiã futura delenda esse nobis per eundem Christum Roman. 6. ver. 3. 4. Denique Patres ipsi eos representant, qui Baptismum in finem vitæ differrebant, tanquam sola præterita peccata Baptismus attingeret Calvinus lib. 4. Institut. cap. 15. §. 3. Basiliius orat. 13. exhortat. ad Baptismum Nazianzenus in Sanctum Lauacrum. Chrysostomus Homil. 1. in Acta. Respondet sic Bellarminus, vt cedat Caluino, & victorem eum pronuntiet, si præbet Caluinus, Nos iustitia Christi nobis imputata, non autem nostra, nobisque inhaerente iustificari coram Deo. Respondeo Bellarmino, Pro nobis & pro Caluino respondet ipsemet Diuus Paulus, Nos Christi iustitia nobis imputata iustificari, non nostra, & inhaerente Romano. 4. per totum, 1. Corinth. 1. v. 30. Philipp. 3. v. 9. Ephel. 2. v. 8. 9. Ergo vicimus, causam nostram agente Paulo, & teste Bellarmino.

Quintum argumentum nostrum est, (quod ta-
 men iste non assequitur) Ius clauium (ex quo isti
 Pœnitentiam suam secundam causam efficien-
 tem peccatorum remissionis sinxerunt) confert
 solum id ipsum, & eam Dei promissionem, quam
 ob signauit Baptismus: ergo Pœnitentia istorum
 Sacramentum, renouat tantum Dei gratiam &
 promissionem de remissione peccatorum in Ba-
 ptismo prius nobis ob signatam: nouam autem
 aliam nec offert, nec affert, nec habet, nec polli-
 cetur. Ex quo fit, vt si Pœnitentia ad futura pec-
 cata pertinet, similiter & Baptismus referatur ad
 eadem peccata. Respondet Bellarminus, Primum
 falso, Nempe ius clauium in Ecclesia negat exer-
 ceri per prædicationem Euangelij. Contra verò
 docet & præcipit Christus ipse Iohan. 20. v. 21. 22.
 23. Deinde calumniosè, Nos vti fallacia A dicto
 secundum quid, quia remissionem peccatorum
 baptismi propriam & peculiarè transfundimus
 ad quamuis remissionem, quæ fit à Deo. Respon-
 deto Bellarmino, Fatemur quidem Sacramenta
 remissionem peccatorum & Christi nobis gra-
 tiam diuersis modis representare, explicare, ob-
 signare. (Nam aliter baptismus, aliter Eucharis-
 tiam nobis eam representat & signi ratione, &
 effecti seu significationis propria respectu) ta-
 men quocumque modo illa gratia, remissioque
 peccatorum nobis ob signetur, ad omnia nostra
 peccata delenda & præsentia, & præterita, & fu-
 tura pertinet, & refertur in singulis Christi sa-
 cramentis, qualis est baptismus: non ad præsentia
 solum, vel præterita, vt iste vult. Testatur id Scri-
 ptura Roman. 3. v. 25. 1. Iohan. 2. v. 2. Hebr. 9. v. 14.

Ergo non est fallacia nostra argumentatio. A dicto secundum quid: verum est solida ratio ex generali Sacramentorum sine sumpta, & quis sit fructus, & quantus gratia Dei & remissionis peccatorum nobis in illis Sacramentis obli-gata verè, pièque ostendens. Quod nec videt, nec intelligit iste.

Ad Cap. XIX.

NON potest dubitari, quin in concilio Tri-dantino veteres omnes Scholasticorum errores fuerint confirmati, quò in eo Thomas Aquinas istorum hominum coryphæus fuerit deificatus & ipsi B. Paulo, imò Christo prelati. Itaque quicquid Thomas crepuit, errorumque poperit, hoc totum ore suo stolidi illi Patres in orem esse veritatis, & Christi doctrinæ cõprobarunt homines. *Rumiger aucupida, nugicanoricrepe, Nocte latentiori, Nocti dolo studis* quem admodum apparet in ista Baptismi Christi, & Iohannis, qui dictus est baptista, cõparatione. Hoc argumentum iste homo ambitiosus, & quavis ingenij sui ostentanti occasione captas alie reperit à veteribus, & iam plane sepultis erroribus exordium arceffens suum, velut Perilian Donatistæ Augustin. lib. 3. contra Perilian. cap. 32 34. & 37.

Quum autem nostrorum sententiam de ea re exponit, planè inter se consentientes esse & scribit, & reperit. Verum quum suorum dogmata de hoc ipso recenser, dissidiũ eorum inter sese, & gravissimos errores agnoscit, quia vna est via veritatis, quam nostri sequuntur. Multa sunt autem ab ea diuerticula, quæ Scholastici præferunt, & insistant, Ergo & suum Nomothetam P. Lombard

baedum lib. 4 dist. 2. reprehendit iste, & illi Thomam præfert, Deum nempe suum in 3. parte q. 38. artic. 6. quem ipsum sibi contrarium tamen fuisse artic. 1. scribit Bellarminus. Sic impune suos Deos flagellat.

Ad Cap. xx.

Alt iste, Baptismus Iohannis Baptiste non fuit idem cum baptismo Christi. Respondeo, Inepta est ista thesis, quoniam est ambigua. Aut enim de signo agit, aut de Ministerio, aut de verbis, aut significatione: aut de his omnibus confusa thesis. Nec enim se explicat scriptor iste in sua thesi. Est etiam falsa. Nam ratione signi, significationis, & Ministerij fuit idem baptismus Iohannis & Christus: quæ sunt præcipue istius sacramenti partes: solum fuit quædam in verbis sed exigua differentia. Iohannes baptizabat in Christum iam exhibitum quidem, sed mox patefaciendum: Apostoli in Christum iam & exhibitum Mundo, & quem nominabant, & quem patefactum demonstrabant à Deo. Aqua erat utriusque signum Matth. 3. v. 11: Ministerium in utroque Act. 1. v. 5. idem. Nam fuit præbitio duntaxat istius signi: Significatio utriusque fuit peccatorum omnium remissio, id est, remissionis certissima obsignatio Marc. cap. 1. v. 4, & Resipiscentiæ Matth. 3. v. 2. 9.

Verum quid contra Bellarminus conetur, experiamur, & examinemus. Ait, Baptismus Iohannis dicitur baptismus Iohannis, non Christi, non Dei, Mat. 3. v. 7. 21. v. 25. Luc. 20. v. 7. Act. 18. v. 25. 19. v. 3: ergo Iohannes illius baptismi autor fuit, non Christus, non Deus. Respondeo, Est hæc fallacia A figura dictionis. Dicitur enim hic Baptismus

Iohannis, quia Iohannes ille primus eum adm-
nistravit. Ergo Ministerij ratione, nō institutio
nis respectu dictus est Baptismus Iohannis. Nam
à Deo ipso fuisse institutum probant planè loci
ab ipso met Bellarmino citati Mat. 21. v. 25. Luc.
20. v. 7. Iohan. 1. v. 33. nec ab eo intellecti tamen.
Sic Paulus appellat Euangelium Christi suum
Euangelium Rom. 2. v. 16. Philip. 1. v. 27. 1. Thess.
1. v. 5. 2. Tim. 2. v. 8, cuius fuit præco, non autor.

Nec valet solutio Bellarmini ad locum Ioh.
Iohan. cap. 1. v. 33. Iohanni à Deo concessum esse, vt
baptismus in Ecclesia pro sua prudentia initi-
tueret. Quum enim eo Christus fuerit baptiza-
tus, à Deo fuerit in quavis sui parte necesse est
Matth. 3. v. 13, non ab homine. Nec enim Christus
Deo Patri seruiuit ex Mandatis hominum Mat.
15. v. 9: fuit autem hæc iustitia, & Dei mandatum,
vt Christus eo baptismo baptizaretur Matth. 3.
v. 15. Deinde ex Matth. 21. v. 24. & 25. apparet quæ
in isto baptismo fierent omnia, fuisse à Deo in-
stituta. Denique Paulus docet Sacramēta à Deo,
non ab hominibus institui, qualis fuit Iohannis
baptismus 1. Cor. 11. v. 23. Nec verò aliud sentit,
scribitque Augustinus lib. 5. cap. 9. & 13. de Bap-
tismo: sed dumtaxat putat baptismum Iohannis
fuisse momentaneum, vt illi Christi baptismus
succederet, sed à Deo tamen institutum, qualis
conferebatur à Iohanne. Id quod Bellarminum
oppugnat.

Ait secundo Bellarminus, baptismus Iohan-
nis non habuit expressionem v. Trinitatis, quæ
est de essentia baptismi Christi: ergo Iohannis &
Christi baptismus differunt. Respondeo, Expres-
sio

lio quidem & fides de beata Trinitate in baptis-
mo traditur, quæ certis tamen syllabis, vt antea
demonstrauimus, non est alligata, quemadmo-
dum tamen iste falso, putat. Sed Iohannes, quum
Messiæ & eius nomen (nempe baptizandi in
Spiritu sancto) mentionem in tuo baptismo fa-
ceret, breuiter B. Trinitatem & in eam fidem cõ-
memorabat. Quare in summa doctrinæ baptis-
mus Iohannis & Christi non differant: ac pro-
inde Non fuit alius Christi, alius Iohannis ba-
ptismus. Itaque falsa est istius ratio, fundamen-
tum, & conclusio, quæ ex eo ab isto fit.

Certis autem verbis, etsi non more Magorum,
præcisus Iohannem in Messiam baptizasse appa-
ret ex Matth. 3. v. 11, & v. 6. Act. 19. v. 4. Ambro-
sio lib. 1. cap. 3. de Spiritu Sancto. Hieronymo in
cap. 2. Iob. Hugone lib. 2. Sacramentis parte 6,
cap. 6. Itaque ineptus est Bellarminus, qui hoc
negat.

Ait tertio iste, Christi baptismus est sacra-
mentum Noui Testamenti: At Iohannis bap-
tismus non erat Sacramentum Noui Testamenti:
ergo differunt. Respondeo isti, Imo baptismus
Iohannis erat sacramentum Euangelij Marc. 1. v.
1. 2. 3. Fuit enim Iohannis baptismus & prædicatio
initium Euangelij. Iohan. 1. v. 33: Ergo & Noui Te-
stamenti. Ratio enim Bellarmini, quod bap-
tismus Iohannis fuerit ab ipso Iohanne, non à Deo
institutus, supra fuit à nobis luculenter cõfutata.

Ait quartò Bellarminus, baptismus Christi i-
terari non potest: Iohannis potest Act. 19: Er-
go hi baptismi differunt. Respondeo, falsum est
Baptismum Iohannis vel repeti potuisse, vel

Act. 19. repetitū fuisse, quicquid Augu. li. 5. de Ba-
ptismo ca. 9. scribat hac sua opinione deceptus,
quod alias fuerit Baptismus Christi, alius Iohā-
nis. Nam illi, qui v. 4. dicuntur baptizati, non ij
erant xii, qui iam Baptismo Iohannis rincti fue-
rant: sed ij erant alij, qui nondum baptizati vllō
pacto, tunc primum baptizari voluerunt, audita
& probata Pauli doctrina: qui quot fuerunt, &
qui fuerunt, Lucas non exprimit. Sic Kemnitius
sentit, cōtra quam hic de eo scribit strenuē men-
tens Bellarminus. Sic glossa interlinearis. Ergo
male locum illum Actorum interpretantur, qui
tam diuersas & dissimiles personas confundant,
quod hoc loco pueriliter facit Bellarmus.

Ad Cap. XXI.

Secunda thesis Bellarmini, id est, secundum
mendaciū, est, *Baptismus Iohannis non habuit
eandem vim & efficaciam, quam habet Baptismus
Christi.*

Respondeo, Primum falsa ex omni sui parte
hæc thesis. Nam quum vis & significatio Baptis-
mi Christi sit, tum remissio peccatorū, tum Vitæ
nouitas seu resipiscentia Roman. 6. v. 3. 4. Ephes.
5. v. 26. Tit. 3. v. 5. ipse met Scholastici id scribit &
faciatur, Thomas in 3. parte quest. 69. per totum,
Lôbardus lib. 4. Dist. 4. cap. 6. & 7. idem autē ob-
signarit & confirmarit Baptismus Iohānis Marc.
1. v. 4. Matth. 3. v. 9. Luc. 3. v. 3. Act. 19. v. 4. fait eadē
vis, significatio, & efficacia vtriusque Baptismi.

Deinde respondeo, Patres hanc ipsam thesin
refutasse. Nam scribunt idem fuisse vtriusque Ba-
ptismi effectum, & eandem vim. Augustinus in
Questiōnib. Noui Testam. cap. 29, lib. 5. cap. 10. de
baptif-

Baptismo, Basilius lib. 1. cap. 2. de Baptismo Nys-
senus de Laudibus Basilij. Itaque Bellarmin. ipse
suam hanc thesin repudiat: sed ne quod leuiatis
crimen subiret, distinguit. Ait enim se tantum de
eo disputare, quod baptismus Iohannis non con-
tulit eadem, quæ Christi baptismus, dona ex
opere operato. Ergo eadem dona Dei & gratiam
vtrouque fuisse collata concedit Bellarminus:
sed non eodem modo.

Respondeo, falsum est hoc discrimen. Nam Ba-
ptismum Christi facit blasphemum, quum ex ista
sententia, ætioni hominum, & operi operato tri-
buatur opus proprium Dei. Nempe conferre re-
missionem peccatorum. Id quod est falsissimum.
Facit igitur iste Baptismus Iohannis, (qui est sine
blasphemia,) Deo gratiorem, & præstantiorem,
quam sit. Baptismus Christi, in quo, ex istius
dogmate, inest summa blasphemia.

Verum Bellarminus suum nihilominus, &
Concilij sui Tridentini errorem conatur confir-
mare. Nam, ait iste, Sess. 7. can. 1. conciliū ita de-
cernit: Respondeo, Sic Pharisei & Ioannē Chri-
sto prætulcrunt Iohan. 1. v. 20: & Christum cruci-
figendum esse decreuerunt Iohan. 11. v. 50: quæ
decreta sunt nullius momenti.

Ait iste, Iohannes distinguit suū baptismum
à Christi baptismo, Matth. 3. v. 11. Iple baptizabat
aqua, Christus baptizat spiritu: ergo differunt ef-
fectus. Respondeo, Minister solum baptismi illic
ab ipso Antore baptismi, nempe Christo distin-
guitur: Non autem baptismus Iohannis & Chri-
sti. Nam in vtrouque idem præstat & præstat

Excipit iste, Iohannes vitur verbo præteriti temporis, quum de se agit: verbo futuri, *baptizabit*, quum loquitur de Christo. Respondeo, id falsum apparet ex Luc. 3. vbi verbo, *Baptizo*, vitur autem verbo futuri temporis Iohannes agens de Christo, quia Christus erat manifestandus ad huc Mundo, nondum autem, vt ipse Iohannes, erat manifestatus. Sed vim Baptismi sui iam tum à Christi efficacia exitisse, & pro manasse probat Iohannes, Iohan. 1. v. 33. 3. v. 28. 29. Luc. 1. v. 17. Kemnitius voces has, *Baptizabit Spiritu sancto*, etiam retulit ad donum Spiritus sancti datum in die Pentecostes, vt etiam Christus ipse explicat Actor. 1. v. 5. & Petrus Actor. 11. v. 16. Itaque sententia & interpretatio Kemniti, ab isto refelli non potest, quicquid diuinet Christum & Iohannem eadem verba tamen diuerso sensu samplisse: & comminiscatur tria illic Baptismata fingi, baptismum solius Aquæ corporalem: baptismum solius Spiritus, spirituale: & baptismum mixtum ex Aqua & Spiritu, partim corporalem, partim spirituale. In summa Iohannis baptismum confingit iste fuisse duntaxat in Aqua, id est, destitutum omni Dei Spiritus gratia: Quas esse nugas falsissimas ostendunt loci Matth. 3. v. 9. Marc. 1. v. 4. Luc. 3. v. 16.

Iohannem autem non esse vsum vnquam verbo presentis temporis quum de Christo loquitur, est falsissimum. Nam Iohan. 1. v. 33. ait, *Hic est qui baptizat Spiritu Sancto* vt dicit idem Iohannes de Christo Iohan. 1. v. 29. *Eccce Agnus Dei, qui tollit* (iam te ipsa, imò ab initio Mundi, Apocal. 13. v. 8.) *peccata Mundi*. Non autem qui postea sol-

lumilla sublaturus erat, vt impiè interpretatur
 bellarminus. Negat enim Christum fuisse illum,
 qui quouis tempore peccata Electorum tolleret.
 Contra Paulus 2. Corinth. 5. v. 19. Ephes. 1. v. 10.
*Deus ab aeterno sibi reconciliauit omnia per Christum
 non imputans per eum peccata Mundo.* Itaque ni-
 hil hoc loco, nisi balbutit, & nugatur bellarmi-
 nus.

Quod ad Patrum testimonia, quæ hîc longa
 serîè ad ingenij sui ostentationem citat Bellar-
 minus illa nihil vrgent nos, aut premunt. Nobis
 enim ex solo Dei verbo in fidei dogmate sapien-
 dari est, *Scrutamini Scripturas*, inquit Christus
 Iohan. 5. v. 39. non ex hominum sapientia. Præte-
 rà istorum Patrum, quos pro se citat bellarmin.
 Alij fuerunt hæretici, vt Origenes, Damascenus,
 Tertullianus alij dubij in eo ipso, & incerti, vt
 Basilius, Tertullianus, Nazianzenus, Ambrosius,
 Hieronymus, Augustinus: de aliis dubitatur, V-
 trum illa scripserint, quæ tamen ipsorum nomi-
 ne profertur, Vt Iustini quæstiones ad Ortho-
 doxos, Sermo Cypriani de Baptismo Christi: A-
 lij denique sine iudicio sententiam aliorum se-
 cuti sunt, vt Cyrillus vterque Innocentius. 1. Leo
 1. Gregorius 1. Denique quod ait iste, Non iam
 de eo quæri, vtrum ea, quæ tuemur & defendi-
 mus, scripserit Lucas (scripsit enim) sed vtrû nos
 ea melius, quàm Patres, intelligamus, hoc ine-
 ptum est. Verba enim & Matthæi, & Marci, &
 Lucæ, & Iohânis ipsa per se clara sunt, perspicua
 sunt, aperta sunt, legenda sunt. Perinde facit iste,
 ac si à nobis quæreret, Vtrum vnus Christiani
 orthodoxi de Ps. 22. sententia (qui eum de Chri-

sto interpretatur) sit præferenda tot Iudæorum & Rabbīnorum Iudaizantium interpretationi falsæ, qui eundem Psalmum de solo Davide accipiunt. Nihil facit ad fidei certitudinem maior hominum numerus (alioqui Turcorum doctrina esset verior, quàm Christianorum) sed sola Sacra scriptura spectanda est. Tertia ratio Bellarmini, erat Iohannes Baptista tantum præcursor Christi Luc. i. v. 17. & 76. ergo Iohannis Baptismus non eadem Dei dona obsignabat, quæ iam obsignat Christi Baptismus. Respondeo, Est fallacia A non consequente. Imo quia Iohannes erat Christi præcursor, & ea præparabat, quæ Christus occupaturus & possessurus erat, in illis rebus, donis, doctrina versabantur Iohannes & Christus: sed Iohannes crassiora impedimenta remouens, & vias tortuosas rectas faciens: Christus easdem res absoluens ipse & perficiens. Sed & eadem ratione diceretur, Apostolorum Baptismum differre à Christi Baptismo, quia sicut Iohannes ante Christum, ratione temporis, baptizauit: sic Apostoli post Christum, si ex tempore differentia Baptismatum est quærenda, non autem ex ipsa eorum significatione, sicut ex hac postrema quærenda est. At illa ex tempore nulla est, imò eadem est significatio Baptismi Iohannis & Christi, etsi diuerso tempore administrata.

Ad Cap. xxii.

Tertia thesis Bellarmini est. *Post Baptismum Iohannis necessariò erat percipiendus Baptismus Christi.* Respondeo, Hæc thesis, sicut & duæ superiores, est falsa. Nam quum Iohannis Baptismus idem effecerit, quod baptismus Christi; quemad-

quemadmodum hic non est repetendus, sic nec ille, nec vllus post eum alius dandus. Secundò, Nullo sacre Scripturæ loco apparet Christi baptismo fuisse baptizatos, qui iam baptismo Iohannis fuerant baptizati. Terriò, Oportuisset Christum, qui solo Iohannis baptismo fuerat baptizatus, iterum baptizari suo Baptismo: quod nusquam factum est. Ergo falsa est hæc thesis.

Rationes, quas affert in eam ré Bellarminus, nihil valent. Prima est ex Matth. 3. v. 11. Dicit Iohannes, *Baptizo vos aqua: ille vos baptizabit Spiritus*: ergo oportuit quoscunque Iohannes baptizavit, externo Christi baptismo postea quoque baptizari. Fit enim collatio duorum illorum baptismatum inter se.

Respondeo Bellarmino, Non baptismata ipsa, sed personæ ipsæ, Nempe Christus & Iohannes, conferuntur. Christus autor effecti baptismatis (quod præbebat Iohannes) dicitur: Iohannes autem solius signi præbitor esse declaratur. Ergo est hæc prima arguenti istius fallacia Ab ignorantia Elenchi. Cõfundit enim baptismata Bellarminus cum personis. Deinde alia est fallacia quoque Nimium A figura dictionis, aut Verbi, *Baptizabit*. Refert enim ad signum externum & infusionem Aquæ in nomine Christi faciendam illud, quod de interno effecto, & significatione baptismi (quam Christus operatur in Ioannis etiam baptismo) est intelligendum. Efficit igitur & efficiebat internè Christus in baptizatis à Iohanne, id quod signum. Nempe Aqua, baptismi Iohannis externè significabat. Ergo externus Christi Baptismus post baptismum Iohannis

dandus esse nequaquam ex eo loco colligi potest.
 Secunda illius ratio est, tatum opinatio puer-
 rilis, hæc videlicet, Dicitur tota Hierusale à Ioh-
 anne baptizata: Matth. 3. v. 6: at in eadem urbe
 dicuntur postea tria hominum milia baptizata
 Actor. 2. v. 41: Ergo iidem, qui Iohannis baptil-
 mo fuerant baptizati postea Christi quoque ba-
 ptismate tincti fuerunt.

Respondeo voces has, *Tota Hierosolyma* tropi-
 picè sumi, Primum pro ciuibus Hierosolymitanis,
 nõ pro mœnibus & spatio Urbis: deinde pro ur-
 cem, *Tota*, accipi pro multis, non pro singulis
 aut omnibus ciuibus illis. Ergo qui tunc ex ciuibus
 Hierosolymitanis baptizari voluerunt, ad
 Iohannem accesserunt, vt baptizarentur, siquidem
 ab eo tunc Baptizati: non a iure omnes & singuli
 illius urbis ciues, vt hic censet & opinatur falsus
 bellarminus. Sic Actor. 21. v. 31, tota Hierosolyma
 dicitur conturbata, quia seditio in Templo fuerat
 orra inter nonnullos.

Tertia bellarmini ratio est, ex Actor. 19. v. 8
 vbi à Iohanne prius baptizati, dicuntur postea
 Christi baptismo fuisse tincti à Paulo. Respon-
 deo. Variæ illius loci expositiones, & tamè cum
 fidei analogia consentientes omnes, ostendunt
 bellarminum vri ambiguus locis, & argumentis
 pro certis, quod est, vitiosissimum. Deinde res-
 pondeo Baptizatos fuisse non illos, qui Iohanne
 baptizati fuerant: sed alios, qui totius illius Pauli
 doctrinæ concionis auditores fuerant. Licet
 enim ex variis solutionibus veris, quam velis con-
 ligere. Hanc autem eligo, vt pote quæ neque vitia
 facit textui: neque errorem inducit, *Qui autem*
 audie-

audierunt, inquit per parenthesis Lucas, baptiza-
ti sunt in nomen Domini, ut quis fuerit istius primę
Pauli Ephesi habitę concionis fructus ostende-
ret, & quę istius Ecclesię fuerint primitiæ expo-
neret. Hęc nobis placet sententia.

Ad Cap. xxiii.

Nostorum argumenta conatur quidē exa-
minare Bellarminus, ac refutare, sed non
potest. Id quod res ipsa clamat. Primum nostrum
argumentum est, Baptismus Iohannis & Christi
concordant in signo, videlicet Aqua Matth. 3. v.
I. Iohan. 4. v. 12: In re significata. Nam remissio-
nem peccatorum, & Resipiscentiam offerunt
Mar. 1. v. 4. Act. 19. v. 4. 2. v. 38. Luc. 3. v. 3. Roma. 6.
v. 3. 4. Ephes. 5. v. 26: In Doctrina, quę tradit Chri-
stus esse verum Dei filium, Messiam, & tollen-
tem peccata mundi Iohan. 1. v. 29. 33. 3. v. 28. 29. Ga-
lat. 3. v. 27. In ritu Fundendę Aquę: ergo hi Ba-
ptismi non differant inter se.

Respondet Bellarminus nugas, atque sibi etiā
contrarias. Primum negat Doctrinam Iohannis
& Christi fuisse eandē, quia nihil de resurrectione
Christi, & passione, ait iste, Christi docuit Ioh-
annes. Nam quod appellat Christum Agnum
Iohan. 1. vers. 29. non pertinet ad mortem Christi
pro peccatorum remissione futuram: sed ad pla-
cidos Christi mores. Deinde hanc solutionem
repudiat, & ait, fuisse utriusque doctrinam pa-
ram: sed ex paritate & similitudine doctrinę in
Sacramentis comprehendit, & negat colligi iden-
tationem Sacramenti. Sic quod in priore negat so-
lutione, & destruit, in posteriore concedit, & a-
dificat.

Respondeo Bellarmino, Primam eius solutionem esse falsam. Nam quum Iohannes agnoscat & prædicat Christum esse Agnum illum, qui tollit peccata Mundi, breuiter cõplectitur quicquid Christum facere oportuit, vt pati, vt Mundi peccata expiaret. Ergo illius & mortem, & resurrectionem complexus est, vt & Propheta; teste Petro I. Petr. I. v. 11. Fuit autẽ Iohannes plus quam Propheta Matth. II. v. 9

Secunda solutio Bellarmini est, etiam falsa. Nam quorum rituum diuinorum eadem est significatio, illi ritus sunt iidem. Præsertim autem Sacramenta, quorum nomina & pene tota essentia in doctrina eorum, & significatione posita est.

Solutio Bellarmini ad objectionem de re eadem in utroque Baptismo significata, Næpe Pœnitentia, & peccatorum remissione, est nihil. Negat enim impudenter, quod ex eadem scripturis verbis in S. scriptura. Nã quod addit Christi Baptismum non dicit Baptismum Pœnitentiæ, fallitur toto cœlo. Nam Act. 2. v. 38. sic appellatur: & quum sit *Regenerationis lauacrum*, Regeneratio autem postulet necessario Pœnitentiã: certe Christi baptismus, vt & Iohannis, Pœnitentiæ Baptismus Tit. 3. v. 5. Quod negat in Adultis iste Pœnitentiã & ante, & post Iohannis, & Christi baptismum requisitam fuisse, & requiritur se a *Deo* prodit. Nam Matth. 3. v. 2. & 6. apparet eos, qui à Iohanne baptizabantur, Pœnitentiã fuisse prius professos, quoniam erant Adultis. Eodẽ modo in baptismo Christi, qui datur Adultis, Act. 2. v. 38. v. 37, præcedit Pœnitentiã protestatio. In utroque etiã sequitur Pœnitentiã quia

quia doctrina Euangelij, quam vterque & Iohannes, & Christus predicauit, nihil aliud docet, quam per totam vitam & Peccatorum remissionem, & Pœnitentiam, teste ipso et Christo Luc. 24. v. 47. Sic igitur tota hæc Bellarmini responsio. Falsa, inepta, & sibi contraria apparet.

Secundum argumentum nostrum est, Vnus est baptisimus Ephes. 4. v. 5. qui verus est. At & Iohannis & Christi baptismi fuerunt veri: ergo vterque fuerunt vnus.

Respondet Bellarminus tantum impiè inficiando verba expressa Pauli Ephes. 4. v. 5. legatur locus. Nam quod excipit, si vbiunque est vna Ecclesia, est idem baptismus, fuerit igitur tempore Moïsis & Davidis vnus nobiscum baptismus. Fuit enim tunc vnum Ecclesie corpus est *α' δ' ἐκλ' ο' γ' ο' ν'.* Nam respondeo, Quod iste magnum inconueniens, & absurdum putat & colligit: D. Paulus veterissimam doctrinam esse scribit. Patres enim sub Moïse, & Nos sub Christo, eodē Baptismo baptizati sumus, 1. Cor. 10. v. 2. 3. Item & Petrus idē docet & concludit aperte nobiscum contra Bellarminum hominem imperitum 1. Pet. 3. v. 21.

Tertium argumentum nostrum est, Christus nomen, aut potius suum ipsius baptismum in sua persona consecrare voluit, vt esset conformitas inter caput & reliquum corpus, id est, Ecclesiam. At Christus Iohannis baptisate externo duntaxat baptizatus est, Aut igitur idem est baptismus Iohannis & Christi, aut eodem nobiscum, id est, cum Iohanne & ceteris, & eū sicut Ecclesia baptismo non est baptizatus Christus. Quod vel sentire est nefarium Iohannis 17. v. 19. Hebr. 2. v. 10. 5. v. 9.

Respondet Bellarminus Christum, qui regeneratione non egebat, & peccatorum remissionem, non debuisse baptizari suo baptismo.

Respondet Bellarmino, Nec igitur Iohannis baptismo baptizari debuit Christus. Nam I. hannis Baptismus dabatur in remissione peccatorum, & regenerationem, & remissionem peccatorum Luc. 3. vers. 3.

Quod ante n excipit iste, Meram esse blasphemiam, si Christus pro nobis peccator fuisse dicatur, & Baptismo eguisse, est hoc ipsum blasphemum. Fuerit enim Christus ipsemet, (prohæfas) per te, Bellarminè, blasphemus qui docuit se hoc baptismo, quæ pro nobis homo factus erat, & nostram naturam induerat, egere. Sic enim, oportet impleri totam iustitiam Dei, Matth. 3. v. 15. Fuerit Paulus iam Apostolus insignis in Deum blasphemus, qui Christum, qui non novit peccatorem scribitis, sed & peccatum 2. Corin. h. 3. vers. 14. Fuerit Isaias blasphemus, qui idem dixit cap. 50. v. 5. Quæ verò & quanta est ista blasphemia tua, Bellarminè, qui ipsammet Spiritum sanctum vocas impiè blasphemum? Sed non intelligit hebes iste, Cur, & Quomodo Christum in natura nostra suscepta baptizari & circumcidi oportuit. Hoc igitur ex D. Caluino discit ex commentariis in Harmoniam Evangelicam. Nec enim in hi iam vacat, hunc Asinum docere: qui tam impudens est, ut non videat Christum Imperatorem suo seruo Iohanne, suæ nostræque militiæ blasphemum, nempe Baptismum, accipere voluisse: sicut Imperatores & Reges Torquem & insignem

huius ordinis (quem vocant) & Virtutis, etiam à sibi
 subditis Praefectis Militaribus accipere, & indui
 volunt, eoque decorari collari.

Quartum argumentum, quod fingit iste ho-
 stium esse, nec agnoscimus, nec nostrum est, nem-
 pe, Quod Christus contactu carnis suae sanctifi-
 caput aquas. Hoc enim est somnium Tertulliani,
 & haereticorum eorum, qui vim & effectum Ba-
 ptismi includunt & iniiciunt. Aquae & signo.
 Itaque ex nullo nostro scriptore hoc se proferre
 scribit Bellarminus. Et certè hic contra suam i-
 psius umbram pugnat, & locum rivatur, ubi
 causas ex Patribus exponeret, Cur Christus à lo-
 hanne baptizari voluit. Ceterum veram prater-
 misit. Impium autem est, quod Christi baptis-
 mum fingit & appellat figuram & umbram no-
 stram: quasi nos actionem Christi veritatem ha-
 beamus: Christus autem ipse earum solum um-
 bram, Homo est vanus iste & superbus, qui sese
 in ea ingerit, quae non intelligit contra Pauli pre-
 ceptum Coloss. 2. v. 18.

Quintum argumentum nostrum est, Per ba-
 ptismum unum corpus efficiunt cum Chri-
 sto solo baptizate Iohannis baptizato: ergo
 est idem Iohannis, & noster, id est, Christi ba-
 ptismus.

Respondet Bellarminus nugas, Blasphemiam
 esse, si quis dixerit Christum esse membrum Ec-
 clesiae & pe. Baptismum, coire nobiscum. Res-
 pondet Bellarmino, Atqui hoc ipsum dixit
 Paulus, Christum esse caput, ac primum mem-
 brum Ecclesiae. Nam & caput membrum est
 corporis, cuius est caput, Corint. 12. v. 18. 19. 20.

caput igitur est Christus: Ecclesia, reliquum eius corpus 1. Corinth. 12. v. 12. Coloss. 7. v. 24. Ephes. 1. v. 23. Eundem autem Christum nobiscum per baptismum vniri, & nos cum eo affirmat Paulus 1. Corinth. 12. v. 13. Ephes. 3. v. 6. Roman. 6. v. 3. 4. 5. & nos cum eo coalescere, & concorporari, & nos eum induere Galat. 3. v. 27. Quid igitur negator iste Bellarminus balbutit?

Sextum argumentum nostrum est, Vnum corpus sumus cum iis, qui per baptismum Iohannis Christum norant, & in eum credebant.

Septimum argumentum est, Apostoli Iohannis baptismo baptizati sunt solū: Ergo si Iohannis baptismus à nostro, id est, Christi baptismus esset diuersus, non in vnum Ecclesie corpus nobiscum collecti fuissent, & eadem nobiscum Ecclesiam. Atqui fuerunt vnum nobiscum corpus & Ecclesia, Tertullianus li. de Baptismo, August. epist. 108, lib. 3. cap. 9. De origine Animæ.

Respondet Bellarminus nugas nugerrimas, Ex eodem corpore Ecclesie, & eius vnitatem non colligi eadem Sacramenta, Contra Paulum manifestissime 1. Corinth. 10. v. 2. 3. 4. Deinde diuinitate homo iste Apostolos etiã Christi baptismus fuisse quoque postea baptizatos: & Iohannem ipsum fuisse à Christo baptizatum, & quid non? Tam est impudens & audax, vbi premitur nostris argumentis, nec se expedire potest. Ergo mentiri mauult Bellarminus, quam vel silete, vel veritati patefactæ cedere, Tantum autem abest, vt Apostoli Iohannis solū baptismus semel baptizati habuerint opus baptizari externo baptismo Christi vt statim ad baptizandum alios admissi à Christo,

Christo, fuerint, Iohan. 4. v. 1. & 2. Atque ita vi-
 tas & confessus iacet iam Bellarminus.

Ad Cap. xxiiii.

Exclamare hoc loco & licet, & libet Home-
 ricum illud.

Est plus ante Pylus, sequitur Pylus altera post hanc.

Nos enim suis, & suorum nugis onerare conatur
 etiam hoc loco bellat nos. Ergo quemadmo-
 dum supra errores erroribus cumulauit? sic nunc
 nugis nugis geminabit. Acturus enim est his
 quattuor sequentibus capitibus de superstitioni-
 bus (quas criminis, & sui, & suorum minuendi
 gratia caeremonias vocat) & iis quidem variis,
 quas Sacrosancto Christi baptismo records isti
 addiderunt, quasi ille per se, & ex ipsa Christi in-
 stitutione ac promissione non satis diues, orna-
 tus, sanctus, & commendatus nobis piis & Chri-
 stianis sit, & esse debeat: nisi istorum scoria & de-
 turpationes illi accederent, quas baptisimi Chri-
 sti tamen ornamenta nominant, & *Sacramentalia*
 in nouo nomine vocant. Sic istum suum parietem
 nouum incrustare & nouit, & suos docuit Sa-
 cramenta.

Illae vero caeremoniae non sunt numero pau-
 cae, sed viginti duae saltem, quas tam praecise &
 tam necessario iubent obseruari Pontificij, quam
 quae Christus ipse instituit: imo acentatius. Eas
 enim sanctiores, & Deo gratiores putant, quam
 illa, quae Christus in baptismo praecipit. Sic Pha-
 risaei suas *deurpationes*, & inania sua praecpta lege-
 ras ipsa Dei sanctiora censabant, quae tamen dam-
 nat aperte Christus Matth. 15. vers. 9. Marc. 7.

in vers. 4.

Rationes autem duas inanissimas profert a Bellarmino, ut eas ceremonias commēdet, & suam illam Helenam, si potest, ornēt. Prima est à nostro ipsorum exemplo ducta. Vos ipsi in baptismo, ait iste, qualdam præter Dei verbum ceremonias instituitis & retinetis: ergo & nos quoque Pontificij ceremonias in baptismo possumus observare. Respondeo Bellarmino, Bene est, quod nostrum exemplum sibi, suisque pro regula proponit: Utinam verò illud sequeretur: sed omnino in eo sunt dissimiles à nobis. Primum quod omnino paucas in Baptismo ceremonias habemus, vix nempe duas, Nempe Patrimonios: ex more antiquo retinemus, & Nomen tunc baptizantibus imponimus. Isti verò Pontificij, xxij. ceremonias observare coguntur in quovis suo baptismo teste hic Bellarmino que magna dissimilitudo est inter nos, & istos. Deinde dissimiles sunt à nobis Pontificij, quod que præter Dei verbum in baptismo sequimur, ea tanquam liberas ceremonias, & duntaxat ceremonias servamus: propter decorum solum Ecclesiæ, & Politiam cum magno fructu. Nam & has ipsas nostras parati sumus & mutare, & deserere, si qua iusta causa afferatur. Pontificij verò suas ceremonias tanquam ipsius sui Baptismi partes, si non omnino essentielles, retinent: saltem ut planè necessarias & Baptismi ornamenta, que licet, sint ex magna parte ineptæ & sordida, eas tamen mordicus retinent.

Secunda ratio Bellarmini est, Quod eosdem ritus observant Patres, quos Pontificij retinent. Respondeo Primum. Hoc falsum est: Multa enim addi-

addiderunt isti, quæ non habeat Patres: & multa reiecerunt, quæ Patres vsurparunt, ac obseruauerunt. Deinde Patres istos ritus sine vlla animi superstitione habebant: isti nõ item. Nam plus momenti in his rebus externis & adiectitiis collocant, quam in Signo, & re signata ab ipso Christo constitutis. Quod est idololatricum.

Ad Cap. xxv.

De Caremoniis vero Baptismi acturus. Bellarminus distinguere eas debuit, quæ in Baptismo Puerorum obseruantur ab iis, quæ in Adultorum baptismo fieri solent. Quemadmodum enim est eorum diuersa ratio, ætas, cognitio: sic multa in Adultis & probari, & obseruari possunt, quæ tamen in Baptismo Puerorum retineri neque debent, neque prudenter possunt, velut Catechismus, Scrutinium, Professio fidei, Abrenuntiationes Satanz, Mundi Carnis, quia Pueri nondum vel fidem habent, vel loqui possunt: quæ tamen eadem ab Adultis merito exiguntur, si quis velit. Isti homines tamen indiscrète, promiscuè, & temere hæc duo hominum baptizandorum genera confundunt, & eadem in vtrorumque baptismo obseruant, vsurpant, & exigunt, tam sunt væcordes. Quis enim ex pumice petit Aquam: ab Infante locutionem & responsionem? Id quod tamen isti Pontificij in formulis suorum baptisimatium faciunt. Et mirantur tamen nos pios ista tam incõsiderata in iis damnare, quæ totum baptismum Christi Infidelibus tam absurda à Pueris Infantibus postulari audientibus deridendum propinant? Nihil penitus habent stolidi homines isti, modò velut Simiæ

gestus hominum, sic isti ritus nonnullos Patrum, intempestiue videantur imitari. At Patres illi sapientissimi Baptismum Adultorum, (quod ad istas ceremonias externas) à Baptismo infantium prudenter distinxerunt: nec in utroque eadem ceremonias, quod isti Barones, & homines bruti faciunt, obseruant.

Ceterum commemorat iste, ingenij ostentandi gratia, XLII. ceremonias, quas ante Baptismum à Patribus obseruatas scribit. Nimum & exigue, & confuse Bellarminus. Exigue, Plures enim obseruarunt Patres. Dabant enim baptizandis mel prægustandum ex II. cor. 7. ver. 15. Dabant vinum, Hieronym. in II. cap. 55. Tertullianus de Corona Militis, Durandus lib. 6. Enchiridij cap. 8, Burchardus VVormatiensis libr. 6. de Sacramentis Ecclesie, plures, quam Bellarminus, ceremonias enumerant, quæ baptismum præcederent. Ergo pro prolixa animi sui sapientia fallitur iste, qui has solum duodecim præuias baptismi recenset. Sed & confuse id facit. In folijs enim Adultorum baptismis hæc obseruabantur, non autem Pætorum, Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, & Burchardus loco iam à nobis citato. Quomodo enim & catechizati infantes possunt, & respondere, & fidem profiteri, & Re vxoria abstinere, qui de ea ne cogitant quidem?

Exorcismos autem (qui fuerunt dona Miraculorum temporaria, & quæ iam pridem esse delierunt) adhuc à Pontificijs stulte retineri, merito miratur D. Calvinus. Cur enim & donum linguarum, & sanationum isti iidem non usurpant in suis baptismis itidem, vt Exorcismos, quoniam

niam omnia hæc dona eodem tempore Veteri,
 & adhuc plantanda, vel recens plantata Eccle-
 sia à Deo data fuerunt? Quæ, obsecro, ineptia?
 Nec tempora, nec dona Dei distinguere? sed sto-
 lida quadam *κακοζηλία* velle effingete, Simia-
 rum more, quicquid olim factum legunt? Non-
 ne hic est spiritus Vertiginis? Nam ne omnia
 quidem, quæ fecit Christus, sunt nobis imitan-
 da, velut salina nostra, nostroque sputo tange-
 re os, nares, aures, oculos baptizandi non debe-
 mus, etsi hominis vnus, non omnium, aut alte-
 rius saltem aures, & oculos sputo suo Christus
 tetigit, Marc. 7. vers. 33; Iohann. 9. vers. 6, Nempe,
 vt humanae suæ naturæ puritatem etiam in ipsis
 eius excrementis Christus & internam, & exter-
 nam nobis demonstraret. Quæ eadem puri-
 tas nec in Pontificiis Sacrificatoribus homini-
 bus spurcissimis, nec in eorum sputo, narium
 mucro, salina oris inest. Ergo pessimè colligit bel-
 larminus, & fallacia Ab Ignoracione Elenchi,
 quia Christus purissimus ista sanandis à se seorsim
 & iterum adhibuerit: posse Sacerdotes sordidis-
 simos homines eadem quoque à se baptizandis
 hominibus adiuuere. Dispar enim & dissi-
 milis est eorum, & Christi ratio, puritas, & san-
 ctitas. Certè, quod nemo sanus negauerit, sunt
 istæ foedissime sordes, baptismum non ornantes,
 vt illi volunt: sed planè conspurcantes, & inqui-
 nantes verissime.

mirator D. Caluinus. Cuius & doctri-
 nae & doctrinæ illi indices non videntur
 in his paginis haberi. Exortio, quo
 Apoll. 1. Dicitur de

Ad Cap. xxvi.

Ceremoniæ, quæ in ipso Baptismo adhibentur, sunt, ex istius sententia, quinque ex aliis, velut Durando, Burchardo, & Tertulliano, omnino pauciores. Prima est Nominis, si nullâ adhuc habet, qui baptizatur, Impositio, ex imitatione Iudæorum, qui nomen suis filiis imponebant, quum eos circumciderent Luc. i. Mos hic retentus est ex illa consuetudine honesta. Iudæi qui iam ethnica nomina habebant, ea in Baptismo suo mutare in Christiana solebant. Iudæus Eusebius lib. 10. Historiæ Evangelicæ. Secunda Ceremonia, sunt Sponsores seu susceptores ex fonte baptismali, quos vulgus Patrimos vocat. Hæc ceremonia. Primum in Adultis videtur recepta ex August. Serm. 116. de Tempore lib. 2. cap. 34. de Peccatorum Meritis: postea verò ad Infantium baptismum translata. Quam tamen apud Pontificios ineptè, ex eorum formula cernitur, ubi ipsi Sponsores dicunt. *Non promitto: sed quia si ipsi essent Infantes, Abrenuntia, Credo, Naxoriperam ipsi suam polliceri quidem possunt in alio, quem suscipiunt, instruendo: non autè alienâ fidem promittere, vel præstare debere.* Ex quo sic, ut in Infantium baptismo ista verba ineptissime à Pontificiis tetineantur.

Tertia ceremonia est, Aquæ Magica incantatio, planè idololatræ. Unde autem, & à quo primò ista superstitio, uti & Susceptores, & reliquæ, quæ sequuntur ceremoniæ fuerint institutæ, vide Durandum in Enchiridio lib. 6. cap. 8.

Quarta ceremonia est Trina olim immersio: can. Apoll. 49. Dionysius cap. de Baptismo lib. de Eccl.


cles. Hierarch. Tertull. de Corona Militis Augu-
stin. Serm. 91. & 201. de Tempore. Nunc Mersio
Ynica tantum nonnullis in locis. In aliis solum
Superfusio Aquæ in caput baptizandi, tum quod
Atriani ea trina mersione fuerint abusi, Grego-
rius lib. 1. epist. 41. ad Leandrum & Toletani Cō-
cilij 1 v. cap. V. tum quod, si nudentur pueri, ad-
huc tenerrimi, sæpe in mortis periculum conii-
ciuntur (Sabbathum autem propter hominem,
non homo propter Sabbathum à Deo creatus est
Marc. 2. v. 27.) tum denique quod quum Impera-
tor dictus Copronymus, Infans Aquam baptismi
excremento alimonix nudus conspurcasset in
suo baptismo, Infantes nudari desierunt.

Quinta ceremonia, ut duntaxat Paschatis, &
Pentecostes tempore Adulti & Infantes bap-
tizentur. Id quod postea ad solos adultos re-
stringi cepit de Consecrat. dist. 4. Durandus lib.
6. Enchiridij cap. 83. & Burchardus lib. 6. de Sa-
cramentis, Merito verò ista Lex imposita ho-
minum cōscientiis, & Christi beneficium coar-
ctans & plerisque denegans à Magdeburgensi-
bus Centuriatoribus damnatur, Est enim nefariū,
dies obseruare velut sanctiores, & menses, & tem-
pora Galat. 4. v. 8. Deinde est hoc Hominum in-
uentum, quod cum suis de baptismo præceptis
misceri Deus prohibet. Denique hæc ipsa san-
ctio Papa Siricij Ecclesia totius consensu su-
blata, & velut inepta lex, antiquata est, quicquid
Ambrosius in cap. 4. ad Ephesios, ut suum Siri-
cium defenderet, afferat: quod est absurdum, &
incompetens responsum.

151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

Ad Cap. xxvii.

Ceremoniæ, quæ baptismum non omnium, sed Adultorum duntaxat sequebantur (etiam Bellarminus homo insulsus eas in quouis baptismo putat obseruatas, & ipsi quoque imperitissimi retum Pontificij adhuc etiam in Infantium baptismo seruant) hæc sunt 1. Osculum pacis 2. Vnctio Chrismatris in Vertice capitis 3. Cereus accensus 4. Vestis candida, qua induebantur baptizati. 5. Delibatio lactis. omnes sine Dei verbo receptæ.



LIBER SECVNDVS DE SACRAMENTO Confirmationis.

Ad Cap. 1.



VI homines, & quibus seculis extiterint, qui Verbo Dei aliquid addi conuenterentur, non esse difficile scire. Nam ab ipso legis a se datæ initio Deus hoc fieri uenit Deut. 4. v. 2. & ca. 12. v. 8. Hi uerò neque in eodæ nandi sunt, neque hæretici, (quum manifestum Dei præceptum habeant) sunt censendi, quemadmodum eos contumeliosè appellat Bellarminus. Itaque neque Iohannes Uiclesius, neque fratres Valdenses, & ante eos alij sunt reprehendendi, qui Chrisma, Confirmationis Sacramentis, & aliud quicquam uerbo Dei additum fuisse non probarunt: imò seuerissimè damnarunt. Nã quæ est ista hominum amentia, se se Deo ipso sapientiores

tiores fingere, & Dei censores esse velle, sua cum diuinis æquate, diuina manca esse profiteri, sua verò perfecta, & consummata iactare? Quæ, obsecro, ista plus quàm Satanica arrogantia & superbia est: illa tamen hic apparet in Bellarmino, & sociis, dum Dei optimi Maximi Sapientissimi Sacramentis alia ad dunt, & imprimis hanc Confirmationem, quam in manifestissimum Baptismi Domini nostri Iesu Christi despectum, & finxerunt, & laudant, & retinent.

Ceterùm ne quis vel noua, vel mira & egregia à Bellarmino expectet, nihil habet iste, quod ante eum omnes Sententiarij non milles balbutuerint: & imprimis Thomas in 3. parte quæst. 72: ante eum Lombardus lib. 4. dist. 7, & omnes qui in Lombardum scripserunt. Ergo futilia hic ex Bellarmino audiemus. Nam veterem cramben, & repotia rancida milles iam apposita solum teoquit.

Triumphat vero iste in maledicendo nostris, præsertim D. D. Caluino & Kemnitio, qui Satanæ & Pontificiorum in hoc Sacrameto technas mira sagacitate, & prudentia detexerunt, & refutarunt. Ingit igitur bellus, & verax scilicet homo Bellarminus eos mendaces, mali spiritus plenitudine repletos, conuiciatores, impudentes, & quid non? Sunt illi nimirum eloquentia Saiticæ (æ quorum porcorum grege est Bellarminus) flores. Ista tibi vitia, quoniam & illa habet, retineat Bellarminus: procul sunt illi nostri ab istis nexuis alieni, Deo beneficio: & res ipsa clamat, eosque purgat, & defendit.

Dixit Caluinus in Antidoto ad Ies. 7. can. 2,

Patres non meminisse olei, quod esset in Confirmatione adhibendum, nimirum quia recens istud & nouum Sacramentum Patres non norant. Baptismum norant, in quo baptizandi ungebantur. Ergo fallitur Bellarminus, qui oleum (cuius meminit Tertullianus lib. 1. contra Marcion. Augustinus lib. 5. cap. 20. de Baptismo, Dionysius de Eccles. Hierarch. Cyrillus, Cyprianus) putat in alio, quam Baptismi Sacramento usurpatum. Vnde verax est, quum hæc scribit Calvinus: mendax est, quum aliud affirmat Bellarminus.

Dixit Calvinus Istos adimere Baptismo virtutem, qua pugnemus in Agonibus contra spirituales nequitias, vt eam blasphemè suæ Confirmationi tribuant. Sic Christi baptismum spoliant, vt suum inuentum ornent. Bellarminus propterea Calvinum mendacem vocat. Atqui & Miltiades Papa, & Lombardus, & Rabanus, lib. 4. dist. 7. cap. 1, & can. *Nouissimè*. consecrat. dist. 5. hoc ipsum scripserunt, quod Calvinus: ergo non negat scripta, Bellarm.

Dixit Calvinus, istos metiri ex Ministri dignitate vim suæ illius confirmationis. Nam, vt valeat, à solo Episcopo conferri debet. Est autem hoc dogma Donatistarum. Thomas in 3. parte quæst. 72. art. 11. Durandus lib. 6. Enchirid. cap. 84. cap. vnico. §. *Per frontis*. ext. de *Sacra Vnctione*. Ergo quum hæc à Pontificiis scribi affirmat, non mentitur Calvinus: sed quum hæc scripta esse negat, præuaticatur Bellarminus. Nec obstat distinctio istius, Donatistas loqui de dignitate probitatis & vitæ: suos loqui de dignitate Ministerij.

sterij. Respondeo enim, Quum Christus Dei prædicationem, & Sacramentorum administrationem coniunxerit Matth. 28. v. 19: habeant atque quoque sacramenta administrandi habere inter eosdem Presbyteri debuerunt. Itaque hæc solutio Bellarmini est inepta. Sed dum vitant stultitia, in contraria currunt, dum non vult videri verus Donatista Bellarminus: apparet verus Atheista, qui diuellat à Deo coniuncta contra expressum Christi præceptum Matth. 19. v. 6.

Calvinus stomachatur, quòd Miltiades Papa suum inventum & Confirmationem præferat Christi ipsius baptismo. In signo. Nam Signum baptismi est Aquæ confirmationis, Sanctum oleum & chrisma. In Ministro. Nam Minister Baptismi est quiuis sacerdos: Confirmationis Sacerdotum, Sacerdos duntaxat, & summus, nimirum Episcopus. In re signata, & effectis. Nam res signata Baptismi Miltiadi est duntaxat initium virtutum spiritualium: at Confirmationis earum perfectum augmentum. Quis igitur non clamer, non stomachetur, Hominum commentum ipsi sacrosancto Christi baptismo præponi, si modo sit ille pius. Quod etiam fecit Lombardus ex suo Miltiade lib. 4. dist. 7. cap. 2. Sic, Dei gloriam tueri verè & piè Bellarminus ait esse blasphemare. Deus tibi, Bellarmine, det meliorem, & saniorum mentem, qui verum Dei zelum blasphemiam impiè nominas, tam es vel cæcus, vel malignus.

Dixit Calvinus lib. 4. Institution. cap. 19. §. 11. Confirmationem absque Aqua & signo à Chri-

sto præcepto dari: & tamen eam cum Christi baptismo conferri, imò præferri impie. Apparet ex lib. 4. Lombardi, Dist. 7. cap. 2. Durâdo lib. 6. Enchiridij cap. 84 N. 3. 4 5 Thoma, in 3. parte quæst. 72. Artic. 5. Quare quum hæc à Pontificiis dici scribit, non mentitur Calvinus: sed quum hæc suorum scripta non legit, ineptit Bellarminus, Imò seipsum iugulat, & prodit, qui col. 320. L. C. sine circuitione faretur à se, & à suis firam Confirmationem commentitiam dici, & statim, præstare Christi Baptismo, tam ratione Ministris, quàm ratione subiecti & membri seu frontis, in quo administratur. Atqui ibidem tamen eodem Bellarminus agnoscit nunc Baptismum in eodem membro seu in fronte quoque dari, & recte.

At id quod dixit Calvinus, & vere, ne oboli quidem esse Confirmationis oleum, nihil respondet Bellarminus: nec nos quoque hic pluribus de re verissima differemus.

Dixit M Kemnitius verissimè, Hoc de Confirmationis Sacramento & effectu commentum ex Montanistarum erroribus pullallasse. Illi enim senserunt à se, & suis Præfectis solum: nō ab aliis, dari Spiritum sanctum, & id quidem, per novos ritus à se cōfectos. Ergo & suis tantum Præfectis, & suis, id est, à se repertis ritibus ius dandi Spiritus sancti tribuebant Mōtanistæ. Id quod in eorum erroribus scribant omnes, Augustin. Hæres. 26. Epiphani. hæres. 48. Theodoretus lib. 3. de Fabulis Hæreticorum. Hieronymus in epistola ad Marcellum. Quum igitur Pontificij ius Spiritus Sancti tribuendi reseruant solis suis Episcopis &

& Prefectis: & suis. id est, à se confectis ceremoniis, planè Montanistas, & eorum errorem referunt, renouant, reficiunt, & pingunt nobis. Quare quum hæc scribit in 2. Parte Examinis pag. 61. 62. 63. in Magno Volumine, non mentitur Kemnitius: sed quum hæc non videt, impudenter & malitiosè cecurrit, ac sciens mentitur Bellarminus. Ex quibus apparet neque nostros in assignendis toti Scholasticorum turbæ mendaciis & erroribus mentiri, id quod tamen nulla fronte in nobis facit Bellarminus: neque quicquam cõfingere: sed quæ Sententiarij ipsi scripserunt, nostros bona fide, & prout res est, referre. Quare nostros ab imposturis Bellarmini, quod omnes iam vident, purgauimus.

Ad Cap. II.

Questio est, Vtrum Confirmatio Pontificia sit verum, & Evangelicum Sacramentum. Iste esse affirmat, Nos negamus. Balbutit ex suo Thoma in 3. parte quæst. 72. artic. 1. sed ineptissimè, & ea iam confutarat Kemnitius, Hominem tamen istum audiamus.

Prima eius ratio est, Tria ad veram Evangelici Sacramenti essentiam requiruntur. 1. Promissio Gratiæ. 2. Signum sensibile. 3. Mandatum id usurpandi expressum. Hæc tria habet Confirmatio Pontificia: ergo est Evangelicum Sacramentum. Sic Bellarminus.

Sic ego Bellarmino respondeo, Primum fallax est tota Propositio huius syllogismi, aut falsa. Eligat verum malit. Fallax, quoniam in hisce tribus propositionis istius partibus

pars præcipua fuit omiffa vel ignoranter, vel ma-
 litiosè. Est autem ea pars præcipua, *A Deo miffi-*
mentum. Nam in vero Sacramento non folùm hæc
 tria effe oportet: fed A Deo in ipfius verbo fcri-
 pto instituta & præfcripta: non autem ab homi-
 nibus. Deinde fallax eft. Non enim folùm in Dei
 verbo extare oportet & Aliquam Dei promiffi-
 onem fpiritalis gratiæ, & Aliquod fignum
 externum: fed fic instituta hæc duo effe oportet
 à Deo, quòd talis actio fit fàcramentum, Vt præ-
 cifè eiusmodi promiffio ad tale fignum referatur,
 & pro eo tantummodo fit data: viciffimque
 tale fignum huic promiffioni repræfentandæ
 fit peculiariter à Deo deftinatum. Relatè enim,
 & *æritivè* propriè fe habent in quovis fàcra-
 mento, *Hoc fignum, & hæc, feu talis res fignata.*
 Nam exempli gratiâ, extat Dei promiffio in Dei
 verbo de nobis inuocantibus fe exaudiendis Pf.
 50. v. 15: fuit itidem virga Moïfis fignum ei à Deo
 datum auxiliij diuini impetrandi Exod. 3. tamen
 hæc virga feu Signum, quia non fuit differè &
 peculiariter huic promiffioni Dei, quæ eft Pfal.
 50. v. 15. coniunctum, & additum: hæc duo à no-
 bis copulata, Nempe virga Moïfis, & promiffio
 generalis de Dei auxilio, non efficiunt Sacra-
 mentum: quoniam ifta duo non funt inter fe
 propriè Relata, & peculiariter vnum alteri, à
 Deo deftinata. Quare nihil hic iouat Bellarmin.
 ex Dei verbo commemorare aliquam Dei pro-
 miffionem de confofatione & affiftentia Spiri-
 tus fancti, & eam diuiffim proponere: item com-
 memorare ex alio S. Scripturæ loco fignum im-
 pofitionis manuum aliquibus factis actionibus
 adhi-

adhiberetur, nisi monstret coniunctim ex Dei verbo, Deum & Hanc promissionem huic signo peculiariter destinasse, & Hoc quoque signum peculiariter & coniunctim huic promissioni à Deo fuisse additum. Itaque ex fallaci sua propositione, fallacia A coniunctis ad diuisa, falsum concludit Sacramentum, & hic, & in reliquis Pontificis sacramentis.

Falsa est hæc Bellarmini prima propositio, nisi sic, quemadmodum exposuimus, intelligatur. Quod si falsæ præmissæ, falsa quoque erit conclusio, ut Dialectici docent.

Hoc explicato cætera videamus, Ait Bellarminus, Confirmatio Pontificia habet promissionem de conferendo Spiritu sancto: habet Signum, Manuum impositionem & chrismatism: ergo est Sacramentum. Nam de tertio mox videbimus.

Respondeo Bellarmino, est hæc ratio triplex fallacia, Vna A coniunctis ad diuisa, contraque. Nam diuisim promissionem Dei de assistentia Spiritus sancti ex Iohan. 14. v. 26. 15. v. 26: & diuisim Signum impositionis manuum ex Actor. 8. v. 18. profert, non coniunctim à Deo instituta simul, alligata, & præcepta (vnum, ut signum: Alterum, ut res signata) ex quibus diuisim & ex diuersis S. Scripturæ locis collectis efficit iste suæ Confirmationis Sacramentum. Sic dicerem & colligerem, Baculus Iacob fuit illius paupertatis signum Genes. 32. v. 10. Pauperibus multa dona sunt à Deo promissa, Psal. 146, velut consolatio spiritualis, cura de his, præsidium suum, ergo promissio illa, & Baculus Iacob efficiunt Sacramen-

tum. Quæ conclusio est Bellarminiana, sed ta-
men fallissima.

Altera fallacia est, Adiecto secundum quid, ad-
dictum secundum simpliciter. Nam quæ pro-
missio facta est Iohan. 14. v. 26. & Act. 1. v. 8. Luc.
24 v. 49. (quam iste sui Sacramenti Confirmatio-
nis promissionem esse contendit) peculiariter
Apostolis facta est: non generaliter omnibus
Christianis, Ergo soli ij accipere possent Confir-
mationem, qui nunc Apostolos referunt in his
terris: non omnes Christiani. Quæ restrictio pu-
gnat cum natura Evangelici sacramenti, cuius
omnes Christiani per se participes esse possunt.
Signum Impositionis manuum fuit & peculiare,
& temporarium, uti & donum Miraculorum.

Tertia fallacia est, A non consequente, teste
ipsomet Bellar. Nam ista duo in hoc Sacramen-
to, nempe Signum seu Impositio manuum, & da-
tio Spiritus sancti, diuelluntur col. 322. L. B. §.
Iam verò. Apostoli enim Spiritum sanctum sine
Manuum impositione acceperunt: quod tam est
absurdum (si utrumque efficeret Sacramentum)
quàm dicere Externum Christi Baptismum pos-
se esse sine Aqua. Ergo totum istud Bellarmini-
argumentum (quod est Achilleus & palmarius
Scholasticorum clypeus) est elumbe, inutile, nul-
lū, & tot vulneribus scater. Ex quo fit, ut sobuer-
so istius sententiæ fundamento, tota ipsa quoque
diffuat, & dilabatur.

Quod ad mandatum Christi de ista Manuum
Impositionis ceremonia retinēda (ubi vires Spi-
ritus sancti maiores à Deo petimus) nullum est
omnino, teste ipsomet hīc Bellarmino. Agnoscat
enim

enim nullū esse. Sed quod Apostoli, extraordinario Miraculorū dono vrgēte, ex Christi mandato sibi peculiariter dato Marc. 16. v. 16. egerūt, iste & ordinarium esse vult, & omnibus communikat Episcopis, quasi Episcopi peculiariter Apostolis privilegia & dona accipiant: quod est falsissimum. Quare quum nullum sit de hac cæremonia vsurpanda Christi mandatum, corrūit totum hoc Confirmationis Pontificiæ sacramētū.

Caluini solutio verissima est, Primū ostendit Manuum Impositionem tunc vsurpatam ex veteribus & notis Ecclesiæ Iudaicæ ritibus, quod hoc pacto dicati & consecrati Deo homines illi monstrarentur, quibus manus imponebātur. Sic victimis Deo oblati manus solebant imponi *Leuit. 1. v. 4. 3. v. 2.*

bellarminus vero nec se, nec Caluinum intelligens, vt est homo præceps, & carpendi avidus, debacchatur in Caluinum. Ait enim per hanc manuum Impositionem eos, quibus ab Apostolis manus imponebantur, non fuisse consecratos Deo. Respondeo, Ineptit homo iste. Nam non solum apud Iudæos, sed & apud Græcos, & Romanos manus impositio & iniectio fuit signum vindicationis rei, vt propriæ, & assertionis. Qui enim manum seruo, vestimento, rei alicui iniiciebat, eam suam esse assererat. Id quod fiebat in Iudiciis & foro, vbi res vindicabatur, quemadmodum docent Iurisconsulti.

Quod Philippus autem baptizat, id facit, quia fuit Euangelista: quod donum linguarum non dat, ac propterea manus non imponit, id facit, quia date donum linguarum extraordinarium

(non autem dare ordinaria Spiritus sancti dona) erat à Christo reservata in Apostolis, vt eorum & doctrinam, & auctoritatem magis commendaret. Hos enim XII. ex multis discipulis elegerat Christus, & primos in ecclesia agnosci volebat, teste Paulo Ephes. 4. v. II., qui eos omnium primos enumerat. Verùm quid ista distinctio inter Baptismum, & donum linguarum temporarium huic disputationi, & Confirmationis Sacramento confirmando prodest? Nihil. Deinde ostendit Calvinus, donum linguarum, & Miraculorum, ad quod conferendum Impositio Manuum adhibebatur, fuisse extraordinarium & temporarium: ergo non esse Evangelicum sacramentum, quod ad consummationem vsque seculi durare debet. Quid ad hæc Bellarminus? Respondet intricatè & obscurè, per illam Manuum Impositionem non solum extraordinaria Dei dona fuisse data: sed & ordinaria, qualis cognitio fidei, Iustificationis obsignatio. Respondeo, Quid hæc ad rem? Nam petitur à Bellarmino vt locum nobis ex Dei verbo ostendat, vbi præceptum sit, Vt signum impositionis Manuum usurpetur, vbi, & quotiescunque quispiam incrementum donorum Dei vel ordinariorum, vel extraordinariorum spiritualium à Deo petit. In eo enim positus est totius huius quæstionis status. Itaque obuiagularur Bellarminus, & præter casam fugit, quum aliud, quàm hoc ipsum agit. Promissiones Christi, Iohan. 14. v. 26. 15. v. 26. si generaliter explicentur & dicantur ad signum Impositionis Manuum fuisse alligatas, est falsissimum. Itaque locos illos corrumpit iste. Præterea non refutat quod

quod dicimus, Manuum impositionem, quam ipsi vrgent, in solis Dei donis extraordinariis usurpata fuisse.

Quod ait cōnumerari Manuū Impositionem cum Baptismo Hebr. 6, verum est, quoniam illa erat cæremonia quæ in Baptismo Aduitorū tunc usurpabatur, non autem quæ Nouum, & à Baptismo separatum Confirmationis sacramētum constitueret, vt iste fingit. Quod missi sunt Apostoli Samaritam, qui donā extraordinaria Spiritus sancti darent iam baptizatis, & edoctis Christum Samaritanis factum est, ne Euangelium à Philippo Samaritanis prædicatum minoris fidei, valoris, & momēti esse videretur: quàm quod Hierosolymis ab Apostolis prædicabatur. Ergo missi sunt præcipoi ex Apostolis, Iohannes & Petrus, qui illud Hierosolymis annuntiabant quique eadem Samaritanis baptizatis dona extraordinaria contulerunt: quæ Hierosolymitani baptizatis dabant, & sic Euangelium Christi à Philippo annuntiatum confirmarūt: non autem propterea nouum aliquod Confirmationis Sacramentum, vt iste somniat, instituerunt. Quod erat nefas I. Corinth. II. v. 23.

Donum Miraculorum & linguarum dandarū fuisse & extraordinarium, & à solis Apostolis (peculiari priuilegio dato à Christo) conferri solitum certo certius est, estque mirum ab hoc de eo dubitari posse, quum & Marcus cap. 16. ex verbo Christi id testetur: & exempla ab ipsomet Bellarmino ex Actor. 8. v. 18. 10. v. 44. 19. v. 5. prolata id manifestissimè testētur. Confirmat quoque id ipsum Paulus Gal. 3. v. 5. & I. Corinth.

1. v. 7. 14. v. 18. Quid igitur pluribus verbis opus est? Denique quomodo id facerent soli Apostoli, ut illa dona aliis darent (Nam & ea Simon Magnus ab Apostolis solis Iohanne & Petro, non etiam à Philippo, & aliis Christi anis emere volebat. Actor. 8. v. 19.) nisi & Dei spiritu ita facere admonerentur, & id sibi peculiari priuilegio à Deo datum fuisse intelligerent? Ergo aut Apostolos temeritatis & arrogantiae accusat Bellarminus, si id iuris soli sine Dei mandato arrogarent: aut Deum ipsum damnat negligentiae, qui ius à se toti Ecclesiae datum non seruarit illibatum: sed à solis Apostolis siuerit usurpari. Quod utrunque vel cogitare est nefas. Ergo frustra querit iste, ut peculiare Dei mandatum Apostolis factum de Dando extraordinarie aliis Spiritu sancto à nobis proferatur. Quam enim eos Ecclesiae suae Rectores constituerit Christus Actor. 1. & 2. iisdem omnia quoque mandauit, quae ad illud regimen Ecclesiae necessarium tunc erat agi, quale est conferre dona Spiritus sancti.

Quod illam Spiritus Sancti missionem, quae die Pentecostes facta est, scribit iste ex ea causa factam, quae toti Ecclesiae, & quouis tempore competit, fallitur Bellarminus. Facta enim est illa missio Spiritus in Apostolis ex peculiari causa, quae solum eos Doctores Ecclesiae à Christo designatos tangebatur, Nimirum Ut & acciperent donum linguarum, quo possent praedicare ad fines usque Mundi & omnibus populis (ad quod à Christo fuerant designati Actor. 1. vers. 8.) sua lingua: & meminissent eorum omnium, quae ex Christo audiuerant, ut testatur Christus, Iohan-

Iohan. 14. v. 26. Ergo non acceperunt Apostoli in die Pentecostes tam extraordinario modo Spiritum sanctum, ut solum (quemadmodum putat iste) ordinarius Spiritus sancti virtutibus, & donis ornarentur. Ex quibus omnibus apparet veras esse D. Caluini responsiones: fallas autem Bellarmini ad eas solutiones, licet intricatas, & obscuras. Sunt enim istae solutiones omnes Fallaciae A non causa, quomam fallax est ubique Bellarmini interpretatio: At Caluini vera est ratio & expositio. Kemniti responsionem malitiosè circumscribit Bellarminus. Dixit Kemnitius, organa donorum Dei ordinariorum singulis verè fidelibus communicandorum à Deo instituta esse Sacrum Baptismum, & Sacram Domini Cœnam. Iste dictum Kemniti refert & interpretatur maligne. Nam ad dona Dei extraordinaria transfert, tanquam de eorum cõmunicatione intelligat Kemniti, quod falsum est. Intelligit de Dei donis ordinariis, & eorum collatione. Ergo Apostoli dona Dei salutaria & ordinaria per Baptismum & S. Cœnam conferebant: dona verò Dei extraordinaria per Manuum impositionem dabant, quæ (quemadmodum illa Dei dona extraordinaria cessant) sic & ipsa cessat. Alioquin est inanis cœremonia, vana, & inutilis, qualis apparet in Papatu & in ista Pontificia Confirmatione. Itaque non ut Nouum aliquod Sacramentum institueret Apostoli siue Confirmatione, siue aliud quod piam, Manus fidelibus imponebant: sed ut dona Dei extraordinaria, quæ dare iussi erant à Christo Marc. 16. v. 16. fidelibus conferrent ad cœlestis & Euangelicæ doctrinæ commenda-

tionem maiorem & fidem faciendam. Habet igitur & veram causam usurpatæ ab Apostolis Manuum impositionis: & verum dicti D. Kemnitij sensum Bellarminus. Ergo veritati iam acquiescat: obscuris suis & ineptis extraneisque solutionibus hoc argumentum inuoluere desinat.

Spiritum Sanctum & visibiliter & inuisibiliter dari nobis à Deo posse qui negat? Sed iam & post dona Miraculorum à Deo ipso subtracta, aliud esse nobis constitutum à Christo eorum dandorum, & accipiendorum sacramentum, quam S. Baptismum, & S. Cœnam, quouis falso & mendacio falsius est, & mendacius. Sed verbosus iste scriptor, non nescius verbis inaniter fundendis, & eodẽ errore millies repetendo delectatur.

Denique quid stultius est, quam ad suæ confirmationis confirmationem allegare nobis Pontificale Romanum, & scribere manu quempiam tangere esse manus illi imponere?

Ad Cap. III.

Melius erat, ne Lectorum abuteremur orio, quattuor sequentia capita inania, tanquam ruinosos parietes quattuor vna fidelia dealbare, & breuiter vel hac vna solidissima ratione dealbare, lere omnia, Nēpe, Quod in statuendo fidei Dogmate & Sacramento diuino admittendo solum Dei verbum scriptum nobis sequendum est piis iuxta præceptum Christi, *frustrà me colunt homines docentes doctrinas hominum* Matth. 15. v. 9, item *Scrutamini Scripturas* Iohann. 5. v. 39: non hominum decreta, siue Conciliorum, siue Patrum, siue Romanorum Pontificum.

Tamen

Tamen ne conqueratur iste sibi non esse luculenter ad singula responsum, ecce singula ista capita examinemus.

Primum ex ducentis quadraginta Pontificibus Romanis & amplius, decem duntaxat sui errori fauentes reperire, & enumerare potuit. Nempe Clementem primum in epist. 4. Verba- num 1. in epistola, Cornelium Papam, Miltiadem, Eusebium, Innocentium 1. Damascenum, Leonem 1. Iohannem 3. Gregorium 1. lib. 3. epist. 9. Respondeo, Primum Clementem & Verbanum, & Cornelium de baptismo loqui & oleo, quo tunc pij baptizati ungebantur: non de villo Confirmationis sacramento quod à Miltiade primum formatum est annis plus quàm quadraginta post mortem Cornelij Papa, Ergo Bellarminus abutitur istorum testimonio.

Reliqui septem Pontifices Romani sui prædecessoris decretum non ad Dei verbi regulam & normam examinatum temerè secuti sunt, Nèpe Miltiadis. Nà inter istos illud euenit, & in tota Pontificia Ecclesia, vt ad instar brutorum Animalium, seriatim & caudatim vnus & sequens alterius & prædecessoris sui errorem & sententiam non excussam, examinatamque sequatur, Imo Thomas fatetur nec à Christo, nec ab Apostolis hoc sacramentum fuisse institutū, in 3. part. quæst. 72. Artic. 1. *ad primum*. Quid ergo Pontifices isti nobis ingenij sui commenta pro fidei Christianæ Articulis obtrudunt?

Ad Cap. IIII.

Quod ad Concilia hic à Bellarmino citata nihil cum domino iuant. Eliberinum

nusquam vel cap. 38. & 77. Confirmationis meminit, aut ullius noui Sacramenti, etsi post Militi-
dis Papæ excessum (qui istam Confirmationem iam plurimum commendat) conuenit. Ostendit tantum Episcopo solitos offerri eos, qui a Laicis & Diaconis fuerunt baptizati, ut ipsi baptizati preces ab Episcopis coram tota Ecclesia acciperent, illique aggregati iam fuisse per illum Baptismum intelligeretur. Ergo cap. 39. illam Manuum impositionem, Concilium ait esse vice baptismi etiam in Gentilibus non baptizatis. Quid igitur ex eo Concilio colligit iste: Confirmationem esse sacramentum: quia solum aggregationem ad Ecclesiam significat. Quanquam quid istos canones allegare prodest, in quibus manifestus error apparet, Nempe, Quod Laici baptizare possint, Et Diaconi non predicantes, contra quam superiore libro docuimus?

Concilium Arelatense primum, cap. 8. & secundum cap. 17. de nullo sacramento, nullaque Confirmatione prorsus agunt: sed de reconciliatone Hæreticorum ad Ecclesiam venientium. Ergo solis Hæreticis, aut iis, qui cum Ecclesia sunt reconciliandi (quum essent ab ea eiecti, competeret istud Scholasticum Confirmationis sacramentum: non autem veris Christianis, & ex Ecclesia non eiectis, ex istorum Conciliorum sententia.

Idem confirmatur Laodicensi Concilio cap. 7. & 48. Vnctionem illam fuisse signum reconciliatōnis hæreticorum ad Ecclesiam gremiū accedentium, aut primæ eorum in Ecclesiam introductionis. In quo neque Noui sacramenti, neque

disertè confirmationis meminit Græcum concilium. Neque enim hoc Sacramentum vnquam ab Ecclesia Græca fuit agnitum.

Aurelianense Concilium, & Moldense, nusquam extant, nisi apud Gratianum, qui millies in sua illa rapsodia falsarius reperitur: & sunt particulares nonnullorum hominū opiniones ista consilia, quæ fidem nullam faciunt. Vide *can. vi ieiunij & can. vi Episcopi Consecrat. Dist. v.*

Reliqua concilia, velut Hispalense. 2. Bonifacij episcopi, Florentinum, Tridentinū, & v. 1. Synodus, sunt partim hæretica, vt tria posteriora, partim peculiare aliquot Episcoporum opiniones, quæ nec legem aliis imponunt, nec fidem faciunt: præsertim quum ex nullo S. Scripturæ loco confirmentur: sed solūm ex illa Milciadis ad Hispanos episcopos epistola ineptissima.

Ad Cap. v.

Quod ad Græcos Patres, & quæ ex his profert iste testimonia, prorsus ab his oppugnat Bellarminus. Vna enim est ad omnes istos Patrum locos responsio, Patres Græcos agere nempe de illa vntione, & illo oleo, quod in baptizando quopiam, non autem extra Baptismum, dabatur, & adhibebatur. Confirmationis enim Sacramētum nunquam Græci Patres somniant, agnouerunt, aut receperūt: nec vntionem, quæ non esset pars Baptismi. At Pontificij hoc suum confirmationis sacramentum, volunt præcisè & à Baptismo separari, & post Baptismum saltem septem interpositis diebus totis, vt ait Durandus lib. 6. Enchirid. cap. 84, dari, non prius. Ergo tota hæc Bellarmini allegatio est fal-

lacia Ab Æquiuocatione vocū, olei, & ungi. Illæ enim voces apud Græcos Patres de oleo & unctiōe, quæ fit in Baptismo, intelliguntur: iste vero eas transfert ad oleum & unctiōem, quæ fit in alio, quàm est Baptismus, sacramēto. Unctiōem enim eam, qua sunt vsi Græci Patres in conciliandis Ecclesiæ hereticis, idcirco adhibuerūt, quod Hereticos non plenè à suis baptizatos esse, quod ad ordinaria etiam Spiritus sancti dona, iudicarunt.

Hoc ipsum apparet. Nam Dionysius lib. de Eccles. Hierarch. cap. 2. parte 2. agit de ea solùm unctiōe, vti & Iustinus quæstion. 137. Orthodox. quæ in Baptismo fiebat, & ab ipsis presbyteris, non autem à Pontifice, vel Episcopo dabatur.

Hanc unctiōem, quid significet explicant Origenes Homil. 8. in Leuiticum, Cyrillus Catechesi 3. Mystagogica, Gregorius Nazianzenus in oratione de Sancto Lauacro, nempe volūt significare virtutem Spiritus sancti, quam in suo Baptismo (non autem post suum Baptismum aliquo alio sacramēto) Christiani accipiunt.

Amphilochius in vita Basilij: Theodorica cap. 1. Canticorum, Damascenus de Orthodoxa fide lib. 4. cap. 10, quū de unctiōe, oleo, christimate, quod Christianis datur, agunt, Baptismi semper coniungunt, vt ostendant se de ea unctiōe Christianorum, non alia (quam fingunt Scholastici, & Confirmatione in suam, ac Sacramētum vocant) agere, quæ confertur in Baptismo. At Pontificia confirmatoria & unctio sæpe post tres & quinq; annos totos ab accepto Baptismo datur: semper autem septem saltem post dies.

Ad Cap. VI.

Quod ad Patres Latinos, ita sunt illi distinguendi. Quicumque ante tempora Miltiadis Papæ vixerunt Patres Latini, & de Oleo, Vnctione, Chrismate aliquid dixerunt, de ea tantum Vnctione intellexerunt, quæ fiebat in Baptismo, non extra Baptismum. Sic Tertullianus lib. de Resurrect. Carnis. coniungit enim olei vñtionem cum Aqua Baptismi, teste Bellarmino ipso. Sic verus Cyprianus lib. i. epist. vlt. lib. 2. epist. 1: non autem nothus & adulterinus in Sermone de Vnctione Chrismatis, & in Serm. de o- pñtionibus Cardinalibus. Nam etsi Oleum illud & vñtionem conferebant post Aquæ aspersionem à se in Baptismo factam: tamen oleum illud & vñtionem conferebant in eodem & continuo Baptismatis actu: non autem interrupto, alio, & diuiso, quod fit in confirmatione. Quamobrem est fallacia Ab ignoratione Elenchi ista confusio temporum, Vnctionum, & actionum, quæ fit hîc à Bellarmino, vt suam illam commētitiam confirmationem confirmet.

Qui verò Patres post Miltiadis Papæ ineptissimam illam epistolam ad Episcopos Hispanos vixerunt, illi iam isto veneno fascinati multa de laudibus istius chrismationis, sed nullo Dei verbo fulti, dixerunt, quæ pro se hîc citat stultè Bellarminus, velut si cæcorum pro cæcis testimoniam in eo in quo vtrique errant, citaret. Itaque quum nobis Sermonem de operationibus inter opera Cypriani, & Pacianum in lib. de Baptismo allegat, & Prudētij poëma, penè dixerim nānias nobis profert, quas sequamur. Quæ-

quam Prudentius oleum & vnctionem cum Baptismo coniungit.

Est autem ineptissimus Bellarminus, qui Eusebium Emiffenum Latinum scriptorem fuisse scribit & affirmat. Nam & Hieronymus, & Abbas Trithemius eum tradant fuisse scriptorem Græcum, non Latinum.

Ambrosius nimirum suo Siricio, & Romanis Episcopis, qui illam Confirmationem producebant, fauit. Itaque quod lib. 3. cap. 2. de Sacramentis & cap. 7. de iis, qui initiantur Myfteriis scriptum Ambrosius, errori seu favori datum est suo in Pontificem Romanum, non veritati.

Hieronymi sententia contra Luciferianos locum ex Act. cap. 8. corrumpit. Augustinus lib. 2. cap. 104. contra literas Petiliani sui seculi errore seu naufragio absorptus est: quanquam & ea Vnctio, de qua loquitur Augustinus, ad Vnctionem Baptismalem referri potest contra Bellarminum.

Beda, Rabanus, Amalarius, & cæteri autores ab hoc citati, corrupta iam Ecclesiæ doctrina, Confirmationem ex communi errore, non ex Dei verbo scripto, receperunt.

Quod ad Miracula prolata, illa sunt nullius momenti. Nam falsam doctrinam confirmant, si vera sunt: id quod non puto, nepe vera ea esse.

Ad Cap. VII.

Miser homo iste, quum quid nostris argumentis responderet, non haberet, conuicta contorquet in nos præsertim in D. Calvinum, & Kemnitium, qui sententiæ huius Scholasticorum technas in confirmatione Baptismi præferenda, fraudesque detexerunt.

Primū igitur respondet Calvinus Sacramen-
ta Christiana à solo Deo institui posse. Quid i-
ste? Verum esse dictum Caluini concedit: ac pro-
inde se causa cadere profiteretur. Secundò respō-
det Calvinus, Patres plura, quàm duo, Christi
sacramenta, Nempe Baptismum, & S. Cœnam,
non agnouisse August. lib. 3. Doctr. Christ. lib. 3.
cap. 16. lib. 5. cap. 23. de Baptismo cap. *Arrianos* 1.
quæst. 1. Quid iste bellus homo ad hæc? Hoc so-
lum negat Bellarminus, non refutat. Sed facile est
negare, non est autem facile confutare. Et plus
potest, vt loquitur in scholis, negare Asinus,
quàm probare Philosophus. Verum obtorto
collo Augustinum in suam sententiam pertra-
here conatur Bellarminus, ac probare eum, quū
de Manus impositione agit (quam iterari posse
affirmat Augustinus) non agere de ea, quæ simi-
lis sit Impositioni manuum, per quam homines
Ecclesiæ reconciliantur. Nam, ait iste, loquitur
Augustinus de Manus Impositione quæ est & fit
sine Chrismate: at ea, quæ est confirmatoria, est
cum Chrismate. Ergo sunt diuersæ istæ manus
Impositiones. Respōdeo: Loquitur Augustinus
de ea Manus Impositione, quæ suo tempore no-
ta erat & usurpata: non autē de ea, quam postea
Scholastici confinxerunt, & confirmationem
appellarunt. Ergo Scholastica Confirmatio non
erat Augustini tempore cognita.

Secundò respondet Bellarminus, Tarraconēse
Concilium can. *Dictum est*, & Gregorium 2. can.
De Homine consecrat. dist. 5. velle vt confirma-
tio repeti non possit. Respōdeo: Est plus quàm
bis stolidus Bellarminus, qui tempora confun-

dit. Nā vixit August. circa annū Domini cccc. qui manus Impositionem repeti posse ait. Vixit Gregorius II. post annū Domini dcc. qui Confirmationem repeti posse negat. Ergo plus quam ducentos annos iste confundit, vt fingat Augustinum & probare, & nouisse Pontificiam Confirmationem: quod falsum est.

Tertiò respōdet homo hebes sic, Vigilius Pampa, qui dixit circa annum Christi dxxii, distinguit manus Impositionē confirmatoriā à Reconciliatoriā: Ergo vtramq; distinguit, & nouit Augustinus, qui vixit circa annū Domini ccccxv. Respondeo, confundit plus quàm cxvii. annos Bellarminus, vt probet confirmationem suam notam fuisse Augustino. Id quod *à viscipian,* & stoliditatē Bellarmini luce meridiana clarius probat & arguit.

Augustinum autem manus impositionem nō agnouisse Confirmatoriā & Pontificiam, illud probat, quòd nusquam de hac loquitur: & Reconciliatoriæ duntaxat tribuit eadē effecta, quæ isti suæ confirmatoriæ lib. 3. cap. 16. lib. 5. cap. 23. de Baptismo. Hoc argumentum vt dissoluat Bellarminus, ille repetit initiū, & fingit nubes, quibus feratur Augustinus, & volitet incertus rerū. In summa, eum obscurum, ambiguum, perplexū facit, qui quod dicat, nec docet, nec intelligit. Id quod est Augustinum traducere & occidere.

Manus Impositionem, quam nōrant Patres, repeti posse probat can. *Arianos* 1. quæst. 1. Ergo non est illa Sacramentum istud Pontificium. Ille quadrupliciter huic argumento respondet. Primum ex can. *Arrianos* illud rectē à nostris colligi:

gi: ergo dat manus, vt victus: Secundam Respon-
sionem homo occupatus oblitus est & præter-
misit.

Tertia solutio est Bellarmini, quòd negat rem
verissimam: Nempe, Quam isti confirmationē,
& Nouum Sacramentum esse putant, olim fuisse
simplicem & nudum Puerorum iam pridem in
Ecclesia baptizatorum Catechismū, vt fidei suæ
rationem coram Episcopo redderent, priusquā
ad S. Cœnam admitterētur, Leo 1. epist. 35. & 77.
Hebr. 6. v. 1. 1. Corinth. 11. v. 28. Ergo impudens est
iste, qui hoc negat præfractè. Largo autem mo-
do Patres vocant & manus Impositionē & Vn-
ctionem sacramentum, quoniam aliquid occul-
tum & secretius significat vtraque. Sic doctrina
Euangelij vocatur sacramentum.

Quartò dicit Bellarminus esse nugas, quæ ve-
rè scribit Kemnitius: Nempe Patres nunquā suos
Baptismo effectus detraxisse, vt Nouæ cuidam
Confirmationi eos tribuerēt, quale est, dare Vir-
tutem Spiritus Sancti: quod isti, dum de sua con-
firmatione loquuntur, & eam Sacramentum fa-
ciunt, agunt manifestissimè.

Ad Cap. VIII.

Sublato totius huius disputationis funda-
mento, ac refutato: Nempe confirmationē
Pontificiam esse Sacramentum, iam reliqua to-
tius huius disputationis capita, nempe de mate-
ria, forma, effectis, & Ritibus huius Sacramenti,
corruunt. Tamen vt quàm vanus & inanis sit in
hoc argumento Bellarminus, omnibus appareat,
singula hæc discutiemus.

Ac primùm de materia Confirmationis. Hanc

constituit duplicem Bellarminus, nempe Remotam, Illa est Oleum benedictum ab Episcopo Balsamo adiunctū, quod peculiari nomine *Chrismata* vocant Pontificij; Proximam autem, Vnctionem ipsam seu applicationem eiusmodi Chriftomatis ab Episcopo in fronte chrismandi factam. Hæc prima est istius hominis immanis somnatio & propositio.

Respondeo, Primùm iste suis omnibus aperte contradicit. Illi enim Chriftma (non autem, vnde, vntionem ipsam) esse conuenientem materiam huius sacramenti volunt: Thomas in 3. parte quæst. 72. artic. 2. Durandus lib. 4. dist. 7. quæst. 2. N. 5. Viguierius in Institutionibus cap. de Confirmatione. Deinde falsum est Vnctionem Chriftomatis seu ipsam actionē Ministri esse vllius sacramenti materiam. Actio enim Ministri ad ritum pertinet Sacramenti, non ad materiã. Sed homo bardus Bellarminus ista nec videt, nec distinguit. Tertio, Nullus S. Scripturæ locus eiusmodi oleum balsamatū constituit materiam vllius sacramenti. Nam quod iste citat ex 2. Corinth. i. v. 22. & 1. Iohan. 2. v. 27. ne *quid* quidem de Oleo vlllo visibili, nedum de Chriftate, agunt: sed de eã Vnctione spirituali, quam etiam ante Baptismū verò fideles à Spiritu Sancto per fidē accipiunt. Consensus Conciliorum, Patrum & Pontificum de hac re nullus est. Iam enim eum copiosè refutauimus: & fatetur Bellarm. col. 338. L. B. §. *Secundò* se nullum pro se S. scripturæ testimoniū habere.

Secunda thesis istius nugigeruli hominis est, Oleum simplex non est materia Confirmationis: sed

sed balsamo vnguento pretiosissimo mixtum. Respondeo: Hæc thesis tota inutilis est. Vbi enim est Dei verbū in tota Evangelica doctrina, quod oleum tale admisceri, dari, & adhiberi iubeat? Certè nullum est. Christus olei meminit Marc. 6. v. 13. & Luc. 10. v. 34. Iacobus in epistola cap. 5. v. 14. Irenæus lib. 1. cap. 18. sed simplicis, non mixti vel balsamo, vel vlli alij rei. Deinde Balsamū est pretiosissimū, qualem materiam Christus in suis Sacramentis non instituit, sed facilem, & obuiā cuius. Ergo non est confirmatio Christi sacramentum. Tertio Authoritates, quas iste citat ex Clemente Romano libr. 7. cap. 44. Apostolic, constitut. Fabiano epist. 2. Notho, Cypriano, & Gregorio Turanens. nullius sunt momenti. Nullo enim S. Scripturæ loco nituntur, & Christi nullo præcepto. Atqui Christiana Sacramenta à Christo ipso instituta esse & quod ad Materiam seu signum, & quod ad rem signatam oportet. Idem de Gregorio primo, & Braccarenfi Synodo 11. sentiendum est, ista testimonia, quum verbo Dei scripto careant, tam facilè reiici, ex Hieronymi præcepto, quàm proferuntur. Nemo enim pius iis adstringitur. Denique inf. col. 346. L. B. eā ipsam thesin confundit bellarminus. Notum autem Patribus fuisse istud Balsamatū & non simplex oleum, diuinat bellarminus, tam est iam ex hebetè factus industrius & solers: ex eorū enim scriptis id minimè apparet. Verūm ruinam repperit, qua eiusmodi oleum in eorum scripta intrudat, Nempe in lente vnguentum quærat homo iste otiosus. Nam ex Concilij Carthaginensis 11. cap. 3. & 111. cap. 36. eruncat & exprimit

oleum istud balsamatum, quoniã, vtitur verbo, *Conficere*, Concilium. Respondeo: Eodem argumento colligat aliquis in Pane Eucharistiæ plures liquores, & balsamum in vnum vnguentum misceri, quia dicitur *conficitur* Panis corpus Christi. Discat Bellarminus *Conficere* sumi pro consecrari, non pro misceri. Nec enim Episcopi, vel Presbyteri, qui oleum & Chrisma istud conficiunt, sunt Apothicarij aut aromatici artifices: sed benedicunt illi oleo, innocato super illud Dei nomine. Ergo non miscet Episcopi ipsi ea aromata & liquores, sed ea consecrant Deo. Itaque ineptus est Bellarminus, qui tam facilem vocis *Conficere* significationem, & Theologis familiarem ignorer, aut malignus, qui eam peruertat. Deinde vtriusque Concilij citati locus ad vñtionem reconciliatoriam pertinet, non ad Confirmatoriã, quemadmodum cum ex ipsis Conciliorum locis, tum ex Gratiano apparet in can. *Si isbet*, & furatur, ac transfert ex his Conciliis ad Pontificiam suam Confirmationem Bellarminus?

Vnguentum, cuius meminit Exodi cap. 30. v. 34. nihil ad Christianos pertinet. Nã sicut & reliquæ Legis ceremoniæ, sic & hoc vnguentum habuit in Christo suum implementum. Quid igitur in vsum reuocatur? Certè sine manifesta in Christum blasphemia non potest.

Congruentia, quam ille ex Thoma in 3. parte quæst. 72. Artic. 2. affert est hæc nimirum; Quod sicut oleum est liquor subtilis & purus, & balsamum est flagrans liquor & boni odoris: sic in confirmatione Pontificia conferuntur vinidi, subtri-

subtiles, & puri motus Spiritus sancti, & bonæ fragrantia, ad pugnandum contra Satanam & Deum confitendum. Hæc congruentia meritò à Kemnitio ridetur & irridetur. Primum, quia falsa. Nam oleum est pingue, & crassæ terrenæque consistentiæ. Itaque Plinius lib. xv. Naturalis Historiæ cap. 11. & 1111. subtilitatem non tribuit oleo, sed vino. Galenus in libro de facultatibus Alimentorum à Plinio non dissentit: vocat enim uterque oleum lene, & leniens. Nec obstat quod est Psal. 139. v. 18. ubi oleum dicitur esse naturâ penetratiuum. Hoc enim verû est propter quosdam spiritus aëreos, quos habet: sed totâ suâ substantiâ nequaquam est eiusmodi, sed tenax, adhærens, feces habens multas. Ergo vino potius, quàm oleo opus erat, si in Confirmatione subtilitas donorum spiritualium aliquo signo externo representari debuit.

Est quoque falsa hæc congruentia. Nam quum Christus ipse dedit illas Spiritus sancti gratias suis Apostolis, quas isti in sua Cõfirmatione dari, & representari dicunt, non oleum pro signo earum adhibuit, sed Ignem. Ergo hoc signum, non oleum erat in confirmatione Pontificia retinendum, ut igne suos lustrarent, quos confirmant, & donis iisdem ornant, quibus in Pentecoste donatos Apostolos fuisse contendunt Pontificij. Deinde hæc congruentia inepta est. Oleum enim vestes, quas attingit, maculat, non purgat: Aqua, vel Acetum emundat. Ergo pro signo fuit in Confirmatione adhibenda Aqua, vel Acetum, ut correspondens effectui Confirmationis signum daretur. Denique quaeritur, cur Balsamum isti

oleo admisceatur, quum, vt scribit Plinius lib. xv. cap. vii. factitium oleum illud sit pretiosissimum, quod ex styrace, & lauro latifolia fit & componitur, non quod ex balsamo. Sed & tale oleum & sic odoribus mixtum, non $\alpha\gamma\iota\sigma\mu\alpha$ Græci, sed vel $\mu\acute{\upsilon}\rho\omicron\nu$, vt est Luc. 7. v. 37. Matth. 26. v. 71. vel $\mu\acute{\upsilon}\rho\omicron\nu$, vel simpliciter oleum appellant, teste Athenæo in Dipnosophistis lib. xv. Cur non igitur exploderet & irrideret Kemnitius, & alius quiuis vir pius hanc cōgruentiā, quæ falsa est, inepta, & ignota viris omnib. doctis, Physicis, Medicis? Vide Isidorum lib. 17. Etymologic. cap. 8.

Explicatio verò similitudinis signi à suis conficti cum re à se, suisque quoque confictitia, Bellarminiana est prorsus inepta, obscura, & quæ Delio natatore eget: vbi autē, aut quo in S. Scripturæ loco vel hoc signum institutum est, vel ista significatio perpetua? Nusquam. Ergo nugæ agit iste.

Tertia Bellarmini thesis est: horum Christiana confirmationis prius consecrari, & benedici debet. Respondeo: Duobus modis primū peccat Bellarminus. Nam & causam propter quā Christiana istud benedici oporteat, prætermittit: & à quo sit benedicendum, seu (quod idem est) consecrandum, Vtrum à solo Papa, an etiam à quouis Episcopo in sua diœcesi. Deinde peccat Bellarminus, Quòd nullum S. Scripturæ locum profert, vnde probetur hoc Christiana esse cōsecrandum. Tertio, Quòd hæc olei mixti consecratio est quædam incantatio magica, quæ fit certis verbis, vt in oleum istud seu creaturā transfundatur vis & potestas conferendi dona Spiritus san-

sancti: ac proinde manifestissima idololatria, & in Deum blasphemia fiat. Id quod & D. Caluinus, & D. Kemnitius animaduertent.

Rationes tamen Bellarmini audiamus. Prima est ex traditione nonnullorum Pontificum Romanorum, qui eiusmodi Oleum ad hoc Magicum & blasphemum effectum consecrari ab Episcopo debere putant, ut ait & scribit Thomas in 3. parte quæst. 72, Artic. 12. ad 3. can. *Literis consecrat.* Dist. 3. cap. *Cum venisset* extra de *Sacra Vnctione.* Gelaf. 1. epist. 1, Leo 1. epist. 88. Clemens Romanus lib. 7. constitution. Apostol. cap. 42. & 44. Respondeo, Tota hæc Ratio est fallacia A non causa. Nec enim hominū autoritas Sacramenta instituere, aut eorum consecrationem, vim, & usum inducere, definire, aut ordinare potest. Frustra igitur allegatur, *Ego accipi à Domino*, inquit Paulus de S. Domini Cæna loquens, *quod & tradidi vobis* 1. Corinth. 11. v. 23.

Secunda istius ratio petita est à Conciliis, Laodicensi cap. 48. Carthaginensi 11. & 111, Hispanensi 11. Niceno can. 69, qualem habet Arabicus codex, non Græcus, non Latinus, nec vllus antea nobis notus, sed ex noua India nouus à Suis re-
pertus, & translatus. Respondeo: Primum idem, quod supra: Nulla concilia, seu hominum cætus sacramentum instituere possunt. Ergo frustrâ allegantur. Deinde his ipsis conciliis supra cap. 4. à nobis responsum est. Jam enim actum agit Bellarminus. Tertio, Nouus iste canon. 69, qui triplicem olei consecrationē inducit, est falsus, & supposititijs. Nec enim Græcæ, Orientales, & Arabicæ ecclesiæ oleum aliud nõrunt, quàm

vnum illud, quo tum in Baptismo vtebatur, tum eodem illo in reconciliandis Hæreticis ecclesie. Itaque Novus hic canon. 69. Niceni concilij est nihili, & ad Monachorum errores, sicut & Euangelium Cyrilli Carmelitæ & Syri Monachi, cõmentitius & fictus. Nec facit locorũ diuersitas, in quibus concilia à Bellarmino citata, conuenerunt, ne sint omnia hæc plena falsæ doctrinæ ac reiicienda. Nec enim loca terrarum diuersa faciunt falsam doctrinam esse veram: sed ex solo Dei verbo scripto doctrinæ veritas est æstimanda. Alioquin Idololatria, Mahumetismus, Arrianismus confirmarẽtur, & pro vera doctrina haberentur, quoniam pluribus in locis hæ in verum Deum blasphemix & receptæ, & constitutæ, & quidem publicis legibus, sancitæ fuerunt.

Tertia istius ratio dicitur A nonnullorum Patrum autoritate, Dionysio Hierarch. Eccles. cap. 4, Theophilo Antiocheno, Tertulliano Cypriano, Notho, lib. de *Vñtione Chrismatis*. Respondet, His Patrũ testimoniis iam tum cap. v. tum cap. vi. respondimus. Penelopes enim telam retexit iste, & crambem eandem millies apponit, quæ mors est. Denique his ipsis Patrum, id est, hominum testimoniis, idem quod supra respondemus, ex Dei verbo, non ex hominum scitis, sacramenta in Ecclesia Dei sunt probanda.

Illud verò quàm ineptum & feriale bellarmini dictum est, Christianos Antiochiæ primùm non à Christo, sed à Chrismate & Oleo Põtificio (sexcentis penè annis postea in Ecclesia recepto) fuisse nominatos? Hoc refutat Lucas Actor. n. v. 26. Nam à Christo dicti sunt Christiani, non à Chris-

Chrysmate & Oleo.

In summa, in Baptismo, in S. Cœna, in reconciliandis Hæreticis Veteres Patres vsi sunt oleo communi à se in eum vsum dicato, quam dicationem *consecrationem* appellabant Cyprian. de Vnctione chrysmatis, & lib. 1. epist. 12. can. *Literis* consecrat. dist. 3. Denique in curandis morbis, Ruffinus lib. 2. Hist. cap. 4. Tripartit. lib. 8. cap. 1. Sozomenus lib. 6. cap. 29. Nullum tamen ex eo sacramentū Nouum, præter Baptismū & S. Cœnam instituerunt id quod impie faciunt Pontificij.

Quarta thesis istius est, Chryisma hoc debere in fronte Chrysmadi, figurâ crucis, inungi & infigi. Respondeo: Nullo sacræ Scripturæ loco hoc probatur. Nam summi sacerdotis vertex oleo balsamato ungebatur, non autem frons ipsius, Exod. 30. v. 34. Psal. 134. v. 2. Deinde de eo ipso, verum in frõte solum adhiberi Chryisma istud debet, disputant Scholastici: Thomas in 3. parte, quæst. 72. Artic. xi. Durandus lib. 6. Enchiridij cap. 84. Tertio: Hæc thesis Bellarmini superiores refutat, & rationes conuellit, quas pro sua Confirmatione confirmanda sumit ex vetustis Patribus. Illi enim docent Vnctionē, de qua loquuntur, fieri solitam in capitis vertice, non in fronte, Dionysius ex Luc. 7. v. 46. cap. 2. Hierarch. Eccles. Tertull. lib. de Baptismo Cyprianus lib. 1. epist. 72. Hic autem Bellarmini locus præcisè in fronte fieri eam vult. Contra Ambrosius lib. 2. de Sacramentis cap. 7. in vertice fieri eam iubet. Ergo Vnctio & Chrysmatio Patrum nequaquam fuit, vinctio, & Chrysmatio Pontificiorum, qualis ab

iis fit in Confirmationis sacramento. Itaque diuersas istas Vnctiones imperitè, aut malignè hoc loco miscet, & confundit bellarminus: & quod citat ex Tertulliani libro de Præscriptione, *Milites Christianos signari in fronte*, impostorem enim manifestum ostendit bellarminū. Loquitur enim Tertullianus de signo Crucis, quod fiebat in fronte: non de Vnctione, aut Oleo, vt textus ipse declarat.

Ad Cap. ix.

Nostrorū autem argumenta reiecit bellarminus, si potest: sed non potest. Primū est, Oleum balsamatū in actionibus sacris fuit pars legalium ceremoniarum, quæ in Christo habuit suum implementum Coloss. 2. vers. 17. ergo sub Euangelio prorsus sublatum est hoc Oleū. Respondet iste: Aqua est signum Baptismi: Vinum, Eucharistiæ, quæ duo in Lotionibus, & Sacrificiis Veteribus quoque locum habuerunt: ergo & oleum balsamatum & signum Confirmationis. Respondeo isti, Christus & Aquā in Baptismo, & Vinum in Eucharistia pro signis instituit sub Euangelio, non autem etiam Oleum in Confirmatione, aut vlllo Sacramento.

Secundum argumentum nostrum est, Dionysius lib. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 2. parte 3. circa finem ostendit & Vnctionem, & oleum (quæ inter Christianos locum habent) sumpta esse ex Ethnicis & profanis Athletarum ritibus & exercitationibus: ergo ista sunt non ex Christi instituto, sed profanorum ludo. Instituta autem profanorum & Ethnicorum hominum imitari pij homines vetantur Deuter. 12. v. 30. 31. Tertullian. de

de Idololatria.

Respondet bellarmious, Similitudines duci posse in rebus sacris & Christianis, ex iis rebus, quæ inter Ethnicos locum habent & Athletas 1. Corinth. 9. v. 26. 27. Respondeo bellarmino, Similitudines quidem, quibus res obscura facilius reddatur, & illustratur, possunt à nobis duci ex rebus & ritibus Ethnicorum: sed non possunt ex iisdem Christiana sacramenta institui, fundari & probari. Id quod Pontificij faciunt in suo Confirmationis sacramento tuendo & commendando.

Tertium argumentum nostrum est, Chrismatis Vnctio, quæ fit & applicatur Baptizato, est institutum Sylvestri primi Papæ, sicut Damasus in eius vita, & alij scriptores tradunt: ergo non est institutum Christi: ac proinde nec Sacramentum.

Respondet iste, Institutionem Sylvestri pertinere ad vntionem, quæ fit in Baptismo: non ad eam, quæ fit in confirmatione. Respondeo isti: Ino institutio vntionis confirmatoria est recentior, quam vntio Baptismalis (Hæc enim à Sylvestro fuit prius ordinata, teste Damaso: illa vero confirmatoria fuit posterior à Milciade re-
perio, quem idmodum testatur omnes.) Ergo vntio & Chrismatio cõfirmatoria minus est Christi præceptum, & institutum. Quod autem ait iste christiana confirmationis agnosci à Tertulliano, Iustino, Cypriano, fallitur Bellarminus magis rerum *avisopia*. Nam illi loquuntur de oleo, & vntione, quæ solum in Baptismo, non autem extra Baptismum, adhibebatur baptizatis. Id quod

Bellarminus ipse supra confessus est, & scripsit
unctionem à Tertulliano cum aqua Baptismi
coniungi. Cur igitur seipsum retractat, & veri-
tatem deserens amplectitur mendacium?

Quartum nostrum argumentum est ex Act.
cap. 2. & 10. v. 44. Spiritus sanctus datus est sine
ullo visibili chrismate adhibito: ergo chrisma
non est necessarium ad spiritus sancti dona ac-
cipienda. Respondet iste, illa Spiritus sancti dona
nunc esse data extraordinariè, non ordinariè,
& per viam sacramenti, quod fit in confirmatio-
ne. Respondeo isti: Ergo ubique & ipse, & sui
male comparant & confirmant suam confirma-
tionem ex illis locis, & donis, quæ in die Pente-
costes, à Christo, & postea à Petro data sunt, quæ
hæc extraordinaria fuerint, hoc ipso teste: illa
quæ in confirmatione conferuntur, sint ordina-
ria. Ordinarium autem ex extraordinario colligi
non potest absque fallacia A Dicto secundum
quid, & Ignorantiam Elenchi. Deinde falsum est
nullum tunc à Petro sacramentum fuisse admi-
nistratum. Adhibuit enim Baptismum Petrus Act.
10. v. 47. 48.

Quantum nostrum argumentum est ex Actor.
8. v. 18. 19. v. 4. 5. ubi data sunt Spirit. sancti dona,
nullo chrismate visibili ab Apostolis dato bap-
tizatis: Ergo Chrismata hoc non requiruntur ad
conferenda Spiritus sancti dona.

Respondet bellarminus hic variè, & perple-
xè, suo more, quum se non potest expedire. Ait
igitur non improbabiler dici Apostolos non
esse usos chrismate, sed sola manuum impositio-
ne ad eadem Spiritus sancti dona conferenda,
quæ

quæ in confirmatione dantur. Hoc postea factus, suo iudicio, sapientior, reprehedit Bellarminus. At enim Apostolos semper in dando Spiritu sancto vfos esse & manus impositione & oleo visibili. Id quod quam sit falsissimum, tamen iste verissimum esse vult. Primum quia Patres modò chrismatis, modò manus impositionis meminerint, vbi dona Spiritus ab Apostolis data tradût. Respondet o factum hoc esse. Nâ fidelissimus totius istius historiæ scriptor D. Lucas nusquam mentionem facit olei ab Apostolis adhibiti. Ergo diuinat Bellarminus. Præterea Patres illi veteres etsi sæpe vñctionis meminerunt, & manus impositionis, de isto tamen confirmationis sacramento nusquam loquuntur: sed de ea duntaxat vñctione, & manus impositione, quæ fiebat in reconciliatione aut Baptismo, non extra Baptisum, vt iste perversè putat. Sic Tertullianus, Cyprianus, Damasus, Arclatense Concilium intelligi debent: neque hi loci quicquam Pontificiam istam confirmationem iuvant aut confirmant.

Quod impossibile putat iste, Patres recentiores citasse malè & incòmodè locum ex cap. 8 Actorum ad suæ confirmationis sacramentum à se confectum probandum, fallitur toto cælo Bellarminus. Nec enim hoc caput duntaxat, sed & cap. 2. & 19. & alios. S. Scripturæ locos ad hoc suum commentum tuendum pessimè proferût, & falsissimè.

Quod iste vult Lucam per compendium sermonis per solam Manus impositionem completi quoque Chrisma, vti sæpe idem scriptor vti-

tur breuiloquentia, est falsum. Respondeo igitur: Breuiloquus est Lucas, vbi ex vno commemorato facilè aliud intelligi potest, velut quum ait Apostolos in nomè Christi baptizasse, facilè colligitur, quum illi filij meminissent locutos de Patre, à quo ille Filius est, & de Spiritu sancto per quem Filij dona nobis applicantur. At quum res de quibus agit Lucas, sunt diuulsæ, imò à Deo non præceptæ, velut Christoma istud, fait necesse illud commemorari. Alioqui subintelligi nullo modo potest. Sed quorsum tot *ἁποστόλων* & quærit Bellarminus, vel vnicum S. Scripturæ locum proferat, vbi suum Chrisma fuerit à Christo pro signo Sacramenti Euāgelici institutū, & in hac tota causā vicerit.

Præuidet suæ sententiæ absurditatem Bellarminus, & eam à suis quoque refutari. Nam cap. *Cum venisset* extra de *Sacra Vnctione*, & Florent. Concilio in *Instruct.* Armeniorum dicitur confirmatio substituta Manus impositionis ab Apostolis facta, non autem vlli Chrismationi ab iisdem additæ. Sed respondet iste, variè, suo more, & perplexè: in summa vult, Separari illic & in locis obiectis personas à personis, Apostolos ab Episcopis, & nomè à nomiae, Manus impositionem à confirmatione. Has tamen personas idem conferre, & idem esse, Manus impositionem, & confirmationem. Respondeo: Seipsum euerit iste. Nam si idem conferunt hæ personæ, & idem est confirmatio & Manus impositio, cur distinguuntur, imò separantur? Quorsum enim atinebat separari ea, quæ eadè esse probantur? Sunt ineptiæ, & ægri planè hominis somnia, nempe Bellarmi-

larmini. Quàm verò illud est & absurdum & falsum, Apostolos confirmationis Sacramentum & probasse, & dedisse: & eosdem Apostolos veros fuisse Apostolos, quod negat Paulus Ephel. 4, Pastores.

Sextum nostrum argumentum est. Tertullianus in libr. de Baptismo, Cyprianus in libr. de Ablutione Pedum, aiunt istam Vnctionem esse sumtam ex Veteri Testamento: non autem à Christo sub Euangelio institutam: Basilius negat vllum verbum Dei scriptum de ea extare lib. de Spiritu sancto cap. 27. Respondet Bellarminus, postquam se plurimum torfit & versauit in omnes partes: nullum esse locum in tota S. Scriptura, vbi hoc suum confirmationis Sacramentum sit institutum col. 346. L.B. §. *Respondeo*. Respondeo: Ergo nobis palmam & victoriam tradit, & cōcedit Bellarminus, dum fatetur in nulla S. Scripturæ parte suam confirmationem à Deo institutam fuisse.

Septimum nostrum argumentum est: Verum Balsamum iam pridè periit, teste Plinio lib. xii. Naturalis Histor. cap. xxv: Ergo periit Materia confirmationis. Nam Balsamum adulteratum, inquit idem Plinius, est fœtidissimum. Respondet Bellarminus ex cap. *Pastoralis* extra de *Sacramentis non uerandis* confirmationem in solo oleo, & non mixto cum balsamo administrari posse, neque balsamum necessariò requiri. Sic Caietanus in 3. parte quæst. 72. Artic. 2. Alij contra, Absque balsamo irritam esse volunt totam confirmationem lib. 4. Dist. 7. Respondeo Bellarmino: Primum sibi ipse contradicit. Nam hæc

solutio euerit secundam ipsius thesin capituli octaui. Deinde conueniant inter se ipsi: postea nos eos confutabimus.

Reliqua, quæ in hoc capite non continentur, sunt proflus friuola. Itaque ne cum insano insaniam (multoties enim iam ad hoc, christianationem præcisè in fronte fieri præceptam, respondimus) ista quæ restant, prætermittimus.

Ad Cap. x.

IN reliquis huius libri capitibus oleum & operam perdit iste. Nam quomodo non entis nulla sint qualitates, cur de forma, de effectis, de ministro huius sui Sacramenti agit Bellarminus, quod nullum est? Præterea nullum nobis Verbi diuini scripti locum profert, ex quo totam sequentem disputationem suam confirmet. Ergo eadem facilitate & æquitate à nobis reicitur, qua citra Dei verbum ab isto assertitur. Nobis enim piis & Christianis, ex solo Dei verbo scripto, non autem ex *επισημη*, sapiendum est in fidei Christianæ dogmate, & negotio. Tamen quid in singulis capitibus istis afferat Bellarminus, perpendamus.

Forma huius sacramenti, inquit, est hæc: *Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti.* Hæc est nota confirmationis Pontificiæ cantilena, seu carmen, quo se homines magi è cælo ipso Spiritum sanctum elicere, non solum Solem, & Lunam euocare re ipsa, & actu putant. Homines miserissimi Deum verum (qualis est Spiritus sanctus) nullis vocibus & carminibus cogi, elicique ignorant. Adest quidem virtute sua suis promissionibus

bus, quas in nobis credentibus, implet: sed suas diserte promissiones, non autē nostri animi cōmentā, vel oris figmēta nos sequi, & habere vult. Quum igitur neque hæc verba, neque eorū mēs & sententia teste hoc loco Bellarmino (quantumvis in iis sudet & æstuet) extet in Dei verbo scripto, tota hæc forma inutilis, vana, inepta est: imò etiam in Deum blasphema: quòd & Sacramenti instituendi, & Spiritus sancti dandi ius ac potestatem certis syllabis, certòque carmini vindicat, asserit, & tribuit. Quæ vera magia est.

Concilij Florentini hæreticissimi, Pontificatus Romani libri ineptissimi, & Thomæ Aquinatis in 3. parte quæst. 72, artic. 4, qui nullum S. Scripturæ locum profert, autoritas frustra nobis obicitur. Quis enim hanc Dei autoritati præferat pius? Vult autem Deus, vt solo suo verbo credamus, non animi nostri commentis Deut. 4. & 12. Matth. 15. v. 9. Præterea fatetur hic Bellarminus, hanc ipsam sui Sacramenti formam (quæ tamen est altera ipsius pars essentialis) non eandem extare apud veteres, & apud recentiores. Ex quo apparet eos dissentire in ipsa huius Sacramenti essentia. Denique quid sibi vult ista paronomasia vocum, (*Consigno te signo*) puerilis & affectata, qualis illa Diaboli ad Theophilum, quem Romanam deferēbat:

Signa te signa, temerè me tangis, & angis.

Quid quòd Ambrosius lib. 2. cap. 7. de Sacram. & lib. De iis, qui initiantur Sacramentis cap. 7. Alamarius lib. 1. De officiis ecclesiast. cap. 27. Gerson & Gabriel in Sentent. dist. 7. omnino aliã huius christianitatis formam recensent, ac com-

memorabant, quam iste cum sua conciliare & concordare, sed frustra, nititur. Nec enim potest Isidorus lib. 6. Etymologic. cap. ult. vbi de ista eucharistatione agit, nullam esse docet eiusmodi verborum formam: nec ante eum Innocentius primus epist. 1. cap. 3. nec post utronque Magister Sententiarum lib. 4. dist. 7. cap. 1. Ex quo apparet, istorum Confirmationem cum Veterum confirmatione nequaquam cōuenire, in forma præsertim, quæ est essentialis.

Quod autem iste Caluino locum quærenti respondet, non esse quærendam huius Sacramenti formam, & significationem in Dei verbo, sed in Patribus, frustra respondetur. Primum, quoniam à nullo, quam à solo Deo, pendet forma & significatio seu promissio facta gratiarum Dei spiritualium. Deinde, quia, teste hoc ipso Bellarmino col. 348 L. B. §. *Apud*, huius Sacramenti forma nõ est certa etiam apud Patres ipsos, præsertim Veteres. Ergo nullius momenti est ista Bellarmini solutio.

Deinde rectè idem Caluinus lib. 4. Instit. cap. 19. §. 7. quærit, quâ conscientiam Pontificij oleum à se confectum & excogitatum *oleum salutis* appellent? quum salus nostra sit à Deo, tanquã autote: à solo Christo, tanquam à nostræ salutis materia? Respondet Bellarminus, quum oleum illud sit instrumentum, quo Christus in nos confert salutes suas gratias, tam bono iure vocari *Oleum salutis*, quam Aqua Baptismi, & Panis S. Cænz vocatur Aqua & Panis salutis, nempe sacramentaliter. Sic 2. Reg. 13. v. 17. *sagitta salutis* dicitur. Sic verbum *salutis* Actor. 13. v. 26.

Respondeo Bellarmino, Planè dissimilis est ista comparatio. Nam & Aqua Baptismi, & Panis S. Cœna, & sagitta illa, & Verbum illud dicitur salutis, quoniam expressio Dei verbo scripto & prolato ista salutem, & liberationem à Deo promissam obfignarunt. Verùm hoc oleum nequaquam pacem à Deo promissionem habet. Ergo salutis oleum dici eadem ratione non potest hoc oleum.

Quod autem Bellarminus Kemnitio respondet, est eludere argumentum, non respondere. Ait Kemnitius, Nec vetusti Patres, nec Canones, nec Rituales libri Pontificij habent hanc, quam Bellarminus affert, Confirmationis formam: sed alij nullam, alij diuersam: ergo isti inter se, vel à Patribus dissentiant. Respondet Bellarminus: Et si Patres à se & suis differant verbis: tamen re inter se conuenire omnes. Respondeo: Ex Pontificiorum legibus forma cuiusque Sacramenti in ipsis verbis, & verborum syllabis præcisè posita est. Nam, vel teste hic Bellarmino, qui præscriptis verbis in Sacramentis administrandis non vtuntur, grauitèr peccant. Ergo aut Patres nullam Confirmationem habuerunt, quod est verissimum: aut non eam, quam Pontificij habent & retinent, quia verbis inter se discrepant.

Ad Cap. xi.

DE effectis istius Confirmationis nihil erat quærendum, quum nulla sint: tamen quoniam & de his iste quoque disputat, & nos agamus.

Primum istius conficti Sacramenti effectum, ait iste, est, quòd maiorem Dei gratiam salutarè

seu gratos nos facientem in nos confert, quàm Christi Baptismus. Respondeo: Impium hoc est. Nam tantum detrahit hoc dogma Christi Baptismo, quantum tribuit Pontificis Sacramento. Deinde hoc falsum est. Quum enim per Baptismum Christum induamus, Galat. 3. v. 27, & eius mortis & resurrectionis participes fiamus Rom. 6. v. 3. 4. 5: quid nobis confirmatio plus addere potest?

Alterum confirmationis effectum est, Quòd characterem confirmatis ita confirmatio imprimat, sicut Baptismus baptizatis, hic ut in Christi familiam ille, ut in Christi militiam adscribamur. Respondeo: Hoc effectum posterius oppugnat prius. Nam si confirmatio imitatur solum Baptismum, ut hic iste vult, non plus, quàm ille, conferte potest, nec est excellentior Baptismo, contra quàm superius effectum contendebat. Præterea falsum est, Nos semel duntaxat confirmari posse. Ergo falsum, ex istorum sententia, in confirmatione nos characterem accipere. Quotidie enim fides nostra augetur, & augeri potest 2. Cor. 10. v. 15. quotidie proficimus Philipp. 3. v. 14: ergo quotidie confirmamur à Dei spiritu: ac proinde quotidie huius Dei beneficij signum accipere possumus, id est, confirmationem. Sic & Eucharistiam quotidie, saltem sæpius in vita sumimus, quoniam nostræ in fide Christi confirmationis, & augmenti signum est, & Sacramentum.

Quod ille affert ex Hebræorum cap. 6. v. 4, ut probet suam confirmationem iterari non posse, prorsus est *ἀπρόσδοκον* Gr. Agitur enim illic de pec-

peccato in Spiritum sanctum: iste transfert & contorquet ad suam confirmationem. Ineptissime & imperitissime.

Quod Toletani concilij 8. cap. 7. citat, & can. *De his*, & can. *De homine*, consecrat. dist. 5, vt idem confirmet, ineptè facit. Nam ista hominum auctoritate vtitur, & ad eam confugit iste, quia verbo Dei scripto destituitur, sine quo tamen nullum fidei dogma (quale hoc iste putat) constituendum est. Sed nec illi canones verbo Dei sua decreta confirmant. Ergo fallacia est A nõ caussa pro caussa.

Idè ad cæteros, quos hîc iste allegat, scriptores respondeo: velut ad nothi Cypriani libr. de *Ablutione pedum*, Rabanum lib. 1. de *Institut. Clericor.* cap. 30. Amalarium lib. 1. cap. 27. de *Officiis ecclæs.* Pro bent ex Dei verbo quod affirmant, vt ipsis fides habeatur. Augustini locus ex lib. 2. cap. 104. contra Petilian. agit non de Vnctione quæ fit extra Baptismum, vel in Pontificia confirmatione, sed in Baptismo. Quare vel inutiliter, vel falsò ista pro sua opinione de non iteranda Christianorum confirmatione citat, & profert Belarminus.

Ad Cap. XII.

Ministram huius sui Sacramenti confinxerunt Pontificij esse solùm Episcopum, non alium vllum ad quem etiam pertineat ex suo officio verbum Dei prædicare. Cur id verò? Nimirum, vt suum commentum & Sacramentum præferrent Christi Domini sacramento, nempe Baptismo, qui per Presbyterium ordinariè conferri potest.

Respondeo, Primùm hæc ipsa Bellarmini sententia negatur à suis: quorum alij volunt, velut Armathanus, Presbyterum & Episcopum æquè posse hoc Sacramentum conferre: Alij saltem ex dispensatione sibi facta ab Episcopo vel Papa, Presbyterum confirmationem conferre & dare posse. Gregorius I. li. 3. epist. 26. Ambrosius in epist. ad Ephes. cap. 4. can. *Peruenit.* dist. 95. Thomas in 3. part. quæst. 72. artic. 11. *ad primum*, Bonaventura, & alij. Cur igitur iste nostros errare in eo ipso putat, quod sui verum esse asserunt: Deinde ista Bellarmini & Tridentinæ Synodi sententia diuellit ea, quæ Christus coniunxit, nempe verbi diuini prædicationem, & Sacramentorum administrationem. Matth. 28. v. 19. 19. *ver. 6.* 1. Corinth. 4. v. 1: quod fieri neque debet, neque potest.

Suum tamen errorem alio errore confirmare conatur Bellarminus, nimirum ex Act. 8. Missi sunt Apostoli, qui Samaritanis, inquit, iam baptizatis dona Dei extraordinaria darent: ergo ad solos Episcopos pertinet conferre confirmationem ordinariam. Respondeo: In hoc argumèto multiplex est fallacia. Primùm A non consequente. Nec enim sequitur, vt siquid fuerit reseruatò olim Apostolis, illud quoque sit tribuendum Episcopis. Multa enim singularia à Christo privilegia habuerunt Apostoli, quale istud, Per manus impositionem dare dona Spiritus sancti, quæ non habet Episcopi. Deinde est fallacia Abignoratione Elenchi. Nam confundit extraordinaria illa Spiritus sancti dona cum Ordinariis confirmationis donis, quasi dentur ab iisdem vtraque.

Tercia

Tertia fallacia est A non causa. Nam causa, cui hoc donum suis Apostolis reservavit Christus, fuit, ut eos cæteris præferret, quos XII. elegerat ex omnibus suis discipulis, Iohan. 6. v. 70: non autem quid Episcopis concederetur, ostenderet.

Quod autem homo iste & contra Paulum, Ephel. 4. v. 11, & Christum ipsam Ioan. 6. v. 70. nititur Apostolos ex suo gradu deicere, & eos in Episcoporum Pontificiorum & Presbyterorum ordinem cogere, impium se probat. Sed & sibi ipsi contrarium, qui etiam Apostolos ubique solent Episcopos fuisse scribat, quum Apostoli autem & Episcopos separat. Episcopi certis locis adscripti sint. Denique ineptus est, qui & Christianos omnes, & Sacerdotes seu Presbyteros quosvis Apostolis successisse hoc loco cõrõdit col. 353 L. A.

Secunda Bellarmini ratio sumitur ex traditione Ecclesiastica, quæ solos Episcopos huius Sacramenti Ministros esse vult. Respondeo: falsum est, sic habere traditionem ecclesiasticam. Nam supra ostendimus Ambrosium in epist. ad Ephes. Gregorium Magnum in can. *Peruenit*, dist. 95. cap. 1. ext. de *Sacramentis non iterandis*, tradere æquè ad Presbyteros pertinere, atque ad Episcopos, conferre hoc Sacramentum. Hoc ipsum quoque fatetur Bellarminus hoc cap. col. 351. L. D.

Tertia ratio Bellarmini est à futilissima ac falsissima hac ratione ex Thoma in 3. parte quaest. 2. art. 11. transcrip̃ta: nẽpe cõfirmatio est perfectior Baptismi: ergo à perfectiore Ministro, quam Baptismus, conferri debet: ac proinde ab Episcopo. Respondeo: Hæc ratio est fallacia duplex: vna A non consequente. Debet

confirmatio dari à perfectiore Ministro, quàm Baptismus: ergo ab Episcopo, eoque solo administrari debet. Potest enim à Papa, quàm Papa, conferri: potest à Primate, quàm Primas: ab Archiepiscopo: qui omnes sunt digniores Baptismi Ministro, nempe Presbytero. Ergo pessimè colligitur eam ab Episcopo, & quidem solo, dari posse. Altera fallacia est à non caussa. Nam fallum est confirmationem esse perfectionem Baptismi, & plus nobis conferte, quàm Baptismus conferat. Baptismus enim nos & in familiam, & in militiam Christi adscribit 2. Tim. 2. v. 3.

Nostri autem argumentis etiam respondere conatur Bellarminus. Sed conatur tantum, non respondet. Primum est: Si à solo Episcopo confirmatio dari potest, ergo istius Sacramenti vis sentite est hæreticum ac Donatistam esse.

Respondet iste. Error Donatistarum intelligitur de dignitate Morali, nõ autem Ecclesiastica. Pro ratione enim maioris muneris Ecclesiastici, maior quoque potestas cõpetit alicui, ac proinde maior administratio. Ergo plus licet Episcopo, quàm Presbytero. Respondeo isti, quod impra. Quum sit solius Christi dignitates & administrationes Ecclesiasticas definire: definirit autem, ut quicumque verbum Dei prædicat, possit & debeat Sacramenta administrare, nemo potest has dignitatum Ecclesiasticarum metas conuelleret, mutare, minuere uè ista iura. Ius autem est etiam solis, ex istorum schola, Presbyteris Evangelium prædicare: ergo iisdem ius est omnia sacramenta administrare. Nec hoc quisquam iis adi-

adimere potest, quod ipsis Christus concessit, deditve. Aut iis igitur verbi prædicationem adimant, in quo secum pugnabāt: aut Sacramentorum administrationem relinquunt. Alioquin à Christo dissentient.

Secundum argumentum nostrum est: Presbyteri ex istorum concessione S. Cœnam administrare possunt: ergo & cõfirmationem. Respondet iste: Presbyteri similes sunt Apostolis quod ad S. Cœnam: sed non quod ad alia multa, velut quod ad remittenda peccata Iohan. 20. Respondet ista: Imò quicumque quales istorum Presbyteri Christi doctrinam in Ecclesia legitimè prædicare possunt, iidem possunt peccata remittere, & Sacramenta conferre: Iohan. 20. v. 23. I. Corinth. 4. v. 1. Ergo falsa est solutio, & effugiū Bellarmini.

Tertium argumentum est ex I. Timot. 4. v. 14. Timotheus, qui non erat Episcopus, & Ananias Actor. 9. acceperunt, dederuntque manus impositionem: ergo & ea dona, quæ confert confirmationem: nec tamè fuerunt Episcopi: ergo alij, quàm Episcopi, confirmationem dare possunt. Respondet Bellarminus: Manus impositio, de qua agitur in his locis, non erat confirmatoria, sed solam Ordinatoria ad dignitatem aliquam Ecclesiasticam: ergo hæc ratio non valet.

Respondeo Bellarmino: Valet hæc ratio, quoniam ipsamet supra ubique ab ea manus impositione argutatus est ad suam confirmationem. Ergo hac vna sua responsione iam superiora omnia sua argumenta conuellit. Præterea falsum est, Paulum fuisse institutum ab Anania Aposto-

lum Galat. 1. v. 1. 2. Denique negatoriū est, quod scribit iste, Paulum post suum Baptismum accepisse confirmationem immediatē ab ipso Deo, item & ceteros Apostolos. Nihil enim est in diuinis fingendum, & præsupponendum.

Quartum argumētum nostrum est: Si iure diuino pertinet ad solos Episcopos confirmare chrismate, non potuit Gregorius primus de eo dispensare & Presbyteris idem concedere. Ac concessit lib. 3. epist. 26. ergo iure diuino ista potestas non competit Episcopis solis. Respondet iste, Posse quo iure diuino sunt constituta, mutari ab hominibus ex causa extraordinaria. Respondeo isti, Hoc falsum esse: Statuta enim diuina nullo pacto immutari possunt aut debent ab hominibus. Nec valet in istius distinctio inter characterem Presbyteralem & Episcopalem, ubi qui Presbyter est, etiam prædicat. Est enim idem ordo, Tit. 1. v. 5. 1. Timoth. 5. v. 17. Hieronymus in epistolam Pauli ad Titum cap. 1. & in epistola ad Euagrium can. *legimus* dist. 93. Ergo ratione ordinis & characteris, quod potest Episcopus, potest & Presbyter, qui laborat in sermone & doctrina: nec imperfectior est alter altero, quem admodum iste falsò scribit. Ergo verè & sensu Presbyteri concionantis nimirum & Episcopi eosdem esse & fuisse inquit. Si qua verò est differentia, in eo tota est, quòd qui multis Presbyteris in cœtu & grege, politice tantum ratione præerat, peculiari nomine dictus est Episcopus, idque non iure diuino fuit constitutum.

Quintum & Sextum argumentum nostrum ducit

uellit iste: tamen idem est. Nempe, Quodam rati-
 cō priuilegio absque Dei verbo, aut lege con-
 cessum esse Episcopis, ut manus baptizatis im-
 ponerent: ergo nullo S. Scripturæ loco nisi Epi-
 scopi hoc ius sibi usurpant. Hieronymus uobis-
 cam sentit contra Luciferianos.

Respondet nugas Bellarminus: à se ipso enim
 dissentit in suis solutionibus, & Hieronymum
 inuoluet, & locū ex Actor. cap. 8. quem admo-
 dum sapius iam ostendimus, falsificat & adul-
 terat. Denique nihil certi hic respondet, in quo
 pedem figere possim, & illius sententiam agno-
 scere.

Septimum argumentum nostrum est: In Ger-
 mania, in Gallia, & alibi soli Episcopi portatiui,
 qui sunt mera larua Episcoporum, conferunt
 confirmationem: Ergo falsa est Sententiariorum
 sententia. Responder iste: Episcopi portatiui ha-
 bent ordinationē: ergo sunt veri Episcopi. Re-
 spondeo: Pastor seu Episcopus & Ecclesia seu
 Grex sunt correlata: ergo unū absque altero esse
 non potest. Est enim hæc Correlatorum lex, Ut
 uno sublato, tollatur quoque alterum. At istorū
 Episcoporum & Pastorum Ecclesiæ & Gregis
 nulli sunt omnino: ergo nec ipsi sunt vllō pacto
 Pastores & Episcopi. Sed Papa ad ostentationē
 & auaritiam istas Episcoporum laruas inter Pō-
 stificios retinet. Quod est nefariū & ridiculum.

Ad Cap. xiiii.

Q uod ad ritus, qui tum in Chrismate & o-
 leo confirmationis, tum in ipsa confirma-
 tione conferenda adhibentur, sunt omnes blas-
 phemi, vani, & inuiles. Blasphemi, quoniam &
 H. H. j.

precibus, & signo crucis abutuntur ad Magicam
olei istius incantationem, vt hoc pacto virtus
conferendi dona Spiritus sancti inharere isti
pinguedini, vel vt causæ primariæ, vel vt causæ
instrumentali, censeatur. Nam & Magi inuocant
Deū Abrahami, Isaaci, Iacobi, & locis ex S. Scri-
ptura sumpris vtuntur: sunt inepti, & fœtidi. Nā
quid fœdus, quàm putidus ille Episcopi, sacer-
dotis Pontificij anhelitus aliquoties repetitus in
ampullam olei plenam? Quid vanius & magis
ridiculum est, quàm Chritma mutum ab Epi-
scopo & Presbyteris salutari his verbis: Aue fan-
ctum Chritma? Chritma inanimatū ἀλογον, blas-
phemum adorare etiā de geniculis, quod isti
faciunt. Sunt proflus inutiles hi ritus, quod mil-
lam Dei promissionem habeant omnino in Dei
verbo. Sed & alapa infligitur ab Episcopo suo
confirmato: & per dies 7. caput iste confirmatus
abluere non potest, vt sordes sordibus aggrega-
tur: & iterum Susceptores, & alij, sicut in Bap-
tismo, adhibentur, vt repeti intelligatur Baptilatus
can. *Si quis* & can. *De his* 30. quaest. 1. & quaest. 4.
can. *Si quis ex vno*. His igitur nugis, & theatricis
huius Cōfirmationis orgia, velut in sacris Eleu-
sinæ Ceteris arcana, & Bacchi Mysteriis, ex qui-
bus virtus sanctificandi (si credimus istorum sa-
bulis Pontificiorum) profluit, & promanet. Et
hæc quidem contra blasphemam istam Pontifi-
ciorum Cōfirmationem hæcenus.

DE SACRAMENTO

E VCHARISTIÆ

Liber primus.

Ad Cap. 1.



Verrissima est illa Solomonis Regis
 sapientissimi sententia Prouerb.
 27. *Grane est saxum, & onerosa arena:
 sed ira stulti utroque granior est.*
 Nam quum indignatio & furor
 animi hominis nec rationi, nec legi pareat vlli,
 frenari, cohiberi, & coerceri nullo pacto potest.
 Vno verè tunc homini illud stulto euenit, quod
 est eodem capite 27. *Etiamsi contunderes stultum
 in mortario cum mole pistulo, non recederet tamè ab
 & stultitia ipsius.* Id quod cum in toto hoc secun-
 do Controuersiarum Bellarmini Tomo cerni-
 tur, tum verò maxime in hac de Eucharistia seu
 sacra Domini Cæna, disputatione apparet. Hic
 enim Bellarminus se intusum veritatis hostem
 (si quo alio vilo in argumento) prodit: animatum
 in nos orthodoxos: amentem prorsus & stultum,
 utpote iniuriam in totam rectam naturam, quam
 manifestè negat, & peruerit: & in Deum ipsum
 indigniter blasphemum. Nos tamè, Deo optimo
 Maximo bene fauente, hominem istum, quan-
 tumuis insanientem & sese furiosè iactantem
 intra diuini verbi sepra, & gyrum rationis reuo-
 cabimus, ac coercēbimus. Meritò ille quidem o-

omnes ingenij sui conatus in suo, suorumque errore de Eucharistia patentissimè tuendo impendit, omnes suas copias in hac pugna collegit, omnem animi sui furorem euomuit, quoniam ex vno hoc loco, & errore (quæ est istorum Transsubstantiatio) quæstus totius fœcis Monachalis, & Presbyteralis est multò vbertius & maximus. Ergo vna hac Transsubstantiationis mercatura sibi adempta, fame omnes pereant, & discredentur, necesse est. Itaque pro ea certant totis viribus, tanquam pro focis & haris, non aris. Verùm quantò isti pertinaciùs pro suo mendacio, ac furiosius certant, tantò nostra, aut potius Veritatis Christi victoria erit illustrior: & certè quidem illud hoc loco verè vsurpare possum, & præfari:

*Ordior arma, quibus cælo se gloria tollit
Christiadium, tu Christe parens, tu seminis auos,
Suggere tela mihi, & validas in prælia vires.*

Portò Bellarminus, suo more, tē à gemino ovo repetit, ne vlla sit tam sacra Theologiæ pars, in qua suæ ambitionis, & viti, teterissimi marcesim sibi non reperiat, quum tamen aedificationi studere Theologum verum oporteat. Itaque partim inauditas de S. Domini Cæna hæreses fugit: partim profus extinctas renouat, & ab infertur reuocat: partim nobis & aliis, pro sua in nos charitate nouas affingit. Quòd si tantopere scire desiderat Bellarminus, qui primi hominū Christi doctrinam audientium in S. Domini Cæna & corporis Christi præsentia errarint, fuerint ij, quorum ipsi Pontificij se sobolem aperte profiterentur, & heresim defendunt, nempe Capernaite, tesse

teste Augustino, ut est in can. *Prima quidem heresit.* consecrat. dist. 2, qui carnem Christi carnaliter, sicut & Pontificij isti, manducari credebant. Atque hi & Simonis Magi, & Menandri, & eorum (quos iste tamen primos esse putat) errores præcesserunt, ut se *avisi* peccasse fateatur Belarminus. Nos autem, quos iste contumeliosè Calvinistas vocat, nihil cum Simonis S. Cœnam negantis discipulis commune habemus, neque cum vllis, qui in eo argumento vel tantillum errant. Veritatem enim à Christo traditam pure sequimur, & amplectimur.

Iconomachos, id est, eos, qui cultum Idolorum & Imaginum à Deo ipso expressè vetitum Exod. 20. & Deut. 5. damnarunt, laudamus in eo, quòd Dei verbum & gloriam sunt secuti. Verè enim dixerunt S. Cœnam esse mortis Christi commemorationem ex Luc. 22. v. 19: ac proinde in ea carnem & sanguinem Christi per signa à Christo instituta repræsentari & credentibus à Dei spiritu dari.

Ceterum quos iste contumeliosè & prorsus Sarricè, id est, impudenter in hac de præsentia carnis Christi in S. Cœna disputatione vocat hereticos, ij fuerunt viri orthodoxissimi: nempe Iohannes Scotus Italus, qui veritatem huius doctrinæ defendens Papiæ non vllis argumentis refutatus est, sed factione Monachorum à suis discipulis graphariis consiliis est sub Carolo Magno.

Successit Scoto Bertramus Presbyter sub Carolo Calvo, vir pius & eruditus qui sui temporis errores de Sacramento S. Cœnæ ex Dei verbo &

Augustino confutavit copiosè.

Bertrami successor fuit ille Berengarius Andegavensis Archidiaconus sub Henrico III. Imperatore, de quo sic honorificè scripsit Fulbertus Episcopus Carnotensis in epitaphio ipsius:

Quem nunc miratur, semper mirabitur orbis:

Ille Berengarius, non moriturus, ubi.

Quòd autem iste ex Lanfranco Monacho, Guimundo, & Algero Berengarij hostibus infestissimis nescio quos errores affingit Berengario, impudens est Bellarminus, qui ex advertariorum scriptis calumniolis & manifestis cavillis Berengarij sententiam & doctrinam, non ex ipsius monumentis, (quorum plerique alij meminerunt) colligit, & confarcinat falsò.

Henricus verum corpus Christi corporali presentia duntaxat in ea, quam Christus ipse cù suis Apostolis celebravit S. Cœna, præsens fuisse verè docuit: in aliis S. Cœnis relativè tantùm fuisse & esse præsens & sacramentaliter. Id quod & Thomas Aquinas quoq; sensit, & scripsit. Quòd si ille Henricus est propterea hæreticus, ergo & Thomas quoque. Verum rectè ille sensit, & Berengario successit.

Huic Henrico successerunt, ait iste, Albigenses sub Friderico secundo, Verùm fallitur. Nam proximè Henrici viri docti & pij doctrinam exceperat Almaricus ante Albigenses, circa annum Domini m. c. x. sub Philippo Imperatore Germano. Sed hunc prætermisit Bellarminus, quoniam ignoravit. Eius tamen meminit Bernardus Lutzenburgensis, & Gaguinus Historicus Francus. Albigenses autem cœperunt postea sub Friderico

derico secundo, circa annum Domini M. CCXX. Flagellatores quos iste Albigenſibus ſubſtituit, nec probamus, nec inter noſtros admittimus. Iſti toti fuerunt Pontificij & operiſtæ, gratiam Dei abolentes, & ſalutem, vt Pontificij, ſuis operibus impiè tribuentes.

Ergo Albigenſibus ſucceſſit Iohannes VVicleſius vir pius, orthodoxus & eruditus, Magnū organū Dei, ex cuius ſchola multi, imò innumera- biles Eccleſiæ Doctores orthodoxi & principes extiterunt. Vixit circa annum Domini M. CCCC. X. ſub Carolo IIII. Imperatore Germano.

Caroloſtadius cum Luthero, qui primū Trāſ- ſubſtantiationis & corporalis præſentiæ carnis Chriſti in S. Cœna conuellebat fundamenta, conſenſit: poſteà diſſenſit ab eodem. Sed fuit etiā Caroloſtadius in ea re obſcurior, nec ſatis S. Scri- pturæ vim & mentem in eo aſſecutus eſt. Ergo VVicleuo ſucceſſit Iohannes Huſſius.

Huſſio ſucceſſit primū Martinus Lutherus, Miraculum mundi, & inſtaurator Euangelij Chriſti, ſed ab ea vera ſententia (quemadmodum initio huius Tomi ſecundi ſuprà demonſtraui) diſceſſit.

Eodem tempore ſanam de S. Domini Cœna ſententiam, & Sacramentalem, non corporalem carnis Chriſti præſentiam defendit, & Huſſio Chriſti Martyri ſucceſſit Huldricus Zuuinglius.

Zuuinglio Iohannes OEcolumpadius ſucceſ- ſit vir pius viro pio, licet eodem tempore boni illi viri concordiffimè vixerint, ille Zuuinglius,

Tiguri: Hic autem OEcōlampadius, Basileæ ad Rhenum.

Iohanni OEcōlampadio felicissimè successit fortissimus Christi Athleta Iohannes Calvinus, quem virum constantissimum, quum iste canis latrator & mordax, licet mortuum, corrodere & carpere non posset, tamen conatus est. In quo homo iste herbam se planè demonstrat. Nam quum scribat Calvinum à Zuvinglio dissentire col. 363. L. C. §. edidit, tamen ibidem faterur Calvinum idem cum Zuvinglio planè sentire. Quante animi intemperie, mi homo, vexant, quis vertiginis spiritus te agitat, vt idem tribus lineis non totis interpositis neget, & affirmes? Deus tibi pro tot tuis in nos conitiis, precor, det mentem saniotem. Audis, mi Bellarmine: Christe, exaudi.

Iohanni Caluino successit facilè sui seculi princeps Theodorus Beza præceptor meus.

Ex quibus omnibus apparet quemadmodum fuerit perpetua sãna de S. Domini Cœna doctrinæ successio, ipsomet Bellarmino teste.

Quoniam verò Caluini, & nostram, aut potius ipsius Dei verbi de Sacra Domini Cœna veritatem & sententiam explicare magno animi æstu & labore conatur Bellarminus: nec tamen eam (quantumuis labore) vel assequi, vel exponere longissimis verbis & thematibus à se confectis potest, en, pie Lector, breuiter, verè, & dilucidè totam explico. Hæc igitur est piorum seu nostra de præsentia carnis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in S. Cœna sententia, nempe Dominum nostrum Iesum Christum in sua sacra Cœna

na duo signa, videlicet panem & vinum instituisse, vt essent nobis verè credentibus nostræ cum vera ipsius carne, & vero essentialique sanguine & realis communicationis *σφραγίδες* ad spiritualem animæ nostræ alimoniam obsignandam & certissima huius Dei promissionis testimonia, I. Corinth. 10. & 11.

Ex quo fit, vt signa moneant *σφραγίδες* & signa, nunquam autem res ipsa signata, nempe vera caro, & verus sanguis Christi, fiant. Nam Panis re ipsa manet, quod ad suam substantiam, Panis: vsu verò, & sine differt à communi Pane propter institutionem ac promissionem Christi. Propter analogiam autem signorum cum re signata, & ipsorum in hac actione sacramentali finem, & vsu, tropicè seu Metonymicè Panis hic Sacramentalis dicitur *Corpus seu Caro Christi*: Vinum hoc sacramentale, *Sanguis Christi*.

Ergo differunt, essentiæ ratione, toto genere signa & Res signata seu caro, & sanguis Christi in S. Cœna: neque simul sunt localis præsentia modo. Nam signa sunt in terris: res signata ex A& cap. 1. est in cœlis.

Rei autem signatæ communicant omnes ij, qui vera fide illam Christi verissimam de suæ carnis esu promissionem amplectuntur: atque ij solum. Signa verò S. Cœnæ & fideles, & infideles sumunt.

Res signata est vera caro, & verus sanguis Christi, que nobis communicantur, id est, animis non essentiarum mixtura, non communione carnali, sed spirituali, quia, & quatenus fide à Spiritu Dei renati Christo homini secundo no-

stro Adamo, eiusque naturæ humanæ, & omnibus virtutibus quæ illi insunt, nobis ad salutem necessariis communicamus: quemadmodum natiuitate carnali primo Adamo, eiusque naturæ humanæ, & omnibus vitiosis illius qualitatibus propter peccatum illi inhaerentibus communicamus. Virtutes autem illæ, quæ in Christi natura humana insunt, ex Iohan. 6, & *Spiritus & Substantia* carnis Christi nominantur, quoniam in eam à diuina illa natura, cui hypostaticè est unita, manant, profluunt, & infunduntur. Nec enim eas qualitates, virtutes, & vires natura etià Christi humana à se habet, sed à diuina natura, cui personaliter est unita: nec est nobis viuifica Christi caro etsi humana, quatenus simpliciter est caro humana: sed quatenus, & quidem sola est unigeniti caro, & illi unita, Iohan. 6.

Atque hæc est nostra de S. Domini Cæna, & præsentia carnis Christi in ea sententiâ. Eâ enim præsentem actu & re ipsa piorum & credentium animis dicimus, quoniam illam re ipsa & actu credentes participant: signis autem ~~re ipsa~~ tantum, relatiuè, sacramentaliter ac significatiuè præsens est eadem caro. Quid hæc sententiâ verius?

Eam tamen circumscribit malignè Bellarminus (quâ est malâ conscientia) idque tripliciter. Primum quod ubique in nostra sententiâ recitanda fidem quam maximè spectamus & prædicamus, omittit sciens. Totum enim veræ præsentia carnis Christi & realis fundamentum in fide, quam quis habet Christi promissioni & verbis, collocamus. Iste fingit nos ex assistentia, & descensu, aut locali ascensu animæ nostræ, aut carnis

carnis Christi ad nos, eam præsentiam cogitare, metiri, fundare. Deinde circumscribit nostram sententiam. Fingit enim nos nobis esse contrarios, & latenter quæ dicimus reuocare, aut corrigere postea, nec tueri. Id quod est falsissimum. Tertio circumscribit, dum tria quædam pronuntiat sua ex nostra sententia colligit falsò. Primum est: Nos non aliter velle Panem esse symbolum, & *μνημόσυλον* carnis Christi in Eucharistia, quam Imago crucifixi picta est memoria eiusdem carnis Christi. Respondeo: Imò toto genere ista signa differunt. Nam Panis S. Cœnæ est symbolum & signum certissimū carnis Christi, utpote à Deo institutum: At Imago Crucifixi est ex genere ipso significandi, (nam multa falsa pingi possunt) incertum signum, & ab hominibus institutum, non à Deo. Panis Eucharistiæ certissimam Dei promissionem habet de usu spiritali carnis Christi, si quis credat: At Imago Crucifixi nullum nisi visus, aut solius delectationis, usum habet: Ergo hoc signum est solùm pictura: illud autem signum est obsignatio, & testificatio præbens.

Secundò colligit falsò Bellarminus ex nostra sententia, Symbola solùm in S. Cœna dari, & offerri fidelibus. Respondeo: Fidelibus & symbola, & res signata verè, actu, certò præbetur à Deo propter promissionem: infidelibus autem qui Dei beneficium sponte respuunt, symbola tantum & signa præbentur ab hominibus.

Tertio, falsò colligit iste: Frustra dari cuiquæ S. Cœnam ex nostra sententia, quia quum credant, iam sumserunt, ex nostra sententia, corpus

Christi, & S. Cœnam. Respondeo: S. Cœna est Sa-
 eramentum ob signans Dei beneficium piis &
 credentibus per & propter Christum datum, &
 collatum. Ex quo fit, vt in S. Cœna pij & fideles
 accipiant suæ cum Christi vera carne commu-
 nionis testimonium: non autem aut solum in S.
 Cœna, aut tunc primum, quum illa datur ipsis,
 carni Christi communicant fideles, quod Ponti-
 ficij putat: quoniam opus propriu Christi tran-
 scribunt, & attribuunt Pani & vino, retentis ele-
 mentis à se Magica quadam metamorphosi dei-
 ficatis, & in gloriam corporis Christi impiè eue-
 ctis, & exaltatis. Ergo pij vtiliter, & sanctè acci-
 piunt testimonium suæ cum Christo coniun-
 ctionis ab ipso met Christo institutum. Sed de
 hoc ipso postea sæpius agendum nobis est, quan-
 do quidem hanc suam in nos calumniam iste sæ-
 pius inculcat, ac repetit.

Ad Cap. 11.

Iam quæ sit Pontificiorum de Eucharistia, &
 præsentia carnis Christi & sanguinis in eadè,
 opinio, explicat ex Tridentini concilij sess. 13.
 cap. 1. Bellarminus. Est autem hæc in summa: Cor-
 pus & sanguinè Christi per verba consecratio-
 nis, imò totam Iesum Christum Dominum no-
 strum, verum Deum, & verum hominem verè,
 realiter, & substantialiter contineri sub specie
 Panis, & Vini in Eucharistia.

Hanc suorum sententiam declarat & confir-
 mar Bellarminus partim falsis porismatibus &
 illationibus: partim regulis de modo locutio-
 num ex nulla Grammatica, Dialectica vel Phy-
 sica

sica defumtis, sed recens excogitatis: imò & iis
 ipsis, teste hoc ipso Bellarmino, dubiis, incertis,
 controuersis & falsis.

Primum igitur r. spondeo generaliter ad the-
 sin seu sententiam concilij Tridentini, deinde
 peculiariter ad illationes & potismata Bellarmi-
 ni, denique ad regulas Nouæ istius & Bellarmi-
 niæ Grammatices.

Quod ad thesin, dogma, & opinionem con-
 cilij Tridentini, illa tripliciter falsa est. Primum,
 quia magicam attractionem & euocationem
 corporis & sanguinis Christi è cælo per sylla-
 barum, ac certorum uerborum præcisam pro-
 nuntiationem, quam *Consecrationem* uocat, in-
 ducit. Secundò, quia contra totius S. Theologie
 dogma, Christum, etiam quæ uerus est Deus, cer-
 to loco, & spacio, còque exiguo, nempe sub spe-
 ciebus Panis & Uini, contineri statuit. Atqui
 Deus Christus est ubique diffusus, nec vno loco
 còcæteri potest. Tertid, quia hæc thesis, canon, &
 sententia non Transubstantiationem, sed Con-
 substantiationem probat. Corpus enim Christi
 uerum cum specie & elemento Panis coniun-
 git, non autem Panem in Christi corpus trans-
 substantiat. Id quod est totam Scholasticam e-
 urtere, & Innocentium III. cap. 1. extra de *Sum-
 ma Trinitate*, & cap. cum *Marthe*, De *Celebratio-
 ne Missarum*, can. *Ego Berengarius*. consecrat. dist.
 2, Thomam, Magistrum Sententiarum damna-
 re, & reos impietatis & hæresis (uipote qui
 solam Transubstantiationem probent) fa-
 cere.

Ex quo fit, ut huius Sess. 13. canon sit impius,

quia magicus: sit ineptus, quia ἀθεολογῶν: sit Pō-
tificiarum ausum offensus, quia receptum il-
lius dogma, & communiter approbatum oppu-
gnat, & est à tota schola dissentiens & discors.

Peculiariter autem ad falsa porismata Bellar-
mini respondeo. Ad primum, ubi ait iste damna-
ri nos orthodoxos (Nam hic Ubiquitari) nihil
ad nos, imò nos ipsi eos planè damnamus) quia
dicimus signa sacræ Cœnæ per fidem ante vltimū
eorum cum re signata esse coniuncta. Respondeo:
falsum hoc nobis affingit iste. Nec enim dicitur
mus signa cū re signata ante Sacræ Cœnæ vltimū
coniungi, sed in S. Cœna duntaxat, sacramentali
vnione propter promissionem Christi. Sed ex
verbis Christi Iohan. 6. affirmamus per fidē ve-
rum Christi corpus & sanguinem quæ sunt res
signatæ in S. Cœna, etiam absque Cœna nobis
credentibus communicari. Itaque duplicē car-
nis Christi communicationem, Nempe merè
Spiritualement, & Sacramentalem, iste confundit:
quas disertè & doctè Antonius Sadeel duobus
libris distinxit.

Secundū porisma falsum est: per verba cōsecre-
tionis exhiberi nobis corpus Christi. Nam pro-
pter promissionem fide à nobis apprehensam da-
tur nobis res à Deo promissa, non propter illa
verba ministri, vel eorum pronuntiationem, &
consecrationem sacerdotis.

Tertium porisma totum Christum, & quā ho-
mo, & quā Deus, esse & contineri vult sub specie
Panis & Vini, falsum hoc omnino est. Species
enim terrene naturam Christi Diuinam conti-
nere & concludere non possunt, etiam si conce-
deren-

derentur posse capere & continere humanam eiusdem Christi naturam. Etsi verò Christi caro non potest esse nobis vivifica, nisi quatenus in ea & per eam in nobis operatur diuina Christi natura, tamen non potest natura diuina Christi sic loco vllò comprehēdi, vt ipsius humana potest. Nec enim ab efficacia naturæ diuinæ ad eiusdem comprehensionem argumentari licet, vt ibi comprehēdatur & coarctetur natura diuina, vbi eadem operatur. Sed nec personam Christi dissoluit, qui vtrique illi naturæ suam essentiam, suasque essentialēs proprietates conseruat. Id quod nos facimus. Est autem Nestorianus Belarminus, qui hoc loco Deum in Christo per conuicinantiam solum inesse scribit, contra Paulum Coloss. 2. v. 9: & Eutychianus quoque est, qui demum post Resurrectionem Christi duas eius naturas dissolui non potuisse, aut posse ait.

Quartum porisma falsum est: Nos velle corpus Christi esse tantum in Sacramento, tanquam in figura, & non verè. Nam & sentimus, & scribimus Carnem & sanguinem Christi verè & realiter esse in sacramento, sed fidelium animis: figuris autem *germō*: tantum, & sacramentaliter ac figuratè sicut & Thomas, & Canonistæ quoque volunt, & loquantur.

Quintum porisma falsum est: Nolle nos corpus Christi verum & reale esse in S. Cœna verè, & realiter. Imò id dicimus, profiteamur, & defendimus. Sed sic ad ista signa ex fide sumentibus, nō autem ipsis figuris, quæ credere non possunt: imò nec hominibus ipsis infidelibus. Christi verò

corpus non esse adorandum nemo nostrum vult
quam scripsit, quia cum Christi diuina natura sit
personaliter hoc corpus unitum. Sic Diadema
regis capiti impositum, salutato rege, salutat.

Sextum porissima falsum est, velle nos fideles
non participare ipsam substantiam carnis veræ,
& veri sanguinis Christi: sed nescio quam virtutem,
& vigorem inde ad nos manantem & profu-
luentem. Contra, damnamus eos qui volunt nos
in S. Cœna minimis communicare fide vere car-
ni Christi: sed eius duntaxat qualitatibus, effi-
cientia, & fructibus mortis Christi. Porro hic est
stolidissimus Bellarminus qui tam aperte & im-
pudenter scribat hac paragrapho, verum colore
in esse in carne Christi, prout est in Sacramento,
qui tamē color non sit visibilis: qualitatē, quan-
titatem, magnitudinem, quæ tamen non sit visibi-
bilis, sensibilis, aut tangibilis. Sic Epicurei, ut ait
Cicero lib. de natura Deorum, dic. bant in Deo
in esse non sanguinem, sed quasi sanguinem: non
colorem, sed quasi colorē. Sic Thomas in 3. part.
quaest. 76. Artic. 5. de corpore Christi idem ait.

Septimum porissima falsum est: quod colligitur
iste ex thesi Concilij sui, videlicet Accidentia quæ
dem Panis & Vini manere, absente eorum substan-
stantia & disflata, non tamen in vlla substantia
in esse & inhaerere: Non in substantia Panis, quia
perit: non in substantia carnis Christi, quia sua
accidentia retinet. Vnde remanet etiam ipsa carnis
nis, inquit iste, Christi substantia in pane, quia
diu duratura fuit Panis substantia, licet destituta
suis accidentibus, quæ sunt ἀζοι λύζου, & agrostorum
rum hominum somnia, & nugæ canora & nigri-
gerri-

gerimæ. Nam accidentis esse est in alio inhære-
re & inesse.

Porro lepidam fabellam nobis de viro grauif-
simo Theodoro Beza nugigerulus iste & scur-
ra narrat de Sacra quadam Cœna, quæ fit in cœ-
lo, quam Bellarminus ex mendacissimo, & im-
pudentissimo Monacho fratre Claudio Xain-
thio, homine Bezae infestissimo, cõgertone suo,
didicit post prandiũ. Sic iste se & suos nugis his
& nanus falsis oblectat, & alit.

Iam verò ex Theologo factus Bellarminus
Grammaticus nouas nobis, omnibûsque erudi-
tis, vitis inauditas loquendi formas, & regulas
Latinitatis cõfingit. Ergo descendit iam Bellar-
minus ab equis ad asinos, id est, à Theologis ad
Grammaticos. Sunt autem hæ recètes regulæ, &
nouæ loquendi modi, Nempe Regula prima: No-
mina substantiua, eodẽ modo de corpore Chri-
sti dicuntur in cœlo, & in terra. Ergo & color, &
pondus, & longitudo, & latitudo competant &
dicantur eodẽ modo de Christi corpore in ter-
ris, & in cœlis, ac proinde quale est in sacramẽto,
etiam tale est in cœlo. Ergo, hoc corpus Christi
verum, in Eucharistia habebit eundem colorem,
eandem magnitudinem, quantitatem, quam re-
tinet in cœlo. Sunt enim istæ voces nomina sub-
stantiua, licet accidentia significant. De nomini-
bus enim substantiuis, nõ de rebus, quæ sunt sub-
stantia, regulam suam concepit iste.

Secunda regula Bellarmini est: Nomina adie-
ctiua, quæ relationem & ordinem ad alia cor-
pora habent, non dicantur de corpore Chri-
sti, quod est in Eucharistia: licet de corpore eo

enuntientur verè, quod est in cœlo: Velut Sensibile, Tangibile, Visibile de vero Christi corpore in terris non dicuntur. Alia nomina adiectiva de corpore Christi, ubicunque sit, verè dicuntur: velut naturale, magnum, coloratum. Respondeo: Aut illa accidentia, quæ per nomina adiectiva significantur, re ipsa in corpore Christi, ubicunque sit, insunt, aut non insunt. Si insunt, eodem modo ubique competunt corpori Christi, & de eo dicuntur. Nam qualis est modus inessendi, talis est modus prædicandi. Quare si reuerà ea insunt in corpore Christi, reuerà quoque de eo enuntiantur. Sin illa non insunt in Christi corpore, ubicunque falso de eo prædicantur. Quod autem ait can. *Nos autem*, consecrat. Dist. 2. carnem & sanguinem Christi esse *res insensibiles*, verum est, quia vtrunque in Pane, & Vino sacramentaliter solum inesse, non re ipsa, vult iste canon.

Tertia regula: Aduerbia, quæ sicutum corporis ponunt. Quarta regula: Verba, quæ præsentiam significant localem, non rectè & verè dicuntur de corpore Christi, quod est in Sacramento, licet eadem hæc verè dicantur de corpore Christi, quod est in cœlo. Ergo non rectè enuntiantur de carne Christi, quæ est in Eucharistia, quòd insit corporaliter in Eucharistia hæc caro Christi, sensibiliter, mobiliter: vel in Eucharistia extendatur, & locum occupet: quæ tamen omnia verè prædicantur de eiusdem Christi carne, quæ est in cœlo. Respondeo: Primum hæc duæ regulæ, quemadmodum & superiores, sunt Petri Principij. Petunt enim id sibi concedi, quod est in controuersia inter nos & Pontificios positum. Ergo

Ergo quot regula, tot sunt fallacia. Deinde aut vera est illa caro Christi, quæ locum occupat, mouetur, visibilis est, tangibilis, &c. aut non est vera caro. Si vera est caro Christi, quæ illa habet, falsa est, quæ illa non habet, id est, quæ neque moueri, neque tangi, neque videri potest. Si vera Christi caro hæc non habet, ergo falso Christus post resurrectionem affirmat hæc omnia suæ carni verè inesse Luc. 24. vers. 39. Iohan. 20. v. 27: nec erit caro Christi verè caro humana, nisi hæc habeat. Nam vera caro humana hæc habet. Sic quocunque se vertat, ineptit, & nos fallit Bellarminus, & seipsum.

Quinta istius regula est: Et si corpus Christi per se in Eucharistia nec tangitur, nec videtur, tamè per accidens & per aliud, nempe ratione Panis, & Vini, quibus coniungitur, potest dici tangi, & videri. Respòdeo: Eucharistiam, quod est sacramentum veritatis, facit Bellarminus sacramentum fallivatis. Est enim & ambigua & falsa prædicatione illius, quæ neque tangi, neque videri per se potest, si dicatur sine additione tangi, & videri. Tunc enim tropicè tantùm & figuratè, non verè & simpliciter tangi & videri dicitur. Atqui tropicos omnes, & figuras loquendi ab hoc Eucharistia sacramento excludunt, & remouent Pontificis. Porò quod Chryostomus, & Cyrillus aiunt Christi carnem in S. Cæna tangi, id de signis, quæ caro Christi sacramentaliter dicuntur, intelligitur, non de ipsa Christi carne, teste Bellarmino col. 371. L. B. in fi. Augustinus carnem veram Christi inquit spiritualiter edi, sed signum visibiliter: ergo vult carnem Christi veram esse inuisibilem,

non visibilem. Confessio Berengarij, quod sensualiter tangatur, & videatur caro Christi, dicitur à Glossa in can. *Ego Berengarius. consecrat. dist. 2.* manifesta hæresis. Ergo iacent prostrata & confutata Bellarmini rationes omnes. Nam impia est eorum sententia, qui scribunt, Panem cum carne Christi in Eucharistia hypostaticè vniri: ergo volunt quæ de Pane dicuntur verè, de vera Christi carne itidem dici, & enuntiarì. Quare falsa quoque est sexta istius regula, propriè de vera Christi carne, & verè dici ea, quæ de Pane & Vino prædicantur. Nam per accidens illa de Christi carne enuntiantur, vt fatentur hoc loco & Afotus, & Bellarminus: ergo illa propriè de Christi carne non dicuntur, si per accidens dicantur. Deinde ista regula statuit vnionem veræ carnis Christi cum Pane & Vino hypostaticam, si his motis caro Christi mouetur, vt moto corpore mouetur anima: quam vnionem refutant Theologi, teste Bellarmino col. 370. L. C. §. *Sed existit:* & ipsemet col. 171. L. A. Denique ista sexta regula est Petitio Principij, & fallacia manifestissima: quæ etiam excipit motum localem, quem Bellarminus agnoscit non posse conuenire in Eucharistia veræ carni Christi: licet Pani & Vino commpetat. Quare seipsum hisce suis regulis & suo gladio iugulat Bellarminus.

Ad Cap. III.

Errorem suum confirmare nititur Bellarminus variis, sed & ineptis, & falsis rationibus, in Pane & vino S. Cœnæ seu Eucharistia.

Prima huius ratio est A figuris, ait, Veteris Testa-

Testamenti, quæ S. Domini Cœnam repræsentant. Sic autem Bellarminus arguit: Figure sunt inferiores, & minùs dignæ, quàm res ab his figurata: Sed figuræ & Vmbra veteris Testamenti sunt figuræ S. Cœnæ Domini, & Eucharistiæ: Ergo sunt ea inferiores, & minùs dignæ. Atqui non erunt, nisi caro vera Christi sit realiter, & substantialiter in Pane Eucharistiæ. Quare vera Christi caro realiter in Pane inest in S. Cœna.

Respondeo Bellarmino: Primum, Maior seu propositio huius syllogismi conceditur. Minor autem negatur, Figuras veteres fuisse vmbas S. Cœnæ. Deinde illatio bellarmini est fallacia A non cõsequente. Nec enim sequitur ex eo, quòd Evangelij Sacramenta debent esse præstantiora figuris legalibus, veram Christi carnem esse realiter in Pane S. Cœnæ.

Sunt enim alij modi, per quos nostra Sacramenta præstant veteribus vmbis, nempe quòd nostra Christum exhibitum repræsentant, illæ figuræ exhibendum: nostra paucis ritibus Dei dona nobis obsignant & facillimis, illæ figuræ & multis & onerosis signis & ceremoniis.

Verùm Minorem sui syllogismi euincere conatur bellarminus his falsissimis argumentis, nimirum typos veteris Testamenti plerosque fuisse vmbas & figuras Sacræ Cœnæ. Hos autem typos, quibus suam assumptionem seu Minorem confirmare studet, facit duplices: Alios enim facit Equales Pani Eucharistiæ, quoniam & ipsi Panes fuerunt, & eadem, qua Panis noster, materia constituunt, qualis est *Panis oblatus* à Melchisedechno, Abrahamo defello ex itinere, & ipsius

copiis Genes. 14. v. 18: quales *Panes Propositionum*,
 de quibus est Exod. 25. v. 30. Numer. 4. v. 7: quales
Panes Primitiarum, Leuit. 23. v. 10. 11: qualis *Panis*
Eliæ datus à Deo, vt in deserto per 40. dies sustentaretur, 1. Reg. 19. v. 5. 7. Hos igitur *Panes* tam
 rios Euangelicæ Cœnæ typos & figuras fuisse
 scribit, quoniam à Patribus non nouquam per
 rhetoricationem cum *Pane S. Cœnæ* comparantur.

Respondeo, Primū in vniuersum, neque hos
Panes & typos veteres, quos *Pani* æquales vocat
 Bellarminus, neq; illos, quos *S. Cœnæ Pane* præ-
 stantiores facit, de quibus postea, fuisse typos ti-
 gnorum *S. Cœnæ*: sed Christi ipsius. Longè autē
 differunt representare Christum, vel representare
 tare signa *S. Cœnæ*. Christum igitur illi typi Veteres
 representarunt, & ipsius in Ecclesiam beneficia
 1. Cor. 10. v. 2. 3. 4. Hebr. 9. & 10: quia finis
 legis, & legalium omnium vibrata fuit Christi
 ipse, non autem *Panis* & *Vinum S. Cœnæ*,
 teste Paulo Rom. 10. v. 4. Coloss. 2. v. 17. Hebr. 9. v. 10.
 9. 10. 11. 10. v. 1. Peculiariter autem ad dicta Patrum
 omnia respondeo: Fuisse huiusmodi typos veterum
 terum, cum signis, id est, *Pane* & *Vino, S. Cœnæ*,
 comparatione rhetoricationis, quibus scaturis
 Patrum scripta, vt nos finem & virtutem omnium
 veterum ceremoniarum in vno Domino nostro
 Iesu Christo esse consecutos docerent: non autē
 vt eos typos figuras ipsius *Aquæ*, *Panis*, & *Vini*
 nostri, id est, Sacramentalis esse vellent, quoniam
 ipsi Patres typos eos Veteres ad Christum, & Christi
 beneficia referrent. Denique hæc sunt verissima
 mæ istorum quatuor veterum Panum, quos hic
 comme-

commemoratur, significationes. Nam S. Scriptura refert hos Panes, quos recenset hoc loco Bellarminus, ad S. Domini Cœnæ signa Panis Melchisedech, Abrahamo, eiusque exercitui oblati significat summam animi charitatem, & liberalitatem seu munificentiam, quam rex ille pius erga populum Abrahamum, Dei seruum, exercuit. Simile prorsus exemplum est Regis Israelitarum Phaceæ filij Romeliæ 2. Cor. 28. v. 15.

Panes Propositionum, & primitiarum ostendebant verum Deum esse tum annui, tum quotidiani victus nostri autorem, sicut dicimus in oratione Dominica, *Pane n. nostrum quotidianum da nobis hodie* Matth. 6. v. 11.

Panis ab Angelo datus Eliæ, monstrat Deum nos posse alere quocumque modo vult, vt est Deuter. 8. v. 3. & quocumque Pane.

Aliud typorum genus (quos ad S. Cœnæ signa refert) constituit Bellarminus eos typos, quos vocat Præstantiores Pane, qualis est *Agnus Paschalis* Exod. 12. qualis est *Sanguis Testamenti* Exod. 24. v. 8. quale denique *Manna*, quod populo pluit per 40. totos annos Exod. 16. v. 14. 15. 16. Quos tres typos S. Cœnæ signa, videlicet Panem & vinum Eucharistiæ, figurasse, ac representasse vult, sentit, scribit.

Respondet quemadmodum & prius: Ista tria nequaquam representasse signa S. Cœnæ, quæ iste confert cum signo Sacramenti Veteris, qui fuit Agnus, sed Christum ipsum, & illius beneficia figurant. Itaque tota hæc argumentatio est fallacia tam a Petitione Principij, quia sumit pro vero & concessio, quod & falsum est, & per-

negamus, Typos veteres signasse signa S. Cœnæ
 tum Ab Ignoracione Elenchi, quoniam transferre
 ad signa S. Cœnæ eandem præstantiam, quam in
 nostris & Euangelicis sacramentis querendam
 esse & ipsi confitemur: sed in ipsa re, seu Christo
 nobis exhibitio, aut solùm promissio nō in signis.
 Ergo magna fraus est ista, & robusta, quod de
 modo significationis rei dicunt, & ad eē ipsam
 signatam pertinet, transferre ad signa: item dis-
 crimen nostrorum Sacramentorum & veterum
 constituere in ipsis signis, non in modo repræ-
 sentandæ rei. Quod ad hæc duo, quæ com-
 morat iste, facile concedimus, cum S. Cœna cō-
 venire, quia sic docet S. Scriptura: Nimirū *Agnus
 Paschalē* 1. Cor. 5. v. 7. *Manna* 1. Cor. 10. v. 3. Quod
 ad sanguinem Testamenti, de quo est Exod. 24.
 v. 8. Apost. ad Hebr. cap. 9. v. 19. 20. nequaquam
 enim refert ad S. Domini Cœnam, sed ad ipsam
 Christi mortem, quæ omnia Deo reconciliauit
 & purgavit, ut est Coloss. 1. v. 20. Quæ interpretati-
 o cōfirmatur Zach. 9. v. 11. Itaq; Patrum scrip-
 ta & interpretationes de Agno Paschali, & man-
 na, & collationes cū S. Cœna admittimus, quæ
 tenus & quia cum Dei verbo scripto consentiunt:
 quæ verò eorum interpretationes à Dei verbo
 dissentiant eas rejicimus, & meras Rhetorica-
 tiones esse interpretamur & credimus.

Cæterum quod signum Sacramenti Paschalis
 Veteris ait bellarminus esse præstantius & signi-
 ficantius Pane Sacramentali S. Cœnæ, quia in
 Paschali illo, Agnus seu caro Agni melius & car-
 nem Christi, & innocentiam & alimoniam ab ea
 profluentem repræsentat, quam Panis, fallit
 homo

homo iste. Nam in sacramento non rerum externa species & similitudo conferenda est, (velut caro Agni, cū carne Christi) sed finis, & scopus actionis illius, & institutionis à D. o factæ, spectandus. Ergo quia Panis luculentius & maius est alimentum nostrum, ac magis necessarium, quàm caro (Nam sine carnis esu, multi viuunt: sine Panis esu, nulli: contraquàm tamē falsò scribit, & censet hic Bellarminus) idcirco Panis à Christo institutus in S. Cœnâ est luculentius nostræ spiritualis alimonix signum, quàm Agnus, aut Agni caro: ac proinde nostrum hoc signum, nempe Panis, est in hoc genere signorum præstantius, quàm caro Agni.

Quod ad sanguinem, de quo Moses Exod. 24. negamus eum ad S. Cœnam pertinere, & multò magis Christum in S. Cœnâ sanguinem in pectora suorum discipulorū aspersisse & diffusisse: quod tamen, vt suam interpretationē defendat, impudenter fingit Bellarminus. Sed quid non audeat impudēs Suita & Monachus. Itaque nugas agit Bellarminus. At excipit: Dixit Christus de Vino Matth. 26. v. 28. *Hic est sanguis Noui Testamenti*, quod in S. Cœnâ sumebat. Ergo sanguis Veteris Testamenti representabat Vinum S. Cœnæ. Respondeo isti, Verba Christi ostendunt quid instituat, nimirum Nouum fœdus: nō quid cogitet & somniet Bellarmin. Ergo Vinū S. Cœnæ representat ex verbis Christi sanguinē ipsius verum, in quo nobis Nouū fœdus sanxit Christus, nō illud prius & vetus. Nā illud abolet. De Manna, quòd illud Christi carnem representarit, quatenus est spiritualis animæ cibus,

fatentur. Id enim docet S. Scriptura Iohan. 6. v. 31
 32, 33, interprete Paulo I. Corinth. 10. ver. 3. Manna
 verò fuisse Patribus signum spiritualis illius alimen-
 tionis præstantius & luculentius, quàm sit Panis
 in S. Domini Cœna, falsissimum est. Nam hic
 veram nutritionem meliùs obsignat, quàm Man-
 na, qui erat & levis cibus & dietarius, & citò per-
 trescens, Exod. 16. Nec est spectandum, quod hic
 iste facit, videlicet quòd Manna è cœlo pluebatur
 Panis S. Cœnæ pinfitur à Pistoribus in terris. Nec
 enim hæc extranea meliùs nostram alimoniam
 obsignant, quàm ipsa Panis terreni in S. Cœna
 substantia.

Ad Cap. 1 v.

Quoniam totum rationum, quas ex Dei
 bo pro sua Transsubstantiatione iacit, fun-
 damentum innititur falsæ isti comparationi. Ver-
 terum Sacramentorum cum signis S. Cœnæ, idcirco
 pro eo retinendo, tanquam pro fœcis & ar-
 ris, pugnat acerrimè Bellarminus, & P. Martyr, qui
 hanc Scholasticorum basin deiicit & euertit
 refellere conatur. Ait igitur P. Martyr in 3. partem
 suæ defensionis pro Eucharistia, id quod res ista
 Sacramenta vetera, sicut & nostra, habuisse & si-
 gna, & rem signatam. Quid verius? Alioquin er-
 nim illa non fuissent sacramenta, quæ sacramenti
 definitio requirat & signû, & rem signatam, ut lib.
 4. docet Irenæus: imò lib. 1. de Sacramentis ipse
 met Bellarminus. Addit P. Martyr: Signa veterum
 Sacramentorum, & nostrorum fuerunt diuersa
 res autem per vtraque signa significata, nempe
 Christus, fuit eadè, teste Paulo I. Corinth. 10. v. 2. & 4.
 Quid ad hæc Bellarminus? Præsidium in sola
 nega-

negatione veritatis eaq; effrōte, suū ponit. Negat enim Paulum velle Patres, & nos eandem escam manducasse. Atqui Paulus hoc manifestè dicit, quod iste negat. Comparat enim nos cum Patribus & hic I. Corinth. 10. v. 3. & 12. v. 4, vt apparet ex v. 11. Denique quorsum attinebat Patres ipsos inter se conferre, & Baptismi in ea comparatione nostri propterea meminisse v. 2? Negat Christum fuisse potum & escā spiritualem Patrum. Atqui hoc ipsum disertè inquit Paulus v. 5. Augustinus quoque tract. 63. In Iohan. & Thomas in 1. parte, quæst. 43. Artic. 7. *ad secundum*. Quorsum igitur iste & quo ore negat ea, quæ tam disertè in Dei verbo scripta sunt, & extant? Nisi vt se impudentem, & victum ostendat? Denique quum negat Bellarminus Patres pios bibisse & edisse Christum, vel alium iis mediatorem, quærit, quàm nostrum & verum Christum: quod vel sentire est impium, nedum scribere, Ephes. 2. v. 2. Vel absque vllō Christo eos vult fuisse seruatos, quod idem est nefarium, Hebr. cap. 11: Vel Patres nullas de Christo promissiones habuisse spirituales putat, sed omnes carnales ac terrenas: id quod est Seruetanorum hæreticorum delirium & scelus.

Secundò rectè P. Martyr scribit Signa nostrorum Sacramentorum esse præstantiora, quàm signa Veterum Sacramentorum, quoniam nostra signa sunt rei, Iesu Christi exhibitæ ob signationes, illa futuræ tantùm: nostra clariora, simpliciora, pauciora, & diuturniora, nimirum vsque ad consummationem mundi, & donec veniat Christus I. Corinth. 11. v. 26: illa signa veterū fue-

runt obscuriora, multiplicia, plura, & usque ad
certum duntaxat tempus instituta. Heb. 9. v. 10.

Quid ad hæc Bellarminus? Hæc non faci-
faciunt, ait, nisi signa nostra ipsa virtute sua iusti-
tiam nobis sumentibus conferant: quam nõ cõ-ur-
lerunt signa veterũ sacramentorum. Respondet
Dum vult Bellarminus videri in nostra & Euan-
gelica Sacramenta religiosus, fit in Deum sacri-
legus. Nã opus propriũ Dei, quod est in nos con-
ferre gratiã salutarem transcribit & vindicat. seu
tribuit signis & elemētis terrenis. Nã Deus, non
signa nobis, sed iustitiã Christi confert per fidẽ

Cæterũ ineptus homo est, & Theologus ille
qui negat & absurdum putat æstimare præstan-
tiam omnem signorum Sacramentalium ex Dei
ea instituentis voluntate. Imò hoc totum genus
signorum nihil valet, nisi ex sola Dei voluntate
& institutione. Nam alioqui nec signa sunt sa-
cramentalia, nec hoc potius quàm illud ob signifi-
cantiã nisi ex Dei sic iubentis ordinatione. Fallitur igitur
quum vult ea signa aliam significatiõẽ, ex-
cellentiam, dignitatem nancisci, (quatenus sunt
signa sacramentalia) & habere vel intrinsecam
vel extrinsecam, quàm ea est, quæ illis à Deo in-
stituente datur in sacramento.

Fallitur quoque, quũ scribit præstantiã veterũ
signorum spectandã & metuendã esse ex externa
eorũ specie velut colore, materia, quantitate. Om-
nis enim signi sacramentalis dignitas pendet
ex rei, quã significat, & modi, per quem eam si-
gnat, dignitate: denique ex fine, propter quẽ ad-
hibetur vt signũ sacramentali. Vnde fit, vt signa
vetera sint nostris inferiora, & indigniora, quã
nova.

niam, etsi rem eandē significarunt, neque tamen
 eodē modo, neque tā luculenter, quā nostra si-
 gna, eā vetera signa repræsentarūt, ac obsignarūt.
 Nec aliud sentiunt Patres: nec ideo nostra signa
 Veteribus præferūt, quōd nostra rē, quā obsignāt,
 ipsū cōtineant, & in sese habeant, ac cōferāt. (Nā
 vera caro Christi, & verus sanguis, quæ duo in S.
 Cœna obsignant Panis & Vinū, sunt in cœlo, nō
 in ipsis terrenis signis reipsā, sed solum relatē: ve-
 tera autem signa eandē nec habeant, nec confe-
 rant. Vtraque enim illa signa rē eandē obsigna-
 rant, & eam relatē ac sacramentaliter habuerunt.
 Itaque in eo nulla est inter signa nostra & vetera
 differentia: sed quōd vetera Christum vcturum,
 nostra eundē Christum iam exhibitū obsignant.
 Sic sensit & scripsit Origenes Homil. 7. in Num.
 Hefych. in cap. 12. Leuitici, Cyprianus de Cœna
 Domini, Hieronym. in cap. 1. ad Titum. Cyrillus
 lib. 4. cap. 16. in Iohan. Itaque in comparatione
 nostrorum signorum cū veteribus, nō est id spe-
 ciatim, quod ceter Bellar. nempe, Quōd Agnus
 sit maioris in emēdo pretij & valoris, quā Pa-
 nis S. Cœnæ: & Quōd Māna fuerit admirabilior
 Panis, quā Panis S. Cœnæ, qui igni coquitur. Sed
 illud perpēdendū est, Quōd Panis verus (qui su-
 mitur in S. Cœna) est & solidior, & salutarior, &
 plenior cibus & alimentū, quā vel caro Agni, vel
 Māna plūes & decidēs ē cœlo. Vnde Panis noster
 est signū sacramētale præstātius, quā vel Agnus,
 vel Māna, ad plenā & solidā alimonjē spiritualis
 nostre significationem. Nec enim res pretiosissi-
 mas, sed significantissimas pro signis Sacramen-
 torum Evangelicorum elegit, sumisit, & instituit
 Christus Doctor sapientissimus.

P. Martyris expositiones ad locum Cypriani sibi obiectum sunt verissima. Prima est: Cyprianum velle Agnam Paschalem (qua voce totum sacramentum illud vetus complectitur Cyprianus) fuisse abolitum & abolendum. Panem autem S. Cœnæ usque ad mundi consummationem esse in Ecclesia duraturum. Quid verius, & magis cum Paulo consentaneum scribi potest. Corinth. 5. v. 7. II. v. 26:

Secunda explicatio: Patres dici *narrari* non habuisse corpus Christi quia, signa habebat obscuriora nempe Christi nondum exhibiti, sed adhuc futuri & exhibendi. Sic Petrus in prioris epistola cap. I. v. 12. ait *Prophetas non sibi, sed nobis administrasse ea, que de Christo predicarunt.* Idem dicitur Heb. II. v. 40. Denique Christus ipse *spes* for melioris Testamenti nominatur, Heb. 7. v. 21. Ergo nihil dicit, aut scribit P. Martyr, quod non ex S. Scriptura sumserit, ac verum sit.

Quod ait iste S. Cœnam rei adhuc futuræ, nempe mortis Christi, significationem habuisse, nondum autem præteritæ, falsum est. Primum enim & propriè, & per se signa S. Cœnæ (nempe Panis, & Vinum) viuificã ipsam Christi carnem & sanguinem obsignarunt in prima Domini Cœna, & obsignant in nostris Cœnis: sed quia caro illa non est nobis viuifica, nisi quatenus est S. Cœna est quoque commemoratio vi carnis Christi, sic & mortis Christi: quæ mors quoniam iam iam instabat, & iam in ipso agone mortis versabatur Christus, idcirco pro re iam præsen-

ti sumitur. Itaque ait corpus suū iam tradi Christi
Luc. 22. v. 17, 20, non tradendum.

Dictū Ambrosij in quo præfertur tū corpus ipsum Christi, tū Sacra eius Cœna signo mannae veteris, est tam perspicuū lib. *De vis, qui inuasiatur* cap. 9, vt nihil sit illustrius. Omnibus enim modis S. Cœna, & Christus præfertur mannae Iohan. 6. v. 31. tum rei signatæ, tum signorū ratione.

Ad Cap. v.

Secundum Bellarmini argumentū ex S. Scriptura sumtum pro sua Helena Transubstantiatione Panis in corpus verum Christi, est ex Iohannis cap. 6. v. 51. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, inquit iste. Verū hoc argumentum Bellarmini est obscurum, intricatum, vi extortum, & contra ipsam verborum Christi mentem expressum, & elicatum: idcirco tota tria lōgissima capita in huius sui syllogismi consequentia explicanda consumit. Sed frustra, Nam tota hæc istius ratio, est fallacia duplex. Vna a petitione Principij: Altera A non causa, falsum enim sumit pro vero: nimirum, In eō capite versa agi de S. Cœna. Deinde hoc ipsum falsum ponit pro fundamento suæ conclusionis. Atqui ex falso nihil nisi falsum, per se colligi potest.

Falsum autem esse caput illud sextum Iohannis, & quæ in eo continentur, spectare ad S. Dominum Cœnam ex his rationibus apparet, quæ sumuntur ex differentia S. Cœnæ, & concionis, quæ in eo capite habita est à Christo. Differunt igitur primum hæc duo, Ratione rei. Nam illic, id est, in eo capite sexto nullum sacramentum à

Christo instituitur: Sacra verò Domini Cœna est sacramentum. Ergo de S. Cœna illic non agitur. 2. Ratione loci. Nam S. Cœna & Hierosolymis & in priuato cœnaculo fuit à Christo instituta. Matt. 26. v. 18: illa concio cap. 6. Capernaï habitata est à Christo, & in publico loco seu Synagoga. Iohan. 6. v. 59. 3. Ratione Tēporis. Nam S. Cœna totis penè octo mensibus instituta est post illam concionem habitam à Christo. Nam habitata est ante festum tabernaculorum Iohan. cap. 7. (obseruauit enim diligenter Iohannes in scribendo suo Euāgelio rationem temporis) quod præcedebat festū Paschæ septem mensibus. Quare capituli illius doctrina non est institutio S. Cœnæ, & signorum eius. 4. Ratione signorum. Nam quum hanc concionem habuit Christus in synagoga, neque Panem, neque Vinum præsens habuit, Itaq; in toto eo cap. 6. nihil institueret S. Cœnam. 5. Ratione Modi. Nam agit Christus in cap. 6. Iohannis de eo carnis suæ manducandæ modo, qui solū Spiritualis manducatio est. At in S. Cœna agit de modo suæ carnis edendæ, quæ est simul & Spiritualis, & Sacramentalis manducatio.

6. Cōfessio ipsius Bellarmini id ipsum probat col. 378. L. C. 9. *Quantum*. Ait enim totum illud sextum Iohannis caput de aliis rebus agere, quàm de S. Cœna. Quod si totum aliò spectat, ergo & pars quoque illa capituli: quia connectitur totius capituli doctrinæ reliquæ, & eandem materiam tractat, & continet, quàm totum caput. Biel. Lect. 84. Cussanus epist. 7. ad Bohemos. Caic-

Caietanus in 3. parte quæst. 80. Articuli. vlt. & alij nobiscum sentiunt.

Bellarmini tamen (qui vnicum illum versiculum s. discerpit à toto capitis corpore) rationes audiamus, ac refutemus. Id quod est facillimū.

Prima est: Dominus in eo v. 51. loquitur de Pane se dando in posterum: Ergo loquitur de Pane S. Cœnæ. Respōdeo, Idem est Panis, quem Christus ait se daturū, & quem ait idē Christus Patrē iam dedisse, & se iā tūc v. 32. Is autem Panis est ipsa caro Christi: & sanguis, potus v. 48. & 51. & 54. Ergo malè diuidit in duos Panes iste vnicum illum Panem. Sed vitur Christus futuro tempore, quoniam ipsius promissio de dando hoc Pane, id est, vera sua carne, est generalis, & non solum eo tempore locum habitura, quo vivebat Christus in his terris: sed duratura semper, & quouis tempore. Dat enim & daturus est Christus hunc Panē, id est, suam carnem semper, & quouis tempore hominibus in se credentibus verè, etiam sine Sacramentorum & signorum vsu.

Secunda ratio istius est, ex Matth. 26, v. 26, vbi verba S. Cœnæ sunt, ait, istis similima. Resp. Quū res eadem, nempe Corpus verum Christi, per eandem edatur in merè Spirituali, & in Sacramentali manducatione (quas duas edēdæ veræ Carnis Christi species diuersas iste vbique hīc confundit) iisdem verbis fuit vtendum, quum de resacramenti & carne vera Christi in vtraque ageretur, & agitur: Non tamen inde colligitur cap. 6. Iohan. de S. Domini Cœna agere, & Panē Cœnæ sacræ esse re ipsa carnem veram Christi.

Tertia ratio est ex Iohan. 6. v. 52. Quarta ratio ex v. 53. sic: Christus appellat suam carnem cibum, & suum sanguinem, potum verum: & hoc offendit auditores, & discipulos Christi. Ergo agit illic Christus de Pane & vino in S. Cœna in suam veram carnem, & suum sanguinem verum convertendis. Quod est novum prorsus, & inauditum antea miraculum. Respondeo: Christus hac distinctione maximè necessaria explicat disertè & facilè, quomodo ipse sit Panis ille cœlestis, & plenum animarum nostrarum alimentum spirituali: nempe, Quod sua ipsius caro sit idem anima nostra, quod verus cibus est corpori: & sanguis suus sit animæ idem quod verus potus. Sic enim distinctè, & disertè hæc duæ victus partes nobis proponi debuerunt, ut plenè intelligeretur Christus esse totus victus animarum nostrarum Panis, & alimentum plenum. Nam plenus victus constat cibo, & potu: non autem, ut isti in sua Eucharistia censent, vel solo cibo, vel solo potu.

Quod autem hic sermo, ut res nova, offendit auditores, ratio fuit, non quod vel discipuli, vel auditores vlli imaginarentur unquam Panem velum transsubstantiandum, vel mutandum in verum corpus tunc loquētis Christi, quod tamen eos somniasse fingit iste: (quis enim istam transsubstantiationem corporis Christi in Panem tunc ex verbis istis diuinaret?). Sed officulum ex Christi verbis de manducanda sua carne natum est, quod auditores isti hanc manducationem carnis Christi ceu humanæ & carnalem, & carnaliter fieri cogitarent homines carnales. Id quod

quod & Bellarminus, & socij eodem animi errore, & eodem modo putant & somniant. Itaq; quemadmodum Capernaïta, sic isti manifestè damnantur à Christo. Docet enim eam manducationem esse & spiritualementem, & spiritualiter fieri v. 63. non autem Panem vllum in suum corpus mutari, aut suum corpus in Panem vllum transubstantiari.

Quinta ratio istius est ex v. 58. Agit illic Christus de Manna sacramento & sacramentali: ergo agit quoque de Pane sacramento & sacramentali, ac proinde de Pane S. Cœnæ. Respondeo: cæcus est Bellarminus quum hæc scribit. Nā apertè Christus in toto eo cap. 6, quum Loquitur de Manna, opponit Manna, & corpus suum: textus expressus v. 31. 32. & deinceps v. 48. 49. 50. 51. Ergo non agit Christus de Manna, prout fuit corporis sui sacramentum (prout de eo loquitur Paulus 1. Corinth. 10. v. 3.) sed duntaxat prout illud fuit cibus corporalis de cælo datus & deplutus. Itaque mirâ glauconiâ oculis Bellarmini obiectam esse oportuit, quū hæc tam clara non vidit.

Sexta ratio istius est nihili. At enim iste: prius quàm hanc concionem haberet, dederat illis turbis Panem terrenum, quo eos miraculosè aluerat: ergo intellexit de Pane terreno Christus, quod dicebat, *Panem, quem ego dabo, est caro mea,* & quem in S. Cœna daturus erat. Respondeo: occasio quidem & sequendi Christum, & de Pane cœlesti, id est, carne vera Christi loquendi sumpta fuit ex miraculo Panum. Verum sermo ipse Christi neque de iam à se dato pane terreno, neque de postea dâdo tractat: sed duntaxat de Pa-

ne merè cęlesti, Nempe vera carne sua. Ergo fallitur Bellarminus, qui hæc verbis Christi assignit. Deinde si ex eo Pane, quem in miraculo dedit tunc Christus, colligenda est S. Cęna, procul dubio vnico signo, nimirum Pane illa S. Cęna constare debuit, non etiam Vino. Nam in illo miraculo Christus dedit tantum cibum seu Panem: non etiam potum vllum seu Aquam seu Vinum. Ergo Panis ille tunc à Christo datus nihil ad S. Cęnam pertinet.

Septima ratio seu forma, in quam iste se vertit, vt suum errorem de v. sr. cap. 6. interpretatione quodd ad S. Cęnam pertineat, confirmet, est hæc: Christus serid affirmat se verè dare suã carnem, & eam à nobis verè edi: atque suum sanguinem à nobis verè bibi: ergo nullus tropus in his verbis quærendus est, sed propriè, & prout sonant verba hæc sunt sumenda. At tropus quæritur, si spiritualis solùm carnis Christi manducatio ex his verbis statuitur, non etiam sacramentalis & per transubstantiationem Panis. Ergo de sacramentali manducatione, ac proinde de S. Cęna agitur cap. 6. Iohannis. Respond. totum hoc Bellarmini argumentum est fallacia, quæ vocatur, Plures interrogationes in vnã confundere. Nam plures & dissimiles prorsus syllogismos, velut vnum & eundem, miscet & texit, tam est inepta hæc ratio. Ergo falsa est primi syllogismi argumentatio hæc: Verè editur fide, & vera caro Christi: Ergo Panis S. Cęnæ trãsubstantiatur. Est. n. hæc collectio fallacia A nõ cõsequente: nõ per fidẽ, nõ in ipso pane, editur vera caro Christi. Secũdi item huius syllogismi conclusio

clusio hæc est falsa: Verè edimus, & veram carnè Christi per fidem: Ergo quoties & quum eam edimus per fidem, panis sacramentalis adesse, & interuenire debet. Alioquin & sola fide, & manducatione spiritali veram carnem Christi verè edere non possumus. Fallacia est A non consequente. Imò sola spiritali manducatione edimus verè & veram carnem Christi, non in ipso Pane, sui signo, quia verè per fidem, & quidem solum editur vera caro Christi, quæ fides est semper in spiritali manducatione. Denique quod negat iste apud Iohannem cap. 6. voces *edere*, & *bibere*, sumi tropicè, fallitur. Nam quotiescunque phrasæ corporeæ ad res spirituales explicandas sumuntur & accommodantur, locutio tropica sit, necesse est, quemadmodum in hac spiritali carnis suæ esu, & sanguinis potu usurpauit phrasæ à rebus terrenis traductas Christus.

Octaua istius ratio est: Christus in cap. 3. Iohannis insinauit Baptismum: ergo in hoc cap. 6. Sacram Cœnam insinuat. Respondeo: Christus ex istorum interpretatione cap. 3. Iohannis insinauit Baptismum, qui iam & notus & institutus & vulgaris erat. At S. Cœna, quum docet idè Christus in cap. 6. neque nota, neque dum instituta erat, neque cuiquam in mentem venire poterat. Ergo non est par ratio conclusionis istius, & Baptismi, & S. Cœnæ.

Secundum argumenti genus, quod iste proponit, sumitur ex consensu Ecclesiæ, quæ de S. Cœna cap. 6. Iohannis v. 51. interpretatur. Respondet: Primum quòd iste Alexandrinum conciliū, & Synodam v. 11, & Tridentinam sess. 13. cap. 2.

allegat, ea præsupponit, non probat. Nec enim ullus canon extat in illis, aut ullis cõciliis de ista interpretatione. Deinde ex superioribus rationibus nostris refutarentur ista decreta, si qua essent: sed extant nulla. Romanus catechismus est priuatum Canisij Suiuæ iudicium, non publicum Ecclesiæ testimonium. Denique quorundam istar sententiæ & verba paucorum proferuntur, quæ cum Christi verbis pugnant.

Tertia istius probatio sumitur ex Patrum nonnullorum iudicio, qui hoc cap. 6. Iohannis cum S. Cœna conferunt. Respondeo: Quatenus in S. Cœna proponitur seu offertur vera Christi caro per fidem participanda, & eadem caro, & eodem modo, quo in Spirituali manducatione, ratione ipsius Christi carnis, & animæ nostræ (cuius est cap. 6. de esu spirituali suæ veræque carnis applicant & accommodant ad carnis veræ Christi manducationem sacramentalem, quæ fit in S. Cœna. Nam utrobique, id est, & in mere spirituali, & in sacramentali quoque manducatione eadem Christi caro, & eodem modo, videlicet per solam fidem, & spiritualiter editur: licet in S. Cœna adsit huius manducationis spiritualis pignus obsignatio, & signum, nempe Panis & Vinum sacramentale propter nostram infirmitatem ex Christi iussu & mandato additum. Id quod etiam Ruardus Tapperus in explicatione Artic. xv. Louanensium, & Cornelius Iansenius in cap. 59. *Concordiæ*, fatentur, qui sunt ex ipsorum scholasticorum numero. Quod autem nos numero locorum conatur obruere Bellarminus, ineptit.

Vnius

Vnius enim Christi vox, quæ docet Iohannis cap. 6. ad spiritualement carnis suæ manducationem spectare, non autem ad S. Cœnam, pluris apud nos esse & valere debet, quàm totius mûdi consensus. Nam vnus Christus est ipsa Dei æterna sapientia & Veritas. Prouerb. 8. & Iohan. 14, & Doctor noster. Matth. 23. v. 6.

Quarta istius probatio & vis, quam affert & infert v. 51. capitis 6. Iohannis, est ab Absurdis tribus, quæ tamen absurdissimè colligit iste. Primum: Ergo Iohannes nihil (quod est absurdum) de S. Cœna scripsisset. Respondeo: Hoc falsum est. Nam cap. 13. de Sacra Cœna luculèter Iohannes scripsit. Secundum absurdum istius est: Ergo Christus ipse nusquam effectum S. Cœnæ exposuisset, nisi breuiter in S. Cœna. Respondeo: vbiq; Christus docuit se, sui que participationem, quâ homo est, id est, carnis & sanguinis sui, esse vitam mundi Iohan. 1. 4. Iohan. 6. & cap. 15. Matt. 16. v. 13. 22. v. 28. v. 26. Ergo quum S. Cœna illius suæ doctrinæ testimonium duntaxat esset, & obsignatio, non fuit maiore significationis S. Cœnæ interpretationem opus: sed satis fuit in S. Cœna instituenda illius significationem breuissimè proponere, & obsignare.

Tertium absurdum (quod iste colligit absurdissimè ac falsissimè) est: Ergo nullum extaret Christi Domini nostri præceptum de S. Cœna percipienda, nisi in hoc cap. 6. Iohannis quærat. Respondeo: Inò apud omnes Euangelistas tres extat expressum de S. Cœna sumenda Christi præceptum, *Accipite, edite, bibite, facite in mei recordationem*, Matth. 26. v. 26. & 27. Marc. 14. v.

22. Luc. 22. v. 29. Atque ita sunt euerfa omnia Bellarmini fundamenta, quòd cap. 6. Iohan. v. 51. ad S. Cœnam pertineat: & eam futuram, atque à Christo instituendam fuisse designet.

Ad Cap. VI.

Quoniam totum hoc Bellarmini argumētum ex cap. 6. Iohannis pro Sacræ Cœnæ signis in carnem Christi transmutandis est nullum, perplexum, intricatum, *σπορενός*, idcirco in eo explicando & sua conclusione elicienda laborat, imò æstuat Bellar. In summa sic arguit: In cap. 6. Iohannis promittit Christus se verā suam carnem daturum nobis: ergo loquitur de S. Cœna, in qua verè dat per transubstantiationem suam carnem: non de spiritali manducatione, in qua verè non dat suam carnem. Respondeo: Vtrunque hoc Bellarmini. respōsum falsum est. Vnum in S. Cœna nos semper edere verè carnem Christi, quoniam illius signa, Panis & Vinum, transmutantur in carnis Christi substantiam. Hoc falso falsius est. Nam in S. Cœna per fidem in Christum, non per signorum transubstantiationem carnem Christi participamus. Ergo malè Bellarminus affert v. 62. cap. 6. Iohannis, vt ex eo prober illum Panis transubstantiationem, quum versiculus ille sexagesimus secundus eam prorsus euertat, & carnem illam veram Christi in ipsum supremum cœlum euehendam, & ab histetris subducendam esse verissimè doceat Actor. 1. v. 10. 11.

Alterum falsum Bellarmini responsum est: In spiritali manducatione veram Christi carnem verè non edi, non adesse, quia voces *edendi, & bibendi*.

bibendi tunc tropicè sumuntur. Respondeo enim: Caro vera, & verus sanguis Christi sunt verè in quavis mādicatione spiritali (quod idem de quavis Sacramentali manducatione dici non potest) & à nobis participantur: sed ea tam augusta participatio, ac spiritalis verbis *edendi*, & *bibendi* tropicè propter ingenij nostri infirmitatem explicatur, & proponitur nobis à Christo quare, versic. 62. cap. 6. Iohannis non magis ad à ellarmini rhombum & sententiam (quod carnis veræ vera manducatio solùm in S. Cœna fit) non magis inquam pertinet (quo tamen maxime argumento in hoc capite nititur Bellarminus) quàm ad volatum aquilarum in cœlo facit natatus piscium in Oceano. Sed quo alio modo se explicaret, & extricaret, non habuit Bellarm.

Ad Cap. vii.

Q Vanquam nos suprà cap. v. varias rationes protulimus, propter quas neque totum cap. 6. Iohannis, neque vers. quinquagesimus primus eiusdem capituli ad S. Cœnam referri potest, tamen quia nostrorum rationes iste refellere conatur, quibus illum Bellarm. errorem evertunt, agè & nos quoque istas Bellarmini refutationes refutemus.

Primum argumentum nostrum est: longè ante S. Cœnam institutâ habita est illa Christi conicio cap. 6. quæ etiam solùm de Pane, non etiam de Vino agit. Ergo ad S. Cœnam non pertinet. Respōdet Bellar. Etsi S. Cœna postea fuit instituta, tamè antea diu, & tunc maxime fuit promissa hoc cap. 6. Iohan. & sp. Bellar. Hoc est diuinare, quod iste respōdet, & Principiū petere: quod est vitiosissimū. Hoc. n. probandū fuit, nō sumendū,

tunc nempe fuisse promissam S. Cœnam. Deinde respondet Bellarminus: Ideo Christus cap. 6. Iohannis, solius Panis, non etiam Vini meminit: quia satis est ad totum S. Cœnæ fructum percipiendum vel solam signum Panis sumere. Respondet Bellarmino: Quum Christus disertè Panem à Vino in S. Cœna distinxerit, & utrunque disertè sumi iusserit Matth. 26. v. 26. 27. 28: vnius solum signi vsus in S. Cœna minimè sufficit ad S. Cœnæ fructum consequendum, sed utriusque signo communicandum est. Postea dico: quum disertè & Panem & Vinum in S. Cœna coniunxerit Christus, Iohannis autem cap. 6, solius Panis mentionem fecerit, caput illud non pertinere ad sacram Domini Cœnam. Id quod rectè nostri sentiunt.

Secundum argumentum nostrum est: Christus cap. v. 1. Iohannis agit de illa manducatione Panis cœlestis seu carnis Christi, quæ semper dat vitæ. At Sacramentalis mâducatio non semper dat vitam, nec semper in ea carnem veram Christi aliquis participat. Spiritualis autem mâducatio semper id facit. Ergo de spiritali mâducatione in eo capite sexto loquitur Christus, non de Sacramentali.

Respondet Bellarminus: Quemadmodum Aqua Baptismi semper, & quosuis coram Deo mundat & iustificat: sic & panis Eucharistiæ semper & quibusuis sumētibus per se dat vitam æternam. Respondet: utrumque Bellarmini responsum falsum est. Nam neque Aqua ipsa Baptismi, nec ipse Panis S. Cœnæ dat vitam æternam, sed fides in Christum Act. 15. v. 9. Iohan. 6. v.

29. 35, 40. Ergo falsum pro vero iste assumit.

Tertium argumentum nostrum diuellit & diuidit iste à secundo. Est enim idem, nempe Christum cap. 6. Iohannis, agere de ea carnis suæ manducatione, quæ semper affert vitam. Itaque præcipit disertè vt sic omnes pij eam edant, id quod Sacramentalis manducatio non facit. Hypocrita enim sacramento solùm tenus carnem Christi sumunt in S. Cœna, inquit Augustinus, non verè. Itaque Sacramentalis non est tam præcisa. Respondet Bellarminus: Solis Adultis præcipit Christus, cap. vi. Iohannis, vt suam carnem edant. Respondeo: Hoc quidem verum est: tamen propterea non est confundenda illa spiritualis manducatio cum Sacramentali, quia hæc nõ semper præcipitur: illa verò spiritualis semper præcipitur. Sed has duas carnis Christi diuersas manducationes cõfundit Bellarminus. Sed & extra oleas in hoc argumento soluendo vagatur & fugit, dum solùm immoratur in eo probando, illam Christi concionem pertinere ad adultos. Quid hoc ad nostrum argumentum vel suam sententiam probandam?

Porro falsum est, quod ait iste, his verbis, *Nisi manducaueritis*, præcisum Christi præceptum non contineri.

Quartum argumentum nostrum est, ex Patribus, qui illam Christi carnis veræ verã manducationem semper esse spiritualẽ docent: ac proinde verba illa Christi cap. 6. Iohannis de eadem spirituali manducatione solùm intelligunt Augustinus lib. 1. contra Iulianum Pelagianum, lib. 3. cap. 16. Doctrina Christi Tractatu 25. & 26. in

Iohannem, Basiliius epist. 141. Hieronym. in Psal. 147. qui etiam ad verbum Dei prædicatum, & fide susceptum, illam carnis Christi eandem manducationem referunt. Bernard. in v. 3. Pl. 90. ad passionis Christi participationem, non ad signa S. Cœnæ.

Respondet Bellarminus: dictum Augustini, quod infantes debeant communicare S. Cœnæ (quod sæpius inculcat, velut lib. 1. Ad Bonifac. cap. 22. lib. 4. cap. 4. lib. 1. ad Iulianum sæpe sæpius) non esse præcisum præceptum, ut omnino signa re ipsa sumere debeant. Respondeo: Ista responsio nihil valet. Nec enim vera est, quia, ut Infantes salvi verè fiant, oportet eos comunicare non signis S. Cœnæ, sed veræ carni Christi fide, quam in iis ante annos discretionis decedentibus creat extraordinarie spiritus Sanctus. Quod ipsum quoque docet alibi Augustinus. Deinde hæc Bellarmini solutio nihil eum iuvat. Nam siue sit præcisum præceptum pro Infantibus, siue non, ostendunt verba illa Christi non de S. Cœna sumi, & intelligi, sed de spirituali carnis Christi esu cap. sextum Iohannis. Id quod in eo loco restatur quoque Augustinus.

Cæterum quod ait iste: verba hæc Augustini Tract. 25. & 26. *Crede & manducaſti*, intelligi de Incarnatione Christi, non de esu carnis Christi, eoque spirituali, prorsus insanum eum esse prodit. Refutatur enim ex ipso Augustini textu. Nam ibi præcisè Augustinus agit de manducatione carnis Christi, vel solum quod ad sacramentum, seu signum, vel etiam quod ad rem sacramenti. Deinde tractatus ille uterque Augustini extat ælicus in ipsum cap. v. 1. Iohannis, ubi de carnis veræ Christi

Christi vero esu agitur proculdubio. Denique refutatur hæc solutio Bellarmini ex can. *Ut quid.* can. *Credere.* Consecra. Dist. 2, & à Lombardo lib. 4. Sententiarum Dist. 9. cap. 1. qui hæc verba Augustini referunt ad carnis Christi manducationem & esum.

Ad reliquos Patres nihil respondet Bellarminus. Agnoscit enim eos referre hoc cap. vi. Iohannis ad veræ carnis Christi veram participationem, quæ fide fit: non ad transsubstantiationem Panis, non præcisè ad S. Cœnam.

Quod ad locum Augustini lib. 3. cap. 16. de Doctrina Christiana, ubi ostendit vir pius, nisi verba hæc Christi, *edere & bibere carnem ipsius & sanguinem.* Iohan. 6, & Matth. 26. v. 26. 1. Corinth. 11. v. 23. 24, sumantur tropicè, scelus nefandum præcipi: ac proinde veram carnem Christi participari solùm fide, non autem inhærentem signi Panis, ad hoc tam viuidum in se, & suotelum, nihil obicit, nihil affert Bellarminus. Videt ex eo Augustini loco & telo lethaliter se vulnerari. Itaque ait, carnem quidè Christi veram in S. Cœna manducari, & verè, sed extraordinario modo: quia non disseccatur, velut caro macelli: ac proinde in eo duntaxat tropum esse in his verbis *manducare carnem Christi* querendum, quòd iste modus, propter insectã Christi carnem, est extraordinarius. Hæc iste.

Respondeo isti: Imò Augustinus agnoscit & ipsam carnis Christi veræ veram manducationem, & modum eius, esse extraordinariũ & tropicũ. Sic eius metaphora cõmodissima à rebus corporeis ad res spirituales ducta explicatur

spiritualis illa participatio nostra per fidem cum vera carne Christi, & sanguine: ex quo utroque per fidem participato vitam æternam haurimus, siue in S. Cœna, siue extra sacram Cœnã. Itaque verba solum fundit iste, & velut piscis Sæpia obicit aramentum oculis lectorum, vt, siquã potest, elabatur. Verùm ex illo Augustini loco vniculis Bellarm. arctissimis comprehesus tenetur. Ille enim locus apertissimè Panis transsubstantiationem conuellit, quum hæc Christi verba. *Hoc est corpus meum*, tropum esse declarat, defendit & exponit.

Quintam nostram argumētum est: cap. 6. Iohannis probat fide corpus Christi edi ver. 29. 40: non in signo & per signum conferri nobis: ergo cap. 6. Iohannis de S. Cœna nequaquam agit. Respondet Bellarm. totum illud cap. 6. Iohannis esse scopas dissolutas, neque in eo inesse continentium sermonem Christi. Respondeo: Hoc dicere, est & mentiri contra verba textus, & in Deum blasphemare.

Sextum argumentū nostrum est: Cap. 6. Iohannis Christus agit de suæ carnis manducatione, quæ secum semper vitam æternam affert: ergo agit de Spirituali manducatione, non de Sacramentali, in qua ipsa multi pereunt edentes Panem S. Cœnæ. 1. Corinth. 11. v. 29. Respondet iste: ipsum signum seu Panem S. Cœnæ esse in se, & semper viuificum, sed nostra culpa, nempe propter infidelitatem nostram, nobis mortiferum esse ac lethalem. Respondeo isti: Si panis sacramentalis ipse per se, & in se vitam æternam continet: certe quocunque modo, siue ex fide, siue non, participetur

petur à nobis, semper nobis erit viuificus. Nam propter nostrum credere & opinari, istius Panis natura non potest immutari. Sic ignis semper vrit, pluuia semper madefacit, siue id credamus, siue non credamus. Nā rei cuiusque natura semper in ea manet, re manente. Quare si Panis iste sacramentalis est in se, vel per se viuificus, & semper, quocūque modo sumatur, semper vitā affert: quicquid dicat Bellarminus.

Excipit Bellarminus: Est Panis iste viuificus sub hac conditione, *Si crediderimus*. Respondeo: ergo Panis iste non est in se, & per se viuificus: sed ex fide nostra, qua deficiēte deficit vita in isto Pane. Ergo sibi contradicit iste, dum ait, Hunc Panem semper viuificate: & hanc viuificationē pendere tamen ex nostra fide, & certa conditione. Sed ista in sua sententia absurda non perspicit Bellarminus, qui in alienis scriptis tam cernit acutum.

Septimum argumentum nostrum est: Si Panis S. Cœnæ à Christo cap. 6. v. 1. commendatur, cur Pontificij Panem in S. Cœnā abiiciunt, & eum non substantiari in corpus Christi dicunt? Respondet iste, se & suos voce *Panis* apud Iohan. nō intelligere verum aliquem Panem, qui propriè sit Panis, sed generaliter quemuis cibum. Respondeo illi: Primū ipse sibi contradicit. Nam suprā cap. v. & v. 1. col. 381. L. C. contendit locū illum Iohannis, & verba Christi, sine tropo laudanda esse de vero Pane, & propriè dicto. Contra hic vult vocem *Panis* tropicè sumi & non de proprio Pane. Deinde respondeo: Hæc Bellarmini interpretatio fauet eorum errori, qui pro

vero Pane in S. Cœna alium quemuis cibū substituebant, quales hæretici Artotyritæ. Alij eum carnem substituebant, alij lac, alij caseum, alij aliud, qui damnantur ab August. De hæresibus cap. 28, Hieronymo in præmio lib. 2. ad Galat. can. *Didicimus* & can. *Cum omne* consecrat. dist. 2, Thoma Aquinate in 3. parte quæst. 74. artic. 1. Ergo incidit iste in Scyllam cupiens vitare Charibdim. Præterea ubique alij Scholastici colligunt ex ista voce Panem S. Cœnæ esse debere triticeum adorem, contra Bellarminum.

Octauum argumentum nostrum est: Christus cap. 6. Iohannis nullam facit mentionem Calicis, fractionis, annuntiationis mortis suæ, quæ omnia commemorat in S. Cœna. Ergo Christus illic non loquitur de S. Cœna Bellarm. Faretur verum esse hoc totum argumentū nostrum: sed excipit, (ne plenam victoriam nobis relinquere videatur) in eo capite v 1. promitti S. Cœnæ institutionem. Respondeo: Hoc ipsum iam sæpius refutaui. Hoc enim est Petere Principium, non probare dubium.

Nonum argumentum nostrum est: Agit illic Christus de carnis suæ esu, quæ fit sola fide. Ergo non loquitur de S. Cœna. Respondet iste: Vbi in eo capite v 1. agitur de fide, & de carnis Christi manducatione, quæ fit per fidem, Christum loqui de sua Incarnatione, non de S. Cœna. Respondeo: Hoc ipsum iam quoque refutaui. Nusquam enim illic Christus agit de sua incarnatione: sed de carnis suæ comestæ fructu, & de modo eius manducandæ. Itaque istæ sunt Bellarmini nugæ nugerrimæ.

Decimum argumentum est, si & esum & potū, de quo agit capite 6. Christus tam discretè, & expressè referant Pontificij ad S. Cœnam: ergo bonâ conscientiâ sub vna duntaxat specie communicare S. Cœnæ non possunt: ad S. Cœnam non pertinet cap 6. Iohannis.

Respondet iste, Ex mente Christi, non ex verborum alimentum nostræ animæ in S. Cœna sumi vni duntaxat signi participatione, & usu. Respondeo: Imò ipsemet Bellarminus suprâ cap. 5. col. 380. L. B. §. *Quartum*, vrget hanc distinctionem edendi, & bibendi à Christo factam, vt doceat signum vtrumque requiri, & in S. Cœna institutum fuisse. Itaque sibi manifestè contradicit. Nam sicut in victu corporis differt cibus à potu, & tota vis alimonix nõ sumitur vel ex solo esu, vel ex solo potu, sed ex vtroque sumto, & conuncto: sic in S. Cœna signum est vtrumque sumendum, vt plenæ nostræ spiritalis alimonix in Christo viam, & obsignationem consequamur.

Ad Cap. VIII.

Quod Bellarminus conuertiendi non tam nobis, quàm ipsi Dei Veritati animo, fingit varias esse inter nostros de sensu horum verborum, *Hoc est corpus meum*, interpretationes, suprâ in Proœmio huius Tomi cõfutamus. Imò infinitas penè Scholasticorum esse de ea re vna opinioniones probauimus. Nam eorum alij Transsubstantiationem præferunt, alij Consubstantiationem, alij successionem substantiæ, alij Trãselementationem, alij generationem, alij nouam substantiæ creationem, alij figuratam locutionem esse malunt, alij Relatam, & quid non?

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centū,
 possim varias comprehendere istorum formas.
 Nostri in eo consentiunt omnes, in S. Domini
 Cœna sumi à solis credentibus veram carnem,
 & verum sanguinem Christi, idq; spiritali mo-
 do: Signa verò Cœnæ etiam ab Hypocritis. Si-
 gna autem hæc figuratè *corpus & sanguis* Christi
 appellantur, quoniam sunt Christi promissionis
 nobis carnem & sanguinem suum offerentis per
 fidem sumendum certissima testimonia & obli-
 gnationes infallibiles. Imò, velit, nolit, tropum
 in his Christi verbis inesse agnoscit & scribit
 Bellarminus in fine huius capituli, quum ait: *Hoc*
est, id est, quod his speciebus continetur, quali-
 tatem sumens pro substantia.

Ad Cap. ix.

QUum vberimus Pontificiorum omnium
 sacrificulorum quartus & prouetus sit ex
 credito, & præsupposito Missæ sacrificio (hæc e-
 nim semel amissa futuri sunt nulli, miserimi o-
 mnes, pauperrimi, & verè fratres *Mendicantes*,)
 tota verò Missæ istius Pontificiæ laus, vis, digni-
 tas, & effectum sit & pendeat ex credita, & falso
 præsupposita Panis in verum corpus Christi,
 Vini in verum eiusdem sanguinem transubstan-
 tatione: Transubstantiatio autem ista tota inni-
 tatur falsæ verborum istorum Christi, *Hoc est*
corpus meum, interpretationi: pro ea, tâquam pro-
 foci & aris, fuisse, ac esse Bellarmino, & Ponti-
 ficiis omnibus sacrificulis pugnandum quis nõ
 videret? Ergo defendunt vniuersi vnã hanc & ex-
 plicationem ineptissimam horum verborum
 Christi, & Transubstantiationem. Ex quo fit, vt
 cã

ea à nobis subruta, enersa, confurata (quod Deo optimo Maximo bene iuuante, & pro nobis, suaque gloria & veritate propugnante, erit facilimum) totum hoc & Missæ sacrificium, & Pæpælis quæstus fundamentum deiiciamus. Faxit Deus per Dominum nostrum Iesum Christum, vt quàm copiosus, tam commodè & verè hoc refuremus. Det autem, & largiatur benignè mihi suo s. tuo Sanctum suum Spiritum, vt veritatem verbi sui ex ipso verbo fortiter & constanter tue-ri, & istorum hominum mendacia verè & per- ipicue confutare possim, in ipsius Dei gloriam, & ipsius Ecclesiæ ædificationem. Ergo

Quod felix, sanctumque fuit, quodque auspice

Christo,

Pellatur falsum, quod fuit, & latuit)

Status huius causæ est: Vtrum hæc Christi verba in S. ipsius Cœnæ vsurpata, *Hoc est corpus meum*, sint tropicè, an absque vlla figura & tropo sumenda. Sine villo tropo interpretanda esse contendit Bellarminus: Nos autem figuratè & tropicè. Bellarmini igitur pro sua sententia rationes audiamus, ac refellamus.

Prima est A materia huius sacramenti: sic, S. Cœna est Sacramentum, Testamentum, Preceptum & Dogma ista verò omnia propriis, non tropicis verbis concepti à Deo, & hominibus & solent, & debent: ergo verba hæc S. Cœnæ propriè, non figuratè sunt à Christo concepta & vsurpata.

Respondeo Bellarmino: Primum eum sum- sisse hoc argumentum ab Vbiq̄itariis, quos ipse hæreticos vocat. Turpe autem est Christianum ab hæreticis suæ fidei, dogmativve probationem

mutuari: quod tamen facit iste. Illi enim, dum in nos agunt, hoc idem telum, sed hebes, nullum, falsum, assumunt. Deinde improprie loquitur Bellarm. Hoc enim ipsius argumentum proprie ductum est A genere, quemadmodum omnes vident, qui aliquid vident. Hoc autem genus vocat iste materiam, sed tropicè. Nā vti Differentia dicitur forma, sic Genus vocatur materia à Dialecticis, & Dialectica, non propria significatione & physica, sed tropica. Ergo in eo ipso, in quo tropum vllum sermonis esse negat Bellarminus, ipse tropo vtitur. In quo ipso inest manifesta inepties, contradictio & nugacitas. Quare & ineptum vel hæreticum, & contradictorium sibi ipsi est hoc Bellarmini argumentum. Tertio, est falsum. Est enim tota istius syllogismi assumptio falsa, & mendacium, vel crassissima Bellarmini ignorantia: ergo fallacia. Primum, Sacramentum, quod & à Græcis *μυστήριον*, & ab Hebræis *Sud* appellatur, ex sua ipsius natura tropicam locutionem in significatione seu re signata ob signanda semper habet. Sic circumcisio dicitur tropicè fœdus & pactum Dei. Genes. 17. v. 11, & ob signatio iustitiæ Dei. Roman. 4. vers. 11. Agnus dicitur tropicè Transitus, id est, signum transitus Dei & populi, Exod. 12. v. 13, & signum spiritualis escæ seu carnis Christi 1. Corinth. 10. v. 3. Vetera Sacramenta, licet non sint proprie sacramenta, tamè quoniam etiam redolent sacramenta, sũntque & ipsa signa Christi, tropicè populi reconciliatio & cibus Dei nominata Coloss. 2. v. 17. Heb. 7. v. 24. 9. v. 7. 9. Levit. 3. 4. Numer. 7. Est enim proprium quarto modo cuiusvis veri sacramenti, vt signo.

signorum eius significatio, ac proinde de iis locutio, sit sacramentalis, id est, figurata & tropica, nō autem propria, simplex, & absque figura Genes. 8. v. 12. 17. v. 11. Exod. 12. v. 13. 31. v. 13. Rom. 4. v. 11.

Testamenta quoque, qualia quidem in Dei verbo scripta habemus, sciant tropis, & figuratis locutionibus, quale testamentum Iacobi Patriarchæ Genes. 49. per totum. Fallitur enim Bellarminus, qui autumat hæc duntaxat Patriarchæ verba v. 29, nempe *Sepelire me cum Patribus meis in spelunca duplici*, esse totum Iacobi testamētum. Extat Moſis testamentum Deut. 33. verūm totum troporum est plenum. Extat Davidis 1. Reg. 2. in quo præcipua eius pars, quæ continetur v. 4, est tropica de successore, ac throno perpetuo Davidis futuro. Verba ipsa Dei de sanctione veteris Testamēti (quæ sunt apud Moſem Exod. cap. 24. v. 8. repetit Apostolus ad Hebræos cap. 9. v. 20, & profert hic pro se Bellarminus, nempe *Hic est sanguis Testamenti, quod pepigit Deus vobiscum*) verba, inquam, illa proculdubio sunt figurata. Nam ille sanguis appellatur Metonymicōe sanguis Testamenti, signum nempe pro re signata, quoniam ille sanguis erat signum, & obſignatio fœderis, quod Deus tunc pacifcebatur cum Israelitis. Eodem modo Zach. 9. v. 11. Ergo stolidē Bellarm. profert hos S. Scripturæ de Testamentis locos, vt probet illa in Dei verbo absque figurata locutione scribi, quū omnino figuris scateant & abundant. Sed sic verriginis spiritu homo iste agitatur, vt Agæus. Testamenti noui conceptio & phraſis Matth. 26. v. 27. Marc. 14. v. 24. Luc. 22. v. 20. tota est tropica. Modò enim vocat Christus

Nouum hoc Testamentum sanguinem, modò Vinum, modò poculum, quæ sanè figurata est locutio sanis hominibus.

Pacta & fœdera Dei etiam figuratis locutionibus constare probant fœdus cum Abrahamo iētum Genes. 15. v. 1. *Ego sum scutum tuum, & merces amplissima.* 17. v. 10. *Ego sum Deus tuus, & seminis tui.* Liberatorum tuorum, materia videlicet informis, nempe semen pro formata nempe pro filiis & liberis. Fœdus cum Davide 2. Samuel 7. v. 14. *castigabo te virga hominis, & Ps. 32. v. 17. Lampas Davidis non exstinguetur.* Fœdus Dei sub Nouo Testamento est tropicis locutionibus conceptū Hier. 31. v. 33, *inscribam in cordibus legē meam. Nemo docebit proximum suum, &c.* Hebr. 8. v. 10.

Præcepta Dei etiam figuratis locutionibus concepta sunt, Primum lex ipsa Moralis seu Decalogus totus. Nam nullum est eius præceptum, in quo non sit Synecdochica phrasis & ex parte totum colligendum, teste & interprete Christo, Matth. cap. 5. Deinde tota illa præceptio Dei Deuter. 6. & 8. *Incedendum esse in præceptis Dei, Non deflectendum ad dexteram, vel sinistram* cap. 4. Deuter. Matth. 5. v. 39, *si quis te ceciderit in dexteram maxillam, obuerte illi sinistram.* v. 42. *Ne faciem auertas ab eo qui perit abs te aliquid.* Insuper est eiusmodi præceptorum Dei, quæ tropicis constant, numerus: & ea nôrunt docti, & pii non Bellarminus.

Dogmata quoque fidei, eaque grauissima & potissima scitent & abundant tropicis ac figuratis locutionibus, quale illud Primum omnium ac fundamentum totius fidei, ac salutis nostræ & tet-

terna Genes. 3. v. 15. *Ponam ô serpens, inimicitias inter semen tuum, & semen mulieris.* Serpens enim ille est verè Diabolus Apocal. 12. v. 9. Deinde, additur, & *semen mulieris conteret caput tuum*, id est, totas vires tuas: *tu autem illi semini confringes talos*, id est fraudibus in illud semen vtèris. Quæ omnia planè sunt intelligentibus figuratè locutiones. Item dogma illud tam tritum inter istos Matth. 16. v. 18. *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam.* Item illud de auctoritate Ecclesiæ *Tibi dabo claves regni cœlorum.* Item Matth. 23. v. 2, *Super Cathedra Moysis sederunt Scribae & Pharisei.* Denique in ipso Symbolo Apostolico Articuli *Descendit ad Inferos: Sedet ad dexteram Dei Patris: Vitam eternam*, sunt tropici ac figurati. Sunt infinita alia exempla similia. Ex quibus omnibus apparet planè falsa Bellarmini, sicut diximus, assumptio.

Nec obstat exceptio & replica istius. Ergo erunt obscura Sacramenta, Testamenta, Pacta, & Præcepta, & Dogmata, quæ tamen clara & perspicua esse debuerunt. Respondeo: Nequaquam verò. Nam multa clariùs, & grauiùs explicantur huiusmodi figuratis locutionibus, quàm simplicibus, quoniam & rem ipsam tales phrasæ illustrent, & retinent auditorem attentius. Ergo commendationem conciliant S. Scripturæ, sicut tradit etiam Augustinus, locutiones eiusmodi, & auctoritatem.

Ceterùm alia quoque exèpla profert P. Martyr contra Gardinerum in fine 3. partis, ex quibus & Sacramenta velut 1. Corinth. 10. v. 4 5. v. 7: & Præcepta, Matth. 7. v. 15. 6. v. 34: & Dogmata

I. Corinth. 10. v. 17. & Hebr. 10. v. 30. Deut. 32. v. 35. docet esse figurata. Ad nostra exempla nihil respondet Bellarminus, quæ nondum ex nobis audierat. Ad illa Martyris ne *quod* quidem mutare potest. Fingit tantum esse exhortationes, non præceptiones. Verum toto cælo errat, quemadmodum loci ipsi demonstrant.

Impius autem est iste, qui, ut elabatur, siquæ potest, negat, hæc esse Christianæ fidei dogmata, *Deus est unus, Deus est trinus, Christus est Homo, Christus est Deus.* Deus bone, quæ iam igitur restabunt, & censenda erunt veræ fidei dogmata? Sic tamen iste col. 393. L. D. §. *Quod attinet*, scribit miser.

Indoctus proisus quoque est idem hic Bellarminus, qui neget præfractè verba Christi in S. Cæna vsquam ostendi in Dei verbo esse tropica, ac figurata. Nam Christus ipse id docet, Luc. 22. v. 19, dum ait, Panem à se vocari *corpus suum*, quia dabatur in recordatione sui iam iam crucifigendi veri corporis. Id docet Paulus I. Corinth. 10. v. 16, dum exponit Panem S. Cæne dici *corpus Christi*, quoniam est cõmunio nostra cum corpore Christi, id est, vel reclamante & inuito Bellarmino, ob signatio cõmunionis nostræ. Idem Paulus I. Corinth. 11. v. 24. Panem signum *corporis Christi* recordatorium esse ait. Ergo quemadmodum cæteræ S. Scripturæ intelliguntur tropicè, ut *fermentum* pro doctrina: *Ignis consumens* pro vi omnia penetrante: *Petra* pro firmissimo fundamento: &c. quia sic ab ipso Dei verbo explicantur: ita & Panis S. Cæne à nobis intelligitur figuratè, quia ab ipso Dei verbo co sensu

sensu explicatur. Itaque habet iam Bellarminus quod quærebat, explicationem figuratæ significationis *Panis* in S. Cœna.

Secunda probatio Bellarmini sumitur à Personis Apostolorum, quos alloquebatur: & à loco & Tempore, quo loquebatur Christus. Nam Apostolis, inquit iste, non loquebatur figuratè Christus & in parabolis. Matth. 13. v. 11. Marc. 4. v. 34, sed sine tropo. Deinde locus, & tempus requirebant, vt hæc prima S. Cœnæ institutio perspicuè proponeretur Apostolis, qui postea eam alios docturi erāt. Ergo sine tropo & figura sunt sumenda & audienda hæc Christi verba, *Hoc est corpus meum*: Sic iste.

Respondeo sic isti: Primùm esse falsissimum, Christum nihil suis illis XII. Apostolis figuratè dixisse, aut tropicè eum iis locutum esse. Nam ex Matth. cap. 5. agens de beatitatibus: cap. 13. agens de Regno Dei: cap. 25. agens de Virginibus & Talentis tropicè cum iis locutus est. Deinde respondeo, Non potuisse Christum, vt nos, suòsque Apostolos commodissimè doceret, magis propriè in Sacramento, & de significatione signi sacramentalis loqui quàm phrasi, & locutione Sacramentali, ac proinde tropica.

Excipit iste: At Christus etiam obscuras suas locutiones semper suis illis Apostolis explicuit. Respondeo, ex Marc. 4. v. 34, Hoc esse verissimum. Itaque in S. Cœna instituenda vocem *Panis* (quem suum corpus appellauit) exposuit dici suum corpus figuratè, Nempe quoniam *Panis*, tunc instituebatur, vt in posterum esset commemoratio Christi corporis pro pec-

catis suorū redimendis passuri, & nūc passi. Itaq; omnia prudētissimè, cōmodissimè, facillimè, sapiētissimè egit, instituit, dixit, exposuit in S. Cœna Dominus noster Iesus Christus. Nam cœcutit Bellarminus, dum negat Christum, Lucam, & Paulum vocem hanc *Panis* in S. Cœna exposuisse: Imò indicant figuratè dici *corpus Christi*.

Tertia probatio Bellarmini ducitur à sententia Interpretum, quos impudenter negat eam Christi orationem interpretatos, Panē pro figura Corporis sumsisse. Respondeo: Hoc est falsum, vt in exponendis Patrum dictis suo loco tractabimus, ac demonstrabimus.

Quarta ratio Bellarmini ducitur, vt ipse vult à communi quadam regula, videlicet hæc: Nunquam discedendum est à propria verborum significatione, & ad tropicam recurrendum, nisi ex alio S. Scripturæ loco, aut fidei Articulo id facere cogamur. At non cogimur in his S. Cœnae verbis, *Hoc est corpus meum*, exponendis: ergo in his minimè est à proprio verborum sensu recedendum.

Respondeo Bellarmino: Loci S. Scripturæ expressi & ij plures, velut 1. Corinth. 10. v. 16, 11. v. 24, & Luc. 22. v. 17, docent verba hæc Christi (& quòd *Hoc*, id est, *Panis sacramentalis sit corpus verum Christi*) esse verba tropica. Nā sicut Vinum & Poculum in eadem S. Cœna dicuntur Christi sanguis, fœdus Dei & Testamentum tropicè & figuratè, sic in eadem S. Cœna Panis vocatur figuratè corpus Christi.

Articuli fidei & Symboli plures nos planè cogunt sic interpretari hæc verba Christi, nempe tropi-

tropicè. Primus, *Natus ex Maria virgine*. Nam si Christus vere natus est ex Maria virgine, ipsius corpus est semen Mariæ, non est autem (vt Pontificia interpretatio vult) substantia veri Panis & terreni. Secundus Articulus, *Mortuus est, passus, Crucifixus*. Quod si hæc Christus corpore passus est verè, ergo erat verum corpus & humanum: non, vt statuit Pontificia interpretatio, ex substantia Panis à pistore confecti creatum. Tertius Articulus est, *Ascendit in cælos*. Ergo hoc corpus iam non est in terris hisce. Quartus Articulus est *Veniet iudicare vivos & mortuos*. Ergo corpus Christi vsque ad hoc tempus cælo contineatur necesse est, vt inquit Petrus Act. 3. v. 21.

Patres, Scholastici, Canonistæ quoque ipsi in his verbis, *Hoc est Corpus meum*, verbum *Est*, pro *Significat* sumi testantur, scribunt, contendunt. Et hæc quidem hætenus, quæ hoc totum cap. 9. Bellarmini confutant.

Ad Cap. x.

Verba institutionis S. Cœnæ expositurus Bellarminus, tota simul non proponit ex Euangelistis: sed discerpit, ne, si vniuersim ea ex Dei verbo recitasset, canonein suæ Missæ longè ab illis Euangelistarū verbis dissimilimū euerteret. Vdit enim iste in cap. *Cum Martha*. Ext. *De Celebrat. Missarum*, quantum labore in Euangelistarum & Canonis Missalis verbis inter se conciliandis Innocentius 111. Papa in hoc argumento subtilissimus. Itaque isto labore sese liberare voluit Bellarminus.

Primum igitur iste valde æstuat in horū verborum *ἰστορίαν* & *ἰσχάριστον* significatione di-

itinguenda. At istud discere potuit ex V. doctif-
 fimi in Græcis, & Theologicis, Theodori Bezae,
 Maioribus commentariis in Nouū Testamen-
 tū. *Εὐλογεῖν* dedicare Deo aliquid ex ipsius præ-
 cepto significat. Itaque rectè dicitur Christus, &
 Pastor Ecclesiæ *εὐλογεῖν* & dedicare Panem &
 Vinum Sacramentale in S. Cœna, vt sint nobis
 rei sacræ, & salutaris Dei gratiæ testimonium &
 obsignatio. Verbum *εὐχαριστεῖν* declarat gratias
 Deo propter huiusmodi suum in nos beneficiū
 agere. Ex quo fit, vt rectè quoque & Christus, &
 Pastor dicantur in S. Cœna Deo *εὐχαριστεῖν* pro-
 pter tantum suum erga nos beneficium. Vnde S.
 Cœna Eucharistia dicta est quoque. Ex quo ap-
 paret manifesta Bellarmini & impudens in nos
 calumnia, qui fingit nos negare, & Panem & Vi-
 num S. Cœnæ à Pastore debere *εὐλογεῖσθαι*, & *εὐ-
 χαρισθῆναι*, id est, dedicari in sacrum vsum, & de
 eo in singulis Cœnis sacræ vero Deo summas
 gratias agi oportere. Imò hoc fatemur, agimus
 ipsi, docemus. Sed in eo ab istis dissentimus,
 Quòd isti Magicam esse istam benedictionem
 & consecrationem volūt, certo syllabarum nu-
 mero alligatam, & per quam corpus Christi è
 cœlo eliciatur, & detrahatur in has terras, Nos
 istam benedictionem & signorum consecratio-
 nem docemus ac dicimus esse, solā declaratio-
 nem sacri, sanctique vsus istorum signorum ex
 Christi instituto in S. Cœna, atq; ex eiusdē pro-
 missione. Quid nostra sententia veriùs? Quid
 Pontificia sceleratius, & mendacius?

Quòd autem ait iste, Christam neque bene-
 dixisse Aquam, neque gratias Deo egisse in Ba-
 ptisano

ptismo, sed solùm benedixisse signa S. Cœnæ: ergo mutationē substantiæ istorū signorū fieri solùm in S. Cœna, quæ nulla fit in Aqua Baptismi. Respondeo: Ex benedictione à Christo facta nulla sequitur mutatio naturæ, aut substantiæ rerum, quibus Deus, aut Christus benedicit. Deus rebus à se creatis benedixit Genes. 1. Nec tamen propterea rerum earum naturam mutat, imò confirmat. Christus benedicit panes, quos turbæ distribuit, & pisces Iohan. 6. v. 11. Matth. 14. v. 19. neque tamen piscium aut Panum naturam (vt neque Pisces essent, neque Panes) immutauit, imò eam confirmauit. Ergo ista Bellarmini conclusio Christus Pani & Vino benedixit, ergo eorum substantiam mutauit, est fallacia A non cōsequente. Deinde fallum est Christum Aquæ Baptismi non benedixisse, quum iussit Apostolos, vt baptizarēt. Nam quum expresse iubet, vt ante Baptismi administrationem, prædicent Euangelium, iubet vt significatio Aquæ Baptismi sacra prius explicetur & declaretur: quæ declaratio & explicatio (per quam illa Aqua Baptismi ad sacrum vsum designatur) proculdubio est à Christo facta, præceptaque Aquæ benedictio. Sed iste nullam sacram benedictionem esse vel fieri intelligit, nisi quæ magica sit, & incantatio quædam. Ergo fallum est istius assumptum, Aquam Baptismi non fuisse à Christo benedictam.

H O C.

Iam ad verba ipsa Christi accedit, & ex his Primum esse vult pronomen *Hoc*. Fallitur. Præcedunt enim ista, *Accipite, edite*. Sed quoniam

illa Christi verba monstrât Panē nō nisi in vsu,
 esse signū corporis Christi : extra vsū autem
 Sacramenti nequaquam esse eiusmodi signum,
 idcirco veteratoriē illa verba iste prætermitit,
 quia transsubstātionem & mutationem sub-
 stantia Panis evertunt. Hæc enim facit Panem
 signum corporis Christi extra vsū : illa verba
 esse negant. Quid vox autem ista, *Hoc*, significet
 in his verbis Christi, *Hoc est corpus meum*, ex no-
 stra mente quærit iste. Breuis est nostra respon-
 sio & vera, *Hoc*, significat Panem, quem in ma-
 nibus habebat, & tunc Apostolis porrigebat
 Christus, quem etiam post benedictionem vo-
 cat verum Panem Paulus I. Corinth. II. v. 28. 29.
 Ergo *Hoc*, id est, Panis hic quē tunc porrigebat
 Christus in S. sua Cæna, & nunc porrigunt Pa-
 stores celebrantes sacram Domini Cænam, est
 illud de quo sequentia Christi verba, *est corpus
 meum*, tropicè intelliguntur.

Verū nostram explicationem Bellarminus
 refellere conatur. Ait enim Pronomen *Hoc*, aut
 esse nomen adiectiuum in hac Christi locutio-
 ne, aut substātiuū. At neutrum est. Quare fallā
 est Euangelicorum interpretatio, ait. Respōdeo:
 est substantiuū hoc pronomen, id est, substan-
 tiuè sumitur, pro eo, quod aliis verbis diceretur.
 Hic Panis, quem porrigo, quem habeo in mani-
 bus, quē contrector: itē, Hæc res, quā videtis. Est
 autem & vulgare & familiare, vt etiā adiectiua
 nomina substantiuè sumta, sūt neutri generis.
 Virgilius in Bueolicis,

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbrēs,
 Et quia nos iste ad Grammaticos reuocat, me-
 minat.

minerit vel istius puerilis Despauteri regulæ:

Mobile pro fixo, tacitum si subsit, habetur:

Quòd si non tacitum subsit, neutri generis sit.

At excipit Bellarminus: Nemo fratrem, & Patrē (qui sunt masculini generis) ostendens diceret aptè & latinè, *Hoc est Pater meus, Hoc est frater meus*: sed, *Hic est Pater meus*. Respondeo: Tamen rectè diceretur, *Hoc, quod tango, est Pater meus*. Verùm hæc differentia est quòd personarū nomina cum suo genere coniunguntur καὶ ἐξοχλῶ: rerum cæterarum, & animatarū nomina in neutro genere & Græcè & Latinè loquentibus ponuntur. Rectè igitur de Pane Evangelistæ dixerunt, *Hoc*, in neutro genere, non in masculino.

Sed obsecro, quanam sunt istæ Bellarmini ineptiæ? Nos à Theologicis abducere, ad Grammaticos traducere? Et quom suam sententiam ex Dei verbo tueri non possit, eam ex confictis & falsis Grammaticorum regulis confirmare vellet? Quid si ipse excipiam, Verba Christi nativæ fuisse duo duntaxat hæc, *Hu bescari, Est caro mea* (Nam *Hu* propriè significat Hebræis, quod, *est* Latinis ἔστι Græcis) omnim istam de Pronomine *Hoc* probationem, & controuersiam Bellarmini vno verbo inanem reddidero? Certè nulla huius pronominis, *Hoc*, tam putida interpretatio esse potest, quàm istorum, qui volunt hæc vocem esse Individuum vagum, id est, nihil omnino certum significare. Id quod est falsum.

Bellarminus virget: Addit enim, Si *Hoc*, de Pane ipso terreno diceretur, in prima parte S. Cænae, vox eadem *Hoc* diceretur de vino in secunda eiusdem S. Cænae parte. Verùm de vino non

dicitur. Respondeo: Imò, vt apparet ex Matth. 26. v. 28, Marc. 14. ver. 24, vox *Hoc* difertè de vero Vino sumitur quoque. Itaque toto cœlo hallucinatur Bellarminus hoc loco.

At excipit: Apud Lucam 22. v. 20. accipitur de Poculo, non de Vino. Dicitur enim, *Hoc poculum est Nouum Testamentum*, non autem *Hoc Vinum*. Respondeo idè quod Th. Beza: Duplicem tropum esse in his Christi verbis, quæ apud Lucam sunt institutio S. Cœnæ. Primus tropus est, quòd poculum pro Vino, continens pro cœnato ponitur. Alter tropus est, quòd vinum ipsam vocatur fœdus ac testamentum Nouum, signum pro re signata, id est, pro sanguine Christi. Rectè verò Beza ex Basilio docet postremum de Luc. 22. v. 20. scribendum dandi casu, *quod*. Quare ex vetera interpretatione vocis, *Hoc*, refutat Pontificiorum sententia de transsubstantiatione Panis in verum corpus Christi in S. Cœna: nostra verò planè confirmatur.

E S T.

Quid verbum, *Est*, in verbis Christi notet, anxie, sed frustra, quarit iste. Quum enim sit S. Cœna sacramentum, quemadmodum vos, *Est*, in ceteris & Nomi, & Veteris Testamenti sacramentis sumitur: sic & in S. Cœna. At sumitur, *Est*, pro re significatur, repræsentat, obsignat verè: Ergo & in S. Cœna. Textus expressi, Genes. 17. v. 7. Roma. 4. p. v. 11. de Circumcisione: Exod. 12. v. 13. de Agno Paschali: Ezech. 20. v. 20. de Sabbatho: Leuit. 8. v. 15. & 34. Numer. 7. Hebr. 9. v. 13. 14. de Sacrificiis: Act. 15. v. 9. Ephes. 5. v. 26. de Baptismo: 1. Corinth. 10. v. 16. 11. v. 2. de S. Cœna. Deniq; infiniti sunt S. Scrip-
pturæ

præ loci, ubi verbum *Est* pro significat, & representat, sumi debet, Ioan. I. v. 29. I. v. 6. I. Cor. 10. v. 5. Nec verò verbum *Est* unquam substantiæ unius mutationem in aliam significat. Nam aut dicitur de re, quæ naturâ talis est, ut quum dicitur, Petrus est homo, & tunc non mutatur Petri naturæ, & substantia in hominem: Aut dicitur de re, quæ disparata est nec naturâ talis, ut quum sic loquimur, Christus est Agnus, Petra, via, ostium, & tunc non mutatur substantia Christi in hanc rerum substantiam.

Impudens autem est Bellarminus, & verè naturam verè Theologi amittit, & mutat, quum negat quod est verissimum, nimirum verbum *Est* à se & à suis pro Transsubstantiatur accipi. Sed quid non negat, quum premitur?

Fatus etiam est, & ineptus, quum multis verbis in eo probando immoratur, Verbum *Est* significare *Est*. Quis hoc negat? Verum est hæc ratio, Petitio Principij. Obscurum enim per æquè obscurum probatur & explicatur. Est & nugacitas, velut, si dicam, Petrus est Petrus. Respondeo igitur, Duplex est significatio, teste in Politicis Aristotele, huius verbi, videlicet Alia Propria, ut quum dico, Deus est: Alia Seruilis, ut quum dico, Deus est ignis consumens, Petrus est tutor, Tunc enim *Est* verè inseruit sequenti voci. Ex quo fit, ut nihil dicat Bellarminus, quum ait, *Est* significat *Est*. Nam illud *Est* vel propriè sumitur, vel seruiliter, quatenus nempe ad sequentes voces refertur, & eorum significationi inseruit, & tunc *Est* metaphoricè & tropicè sumi potest, pro rei, de qua agitur, natura, ut in S. Domini Cæna.

Vnde verus totius huius orationis tropus, *Hoc est corpus meum*, est in verbo *Est*, vt rectè docemus nos Orthodoxi. Nam duntaxat rotam hanc quaestionē inuoluit Bellarminus, et si per se iam plus satis difficilem, & inuolutam. Quod enim negat verbum *Est* vnquam aliter, quam in propria significatione sumi posse, est vel impudens mendacium Bellarmini, vel pecudis ignorantia: quam ipse refutat. Quum sit enim, isto teste, *Est* omnium propositionum copula, certè qualis est prædicati de suo subiecto attributio, & in eo inhaerentia, talis quoque est verbi *Est* significatio, vel propria, vel seruilis. Hoc iam discat Bellarminus à nobis.

CORPVS.

Corporis vox in hac eadem Christi oratione. *Hoc est corpus meum*, propriè sumitur de vero & naturali corpore Christi: de Pane autem & signo Tropicè. Ergo corpus verum Christi nobis significat & obsignat Panis: verum ipse Panis tropicè corpus Christi dicitur. Est enim illius signum duntaxat: non est autem verum & reale corpus Christi, Panis ille sacramentalis.

At excipit Bellarminus: corpus Christi nunc quâ sumitur, nisi aut pro naturali corpore Christi in quo passus est, aut pro Mystico, pro quo passus est, nempe pro Ecclesia: ergo nunquam accipitur pro sacramentali corpore Christi. Respondeo: falsum est hoc Bellarmini assumptum. Nam Paulus 1. Corinth. 10. v. 16. Panem vocat corpus Christi sacramentale, & testificans nostram cum Christi corpore communionem: & cap. 11. v. 24. corpus suggerens memoriam veri Christi corpor-

corporis: & Augustinus lib. 3. cap. 16. de Doctrina Christiana, Tractatu 25. & 26. in Iohannem, Panem esse corpus Christi sacramentale tantum, non autem naturale, non item mysticum fatetur. Item in epistola 23. Theodorus Dialog. 1. Terrallianus item & alij. Atque Pronominis *Hic* vera explicatio nostra (quod non pro vero, sed sacramentali Pane duntaxat sumatur) idem confirmat. Denique probant hoc ipsum verba Christi quæ sequuntur, *Quod pro vobis datur, seu frangitur & frangetur.* Nec enim Panis à Christo potestus Apostolis, & ab iis comesus, passus est in cruce pro remissione peccatorum: (vnde non fuit verum corpus Christi) sed fuit corpus Christi sacramentale, Nimirum verè representans verum illud Christi corpus, quod pro nobis est in cruce passum.

Quod autem homo iste ignarus nodum in seipso quaerit, & miratur modò dici de vero corpore Christi, *frangitur*, per verbum præsentis temporis, modò *Frangetur* per futurum tempus, ineptus est. Quum enim iam iam passurus esset Christus in corpore, & iam in anima pateretur, potius est, siue dicatur de Christi corpore, *frangitur*, siue *frangetur*. Sed homo tenebrius ista tam excitationem videt: & ambitiosus, turbas in simulo & re facili mouet, ut ingeniù ostendet suum. Itaque insulsius est, dum verbum *frangitur* explicat, offertur vobis: & verbum *effunditur*, libatur & bibitur à vobis. Quis has nugas in tam angustio Christi mysterio patienter ferat? Ergo omnis sequenda est nostra, quæ est orthodoxa, expolitio: & sententia, quæ nihil absurdum habet.

Quo I autem ait, Panem S. Cœna, si est Symbolum veri & naturalis corporis Christi, esse quoque signum corporis eiusdem mystici, Id est, Ecclesiæ, ex 1. Corinth. 10. v. 17, male colligit. confundit enim exhortationem ad charitatem & mutuam eiusdem corporis concordiam, quam ex materia Panis (qui fit vnum corpus ex pluribus granis) Paulus sumit cum sacramentali significatione Panis. Sacramentalis igitur significatio Panis est, vt nobis obsignet communionem nostram cum vero & essentiali corpore Christi v. 16: exhortatio Pauli est, vt inde concordies inter nos esse discamus, quum sumus omnes (licet distinctè & sigillatim considerati plures numero) tamen vnum corpus. Sic in eadem epistola 1. Corinth. 5. v. 7. & 8, postquam veram Agni Paschalis significationem docuit esse Christum, ex rebus Agno edendo adhaerentis, nempe Pane Azymo, exhortatur idem Paulus ad vitam sanctitatem & puritatem. Sed in hoc tomo secundo miscet omnia, vt tenebras lectorum animis offundat Bellarminus, ne intelligendo intelligant.

Excipit Bellarminus: Verba hæc Christi de corpore, *quod datur*, & de sanguine, *qui effunditur pro vobis*, intelliguntur de vero & essentiali Christi corpore: Atqui dicuntur de Pane & Vino: Ergo Panis & vinum sunt verum corpus & verus sanguis Christi. Respondeo: Fallitur Bellarminus, dum illa verba, Pani & Vino applicat: quæ vero & essentiali corpori & sanguini Christi solum competunt. Sed dicuntur illa signa esse signa veri, non fictitij cuiusdam corporis & sanguinis.

guinis Christi, videlicet eius corporis Christi, quod iam iam mox crucifigendum erat. Quare quod sacramentaliter & figuratè de Pane & Vino dicitur, sumit Bellarm. absque tropo, & simpliciter, vel malitiosè, vel imperitè: tam est malignus, aut hebes.

D. Iohannis Caluini, & D. P. Martyris sententia eadem est, & ea ipsa, quam supra confirmauimus. Sed Bellarminus, qui habet malignum oculum, dum perspicua tantorum Doctorum scripta legit, non animaduertit (tam est odio in nos excæcatus) quid dicant. Vult igitur vterque signa sacramentalia à Deo instituta nequaquam esse inanes rerum, quas esse dicuntur, & quas representant, figuras, picturas, imagines (velut imago Herculis picturæ vocatur *Hercules*) sed verissima, certissima, infallibilia credentibus earum testimonia, oblatarum & prestanda enim, ut iste, nos calumpniantur, quasi Panem & Vinum sacramentale velimus esse solas corporis veri Christi picturas. Id quod in nos est calumpiosè dictum. Sed quid hæc Transubstantiationem iuuant: Certè nihil.

Caluini quoque sententia est: Aliud esse credere, Aliud manducare carnem Christi, quanquàm hæc duo inter sese semper coniunguntur. Nam credere & fides vera in Christum est verissimum & vnicum manducanda carnis Christi veræ instrumentum n. Distinguit autem hæc duo Caluinus multis de causis, sed imprimis tribus. Prima: quæ usum Sacramentorum signorumque propterea cõteineret, quia fidem habet, per quam

Spiritualiter carni Christi communicat. Secunda: Ne proprium Dei opus ipsi Dei instrumento attribueremus, nempe manducationem carnis veræ Christi fidei nostræ in eum. Fides enim nostra est duntaxat Spiritus sancti instrumentum nos præparans ad participandam Christi carnem. Ipse verò Spiritus sanctus est is, qui vobis Christi carnem veram communicat. Tertia: Ne quis hoc Augustini dicto Tract. 25. in Iohannem, *Crede & manducasti*, can. *Vt quid paras*, consecrat. dist. 2, deciperetur, quasi esset idem conditio, id est, fides, & conditionis effectum seu præbitio carnis veræ Christi, quæ toto genere differunt.

Porrò rectissimè Calvinus & nos docemus fide opus esse ad hanc veræ Christi carnis participationem, etiam in S. Cœna, quoniam illa caro est in cœlis, & absens ab his terris, præsentia locali, & corporali. Nostra verò cum Christo communicatio fit per solam fidem Ephes. 3. v. 6. Iohan. 1. v. 3. Quamobrem opus est fide, qua verè, non imaginariè, ut iste nobis affingit, Christum participemus. Fide enim fit nostris animis, non autem signis, Christus verè præsens, sed spiritali, non carnali, aut locali præsentia, quam fingit Transsubstantiatio.

Cæterùm hoc refellere vult iste. Nam ait: sic nequaquam manducamus in S. Cœna veram Christi carnem ex Caluini sententia, quia solùm credimus, & solùm credere non est Christi carnem edere. Respondeo: Nugator est iste, qui diuellit ea, quæ ex Dei verbo Calvinus coniunxit. Vult enim Calvinus nos in S. Cœna credentes in Christum & credere, & edere: quod credimus, est

est fidei: quod edimus carnem Christi, est effectū
 promissionis Dei: id quod non Pani & signo vt
 iste falsò contendit, tribuendum est, sed ipsi Spi-
 ritui sancto. Planè verò ineptus est Bellarminus,
 qui negat effectū fidei, id est, carnis Christi man-
 ducationem distinguendam esse à fide ipsa. Nū-
 quam enim idem sunt (quantumuis inter se con-
 iungantur causa, & effectū: quod iste, sed falsò,
 tamen vult. Deinde quòd idem instat & vrget,
 Manducationem carnis Christi vel esse Actio-
 nem nostram, vel pendere ab Actione nostra, &
 quidem alia, & diuersa à nostra fide, falsum est,
 & fallitur toto cælo isto. Nam participatio seu
 datio veræ carnis Christi, communicatiōque &
 applicatio eius, est opus Spiritus sancti, non autē
 nostra actio. Nec aliud opus, vel Actio à nobis
 requiritur ad hanc carnem Christi (quam appli-
 cat nobis Spiritus sanctus) participandam, quàm
 fides nostra Iohan. 6. v. 29. Ergo quantum hallu-
 cinetur ipse, non autem Calvinus, perspicit iam
 Bellarminus. Nec quicquam plus ex eo, quòd
 participatio nostra de Christo dicitur *Mandu-
 catio*, colligi debet, quàm nos verè spiritualiter
 ali vera carne, & vero sanguine Christi, non au-
 tem vt quicquid fit & interuenit in carnali Man-
 ducatione, ad hunc spiritualem carnis Christi
 esum sigillatim accommodemus & transfera-
 mus. Hoc enim est hominis imperiti, qui nō in-
 telligit rem & communionem illam spirituale
 ista corporali metaphora propter nostram im-
 becillitatem explicari, non autem illa duo tam
 diuersa sigillatim & in omnibus conferri seu
 cōparari. Itaque turpissimè fallitur in hac com-

paratione urgenda Bellarminus & ipse ineptis non nos, vel Calainus.

Secunda ratio Bellarmini est: Nisi Panis S. Cœnæ sit ipsa verum corpus Christi: & non solum signum, efficax mortis Christi, nihil differt Panis hic ab Imagine Crucifixi dæpieta. Verùm differt plarimum. Ergo Panis S. Cœnæ est verum corpus Christi & essenziale. Respondeo: Etil Imago Crucifixi reuocat nos in memoriam mortis Christi ex ipso rei aspectu, nullum tamen ex eâ morte Christi fructum nobis obliquat, sed re gestâ, velut pictura, duntaxat repræsentat, ex solo genere signi & picturæ. At Panis S. Cœnæ & Vinum non tantum nobis mortem Christi reuocant in memoriam, sed & eam verè eventisse testantur (quod non facit Imago Crucifixi) & genere picturæ: nam multa fallâ pinguntur) & illius Christi mortis fructum, quem percipimus, obliquant verillimè & efficacissimè. Ex quo fit, vt toto genere Panis ille differat ab Imagine & pictura Crucifixi, contra quam iste putat.

Tertia Bellarmini ratio (quam tamè cum secunda confundit, est hæc: Si Panis S. Cœnæ duntaxat efficax symbolum, veræ carnis Christi, propterea que corpus Christi nominatur, debuerunt & Veteris Testamenti symbola, quæ veram Christi carnem referebant (velut Agnus Paschalis & Manna dici corpus Christi, sicut & Panis S. Cœnæ. Atqui nusquam sic appellantur. Ergo Panis ille alia de causâ dicitur corpus Christi. Respondeo cum P. Martyre: Illa Veteris Testamenti symbola dicuntur quidem fuisse verâ & efficacia signa corporis & carnis Christi i. Corinth.

rinth. 10. v. 3. corpus tamen & caro Christi vocata non sunt, quia nondum in rerum natura illa vera Christi caro existerat, quæ ab hominibus agnosci posset, & perspicue intelligi: nec dum etiam passus erat Christus. Sine fide autem & intelligentia huius passionis, non potest concipi illa Christi caro vera esse nobis vivifica.

Verum nostram solutionem oppugnat Bellarminus. Ait enim, ut signum rei signata nomen accipiat, nihil necesse est, ut res signata iam præcesserit. Respondet: Quum signa sacramentalia cum fide & ex fide dici debeant & nominari res ipsæ signata: Fides autem nulla sit rei ignote Roman. 10. v. 14. 15. certe illa Vetera signa caro Christi ex fide audientium dici & nominari nondum potuerunt: quoniam homines nondum & eam Christi carnem, & eius passionem perspicue norant, & intelligebant. Credebatur quidem a Iudeis venturus in mundum Messias, & homo futurus: eum passurum esse Prophetæ quidem prædixerant Psal. 22. Il. 53. 1. Petr. 1. v. 11. Verum quomodo quisque hæc in Veteri Testamento, & sub illis umbris obscuris intelligebat? Ergo signa illa Vetera nondum caro Christi crucifixa dici ratione hominum potuerunt: At sub Evangelio potuerunt, postquam hæc omnino fuerunt peracta.

Quarto obiicit Bellarminus: Ergo & aqua Baptismi corpus Christi dici debuit. Est enim efficax signum mortis Christi Roman. 6. v. 4. Respondet: Prout signa sacramentorum Christum representant, sic nominantur. At aqua Baptismi representat Christum, quæ sanguine suo nos

purgat. Ergo sanguis Christi dici posset, non autem corpus Christi. Aqua Baptismi. Ex diuerso enim modo representationis Christi, signa in Sacramento diuersa nomina sortiuntur. Quod miror ignorare hunc, qui se tamen proficitur Theologum.

Quod obiicit, Verbum Dei Lectum, vel prædicatum suggerere nobis memoriã mortis Christi, est nihili. Nam verbum Dei purum seu Lectum, seu prædicatum, nequaquam est sacramentum. Inepit igitur Bellarminus.

M E V M.

Nullam habet controuersiam vox hæc in verbis Christi, *Hoc est corpus meum*. Quam obrem prætermittenda est: Neque, more Bellarmini, quæredus nobis in scirpo, ybi nullus est, nodus.

Ad Cap. xi.

Nostorum argumentis respondere vult, si potest, Bellarminus: ac primùm Berengarii, quæ refert Guitmūdus lib. 2. contra Berengarium. Sunt autem illa quinque. Primùm, Christus Panem solum habebat in manibus, quum dixit, *Hoc est corpus meum*. Secundum, Christus ait Matth. 26. v. 27. *Bibite ex hoc*, Nempe vino, (nondum enim à Christo facta fuerat consecratio) omnes: ergo Christus tunc Vinum dedit. Si Vinum dedit, & Panem dedit. Est enim eadem ratio in S. Cœna vtriusque signi. Tertio, Christus ait Luc. 22. *Hoc poculum*, ergo non vinum sed Poculum esset verus sanguis Christi. Quarto, Hebræi non habent genus neutrum: ergo Christus dixit, *Hic Panis est corpus meum*. Quinto, Christus dedit Apostolis id ipsum, quod in manus

nus accepit, & fregit, & benedixit. Atqui Panem
verum accepit: ergo Panem verum dedit suis A-
postolis.

Respondet his tot argumētis verissimis & so-
lidissimis Bellarminus & confusè, & suo mote,
variè, quum extricare & expedire sese non po-
test. Primum igitur in globo respondet, sed per-
plexè, & sibi cōtradiçtorie. Nam dubitat, vtrum
pronomē *Hoc* sumatur adiectiue, vel substan-
tiue. Deinde definit, nobis assentiens, accipi so-
lūm posse substantiue: quod ipsum euertens ait
postea pronomē *Hoc*, significare, *Hoc edulium*.
Ergo adiectiue sumitur, non substantiue. Nam
in hac locutione, *Hoc edulium*, *Hoc* accipitur ex
omnium Grammaticorū regulis adiectiue. Pzæ-
terea vox *Hoc* tunc, ex hac Bellarmini interpre-
tatione, significat verum Panem. Nam quod e-
dulium, vel edule tunc porrigebat Christus A-
postolis, erat verus Panis, non corpus aliud. Er-
go seipsum refutat, Berégarij sententiā cōfirmat.
Bellarminus vel inuitus, tanta vis est veritatis.

Deinde affirmat hic idem suos in huius Pro-
nominis *Hoc* explicatione variare, & dissentire
inter se. Nam eorum Alij volunt *Hoc* significa-
re Panem, & *Hic*, sanguinem. Hoc ipsum refutat
tamen vt omnibus suis doctior appareat, quia
pronomē *Hoc* declararet rem iam præsentem,
nempe Panem, & non futuram, Nempe Panem
postea conuertendam in verum corpus Christi,
quod euertit suam Helenam ac Transsubstan-
tiationem Pōtificiā. Alij, vt Thomas in 3. par-
te, quæst. 78. Art. 2. & 5, sentiunt pronomē *Hoc*
significare substantiam quandam, ac proinde

Individuum vagum, quod sub accidentibus Panis & vini latet. Hanc sententiam, quæ falsissima est, iste verissimam putat. Itaque vult pronomen *Hæc* non declarare verum panem: sed quandam incertam substantiam rectam & latentem sub speciebus, id est, accidentibus Panis. Sic enim isti Speciem vocant Accidentia, omnem Dialecticam, Physicam, Jurisprudentiam euertentes. ex quo fit, vt neget Berégario Bellarminus *Hoc* significare Panem. Respondeo: *Hæc* Bellarmini sententia suprà fuit refutata luculentissime.

Porro insullus est iste, qui, quum Poculum sumit pro vino, id est, continens pro contento, neget esse tropum, & Metonymiam.

Quod negat quoque iste à Christo fuisse illud ipsum benedictum, quod discipulis suis tradebat, se imperitum vel Cæcū ostendit. Nihil enim verius. Panem autem Christus offerebat & porrigebat, vt rectè Calvinus & Martyr scribūt, non corpus verum suum: non iam enim facta erat Panis transsubstantiatio: nō sola, vt vult Thomas, offerebat accidentia & species Panis. Illæ enim non alunt, nec vim corporis Christi in animas nostras referunt: nō aliud denique, quàm Panem, offerebat, alioqui tota S. Cœna fuisset mera præstigiæ: ergo verum Panem Christus in S. Cœna dedit, quum dixit, *Accipite, edite, Hoc est corpus meum*: id quod Panis transsubstantiationem euertit: nostram autem sententiam planè confirmat, & stabilit.

Rectè autem P. Martyr irridet individuum vagum, quod isti voce *Hoc* significari volūt. Nam individuum istud vagum nihil est, nec certè dem-

monstrari, aut porrigi potest. Ergo nihil omnino Christus in sua & sacra Cœna obtulisset: in dō & Apostolos fefellisset, & nunc quoque nos falleret: quæ summa est in eum blasphemia.

Quid ad hoc Bellarminus? Primum mirè pugnat cum suis, nempe cum Iohanne Scoto in lib. 4. dist. 8. Art. 2, & Dominico Aſoto in lib. 4. Sentent. dist. 11. quæst. 1. Art. 5. Uterque enim fatetur *Hoc* significare Individuum vagum, & substantiam incertam. Hoc ipsum negat Bellarminus. Ergo cum suis pugnat.

Pugnat quoque ille secum. Nam postea agnoscit pronomen *Hoc* declarare individuum vagum, quod per verbum, *est*, determinatur, & certum redditur. Respondeo: Verbum *est* habet seruilem illic significationem, sicut antea demonstrauimus: ergo si nihil certi ponit prædicatio, nec verbi *est* significatio definit quidpiam.

Individuum enim vagum certò definiti, demonstrari, & determinari non potest, vt rectè sentit P. Martyr. Nec valet responſo Bellarmini per vocem *Hoc* determinari certam substantiã. Significat enim, ait, vna hæc vox *Hoc* totum istud, *substantia sub istis speciebus & accidentibus comprehensa*. Ergo figurata est significatio huius vocis, *Hoc*, si hoc totum declarat. Primum est synecdoche, qua pars pro toto, teste ponitur: deinde Metalepsis est. Accidēs seu appositam pro substantia seu pro supposito ponitur. Est igitur in hac voce, *Hoc*, duplex tropus, interprete iam Bellarmino. Atqui negat ipse vllum tropum inesse in his Christi verbis, *Hoc est corpus meum*. Deinde dicendum erat à Christo, *Hic*, plurali

numero: non autem, *Hoc*, singulari. Sed in quas
tandem ineptias iste prolabitur miser, dum mē-
daciū contra nos, & veritatem tueri studet.

Secundum nostrum argumentum est: Pontifi-
cij accipiunt ipsi verbum, *est*, tropicè pro *fit*,
vel *transsubstantiatur*. Volunt enim hæc Christi
verba esse operatoria, sicut ista Genes. 1. *Fiat lux*.
Deinde ante omnia verba consecrationis pro-
nuntiata non mutatur Panis in verum corpus
Christi. Ergo *est* sumitur pro *fit*. Est autem hæc i-
psa significatio figurata. Quare Pontificij ipsi
tropum in verbis Christi statuunt.

Bellarminus nihil respondet ad hanc nostram
obiectionem: imò nostram sententiam, ut &
Thomas in 3. parte, quæst. 78. Artic. 5. confirmat.
Concedit enim deum in extremo pronuntia-
torum verborum fieri Panis in verum corpus
Christi conversionem. Ergo fatetur dum Christo
stus diceret hæc duo solum verba, *Hoc est*, non
dum fuisse, factam conversionem Panis: ac proinde
de vel Panem tunc adhuc remansisse Panem: vel
totum illud fuisse indiuiduum adhuc vagum ac
rem nullam, vel incertam. Denique quod ait
ste se prorsus inuoluens, verba illa, *Hoc est*, cor-
pūs meum, esse causam conversionis, ac proinde
precedere debere conversionem: item, Conuer-
sionem precedere verba illa, est manifesta con-
tradictio, ἀτιλογία & falsitas. Idē enim rei eius-
dem ratione esset prius, & posterius: & sui ipsius
caussa, quod est ἀδύνατον. Sed eo insania & ve-
cordiæ Bellarminus veritatē, nostramque sen-
tentiam oppugnans, pertrahitur: Sic verè iste à
Deo inultatur. De verbis Sacramenti, quæ hinc
gunt

gunt isti esse operatoria, ac proinde quòd vox, *Est*, sumitur tropicè pro *Fiat*, nihil soluit, aut respondet. Recurrit ad omnipotentiam Christi. At per eandem Christus corpus suum verum in S. Cœna nobis credentibus dat & confert absque Panis transubstantiatione. Ergo nihil dicit contra nos, sed contra se, & suos. Nam argumentum sumtum ab Omnipotentia Dei totum pro nobis est, & nostram sententiam confirmat.

Tertium argumentum nostrum est: Hæc Christi locutio, *Hoc est corpus meum*, est sacramentalis: ergo sacramentaliter intelligitur, ac proinde tropicè, non autem naturaliter & absque figura. Respondet nugæ Bellarminus, nempe propositionem sacramentalem appellari, Vel in qua signi significatio explicatur, atque hanc concedit esse figuratam, & tunc verbum, *Est*, sumi pro significat: Vel in qua signum conficitur, ut ipse loquitur, id est, euadit ipsa res à se signata. Respondeo Bellarmino: Hæc secunda expositio sacramentalis, Propositionis est falsa, Prima autem sola vera, ut infinitis exemplis supra demonstrauimus. At qui per eam, teste Bellarmino, nos verum dicimus, & *Est*, accipitur pro significat figuratè. Nam quòd ait Signa ipsa (quatenus sunt res naturales) propriè sumi, non figuratè, Velut Aqua Baptismi pro vera Aqua, hoc verum est: sed quatenus illa signa res sacramentales appellantur, figuratè, ac tropicè vitales nominantur, velut Aqua Baptismi, *sanguis Christi*: Panis item S. Cœnæ *corpus Christi*.

Denique impostor est iste, quum verba Cal-

vini ex lib. 4. Institutionis cap. 14. §. 2. citat, Panem non fuisse signum, nisi post verba seu significationem a Christo additam. Nam Caluanus non considerat diuisum Panem in S. Cœna, & diuisam significationem Panis: sed vtramque conianctam. Ille verò fingit Caluanum in S. Cœna diuidere Panem ab eius significatione. Quod falsum est. In celebranda autem S. Cœna verba Christi prius commemoramus, qui nisi si haberemus in ea actione Christi promissionem, quam verba illa continent, nullus esset nominis Panis illius esus: nec fides interueniret, quæ sine Dei verbo præcedenti nulla est. Ergo prius illa recitari oportet ad fidem in nobis significandam non ad transubstantiandum Panem in illum, aut incantandum, quemadmodum isti faciunt. Itaque verba illa Christi non solum instituunt S. Cœnam: sed etiam Panis significationem, qualis in quavis S. Cœna futura erat, itaque aded est, detur clarant, contra quam sed falso s'ntit ille. Sic autem rus aheneus Caluini perdat aheneus, & in quo nec luteus.

Quartum argumentum nostrum est: Erat hæc Christi locutio, *Edite, Hoc est corpus meum*, phantasia stuporis, & peregrina, nisi ab Apostolis tropice fuisset intellecta. Respondet iste: Non sunt troperiti hoc spectaculo Panis in corpus Christi verum conuersi Apostoli, quoniam de eo miraculo futuro fuerant præmoniti a Christo Iohann. cap. 6.

Respondeo isti: Imò, sicut supra demonstraui-
 mus, cap. 6. Iohannis de Sacra Cœna instituenda
 ne

ne ^{pro} quidem agit. Præterea, teste Augustino li. 3. cap. 10. de Trinitate, S. Cœna non est miraculum, ut iste fingit. Ergo diuinat hîc Bellarminus.

Quintum argumentum nostrum est: Corpus Christi verum manducari, & dentibus atteri neque tunc potuit, neque nunc potest: ergo vox ^{corpus mentis} de Pane usurpata tropica est. Respondet iste: Corpus quidem verum non atteri dentibus visibiliter, sed solas species, id est, accidentia Panis: corpus autem Christi inuisibiliter. Respondet istis: Ergo hoc sacramentum veritatis sit sacramentum falsitatis. Aliud enim editur, quàm datur in S. Cœna. Datur corpus, eduntur visibilitetamen sola accidentia. Sed & falsum est quod sola accidentia, velut colorem, pondus, odorem edi posse à nobis. Substantiæ enim, non accidentia eduntur, testibus Physicis, & Medicis omnibus. Nec enim ea nos alunt. Denique quàm est homo iste impodens, qui hic col. 41. L. D. Verum corpus Christi in stomachum nostrum ait trahi, & transmitti attritum nostris dentibus? Quam sententiam, ut impiam damnat glossa in can. *Ego Berengarius*. consecrat. dist. 2.

Sextum argumentum nostrum est: Verbum Est in aliis sacramentalibus locutionibus sumitur pro, significat, Genes. 17. v. 7. I. v. 26. 27. Exod. 12. v. 11, 29. Leuit. 16. v. 11, & 24. Pl. 83. v. 2: & 12. Matt. 23. v. 16. Luc. 3. v. 22. Iohan. 14. v. 6. I. Cor. 10. v. 4: et- go in S. Cœna quoniam illa est sacramentum.

Ad hoc argumentum nihil respondet Bellarminus: sed solum excadescit. Ait enim nos mentis in caput nostrum, seu per gulam, quod idem est. Deniq; alios S. Scripturæ locos proferri pos-

se, vbi *Est* sine tropo sumitur. Respondeo Bellarmino: Verum illæ locutiones, vbi verbum *Est* absque tropo sumitur, non sunt sacramentales, qualis locutio Christi in S. Cœna, & aliæ à nobis prolatae. Imò in tota S. Scriptura nullam locutionem sacramentalem inueniet, quæ non sit tropica. Quare ex vniuersali S. Scripturæ regula argumentamur, non ex quibuldã particularibus locis, quemadmodum iste putat. Quod autem iste negat in his verbis, *Hoc est corpus meum*, disparatum de disparato enuntiari, prorsus amens est. Sed quid est homine isto ineptius, dum contendit Exod. 24. ver. 8. sic legi, *Hic est sanguis*. Imò est hæc Hebraica veritas, *Ecce sanguis illius fœderis*, non autem aliter. Tamen Apostolus ad Hebræos cap. 9. v. 20. sic conuertit *ἡ αἷμα τοῦ διαθήκης*, quæ verba in voce *Sanguinis* nō habent tropum. Erat enim verus victimæ sanguis, quem ostendebat Moyses. Sed tropus est, dum *Sanguis ille* vocatur *fœdus Dei*, quoniam erat illius fœderis signū sacramentale. Locus ex Ezech. 5. v. 5. *Hæc est Hierusalem*, vbi pictura vrbs Hierusalem dicitur tropicè Hierusalem, totus pro nobis est, vt probemus signa (inter quæ etiam est pictura) dici tropicè res, quas significant, Augustinus lib. 3. de Doctrina Christ. cap. 16. 17.

Quod Bellarminus vel mentitur, vel fingit locos S. Scripturæ à nobis falsò citari, insanum se prodit, & egere ostendit Helleboro ac Anticyra, qui quæ legat, non intelligat: vel furor illius in nos glauconiam illi obiecit ante oculos, ne videat miser, quæ legit. Legat pius lector locos à nobis allegatos, nullum à nobis falsò citatū reperiet

perier. Sumus enim Christiani, & bonâ fide, summaque cum reuerentia sacrosanctum Dei verbum (quod omnes sciunt, qui nostra scripta legunt) tractamus: non autem, vt Bellarminus, illud impie adulteramus & detorqueamus.

Negat tropicè Agnum Animal dici transitû, Christum Petram, sed quid non negaret, vt euidet: Ind sic ea tropicè dici tandem fatetur ipse met col. 411. L. D. §. *Illud*, tam est inconstans. Negat 1. Corinth. 10. v. 16 Panis fractionem dici tropicè *communioem nostram cum Christi corpore*. At Panis fractio, vel Panis ipse non potest esse nostra communio sine tropo. Nam hoc dicere, it vt grauissima fallacia, qua dicitur Ab Ignorantia Elechi. Est enim apertè migratio de genere ad genus. Nam si dicatur sine tropo, *Panis est communio*, substantia (qualis est Panis) sit accidēs, & passio categoria. Sin appelletur sine tropo ipsa fractio *Panis communio nostra*, actio nostra sit Passio nostra, & sic diuersæ Categoriæ manifestè confunduntur. Quid hoc homine stolidius? Ergo tropicè & Panis, & fractio Panis dicitur nostra communio cum corpore Christi, id est, oblationatio illius, que quid contra obgauniat & efficitur Bellarminus.

Magis autem inlanet. Et enim hoc caput, caput scilicet Bellarmini) dum col. 414. ait Christum ipsam (quem fingit fuisse appellatum sine tropo Petram a Paulo) fuisse signum sui ipsius L. C. dum scribit L. D. voces has, *Bones septem sunt septem anni*, non esse tropicas, & tunc est non accipi pro significat. Dum negat hæc verba, *Hoc est corpus meum*, esse, aut continere explicationem

Panis, quatenus adhibitus est à Christo S. Cœ-
næ, pro signo. Sed quò se vertat homo vera ra-
tione destitutus Bellarm. non habet. Ergo totū
suum præsidium in sola veritatis impia, impu-
denti & temeraria inficiatione collocat.

Septimum argumentum nostrum est: In hac
Christi locutione, *Hoc est corpus meum*, si corpus
de Pane dicitur absque tropo, vel solum Chri-
stum verum corpus significat, & sic non Animā
Christi quoque: vel significabit totum Christū,
id est, & corpus verum ipsius, & sanguinem. Ita-
que battologia erit, quum addit Christus de ca-
lice, *Hic est sanguis meus*. Præterea, tam verum er-
rit dicere de Vino & calice, *Hic est corpus Chri-
sti*: quàm de Pane, *Hic est sanguis Christi*. Quæ
omnia sunt absurdissima, atque etiam tropica,
nempe quia tunc quoque pars Christi pro toto
Christo sumitur. Respondet Bellarminus sic, ut
tandem admittat in hac Christi locutione esse
tropum: non tamen Metonymiam, sed Noëma,
& intellectionem. Respondeo Bellarmino: Quæ-
cunque figura & tropus in his Christi verbis ef-
se concedatur, siue Noëma, siue Metonymia,
semper à propria verborū significatione in hac
oratione receditur: & illud, quod contendimus,
contra Bellarminum, efficitur, teste ipso Bellar-
mino, hanc nempe Christi locutionem esse fi-
guratam, non naturalem.

Nec est metuendum, Si sit hæc locutio Chri-
sti tropica, ut sit falsa: quod iste tamen veretur.
Tropicæ enim locutiones sunt veræ, non falsæ:
sed in sensu suo, nempe tropicè, non autem in
naturali & simplici, quem iste, impropriè tamen,
vocat

vocat proprium. Nam tropicæ locutiones sunt sepe magis ad rem, de qua agitur, propriæ, quàm naturales. Sic commodius homo dissolutis moribus porcus dicitur, quàm ganeo solum.

Octavum nostrum argumentum est: Eadem est ratio Vini sacramentalis in S. Cœna, quæ Panis. At in Vino necessariò admittendus est tropus Luc. 22. v. 20. *Hoc poculû est Nouum illud Testamentum in sanguine meo.* Nam poculum sumitur pro Vino, tropicè: item tropicè Vinum dicitur Nouum Testamentum. Alioqui toties Christi Testamentum innouaretur, quoties Nouum Vinum assumitur in S. Cœna. Ergo & in Pane S. Cœnæ est tropus. Respondet iste, In Vino & Poculo (quod dicitur Testamentum Christi) esse tropum: non item in Pane quum appellatur corpus Christi, quoniam de vino facillè intelligitur vocari tropicè Poculum, quia vas non bibit: sed de Pane S. Cœnæ, quum corpus Christi vocatur, non facillè quisquam credat & intelligat esse tropum. Respondeo illi: Imò tam facillè tropus in Pane, quàm in Vino S. Cœnæ intelligitur. Nam quemadmodum tropus esse intelligitur, quia vas bibi non solet: sic in Pane tropus est necessariò, quia corpus verum hominis à nemine pio dentibus atteri debet, potest, aut solet. Quam obrem eadem est vtriusque Signi in S. Cœna ratio, & interpretatio.

Quod autè contendit Bellarminus in his Modis verbis, *Hic est sanguis fœderis*, nullam esse figuratam locutionem, in se ipsam refutat. Nā col. 416. L. B. & Cognobit quocumque modo fœdus vel Testamentum vocetur sanguis ille victimæ, esse

tropam, quia sanguis ille est solum confirmatio illius fœderis Dei, & signum illius, non ipsum met Dei fœdus. Ergo dū emergere conatur Bellarminus aliū immergit seipsum.

Quid autem est ineptius, quam negare, quod hic facit, circumcisionem tropicè nominari fœdus Dei: Quia & ipse met textus Moïsi Genes. 17. v. 7, & Paulus Roman. 4. v. 11. testatur fœdus dici, quia fuit signū & obligatio fœderis Dei. Sed isti pluribus persequi toties ab hoc repetita, toties à nobis confutata, est cum Bellarmino infans insanire velle, & eandem in milies (id quod mors est) apponere. Ergo, ut totum hunc locum & argumentum etiam ex ipso Bellarmino concludam, siue vinum pro instrumento Fœderis Noui, ut ipse vult, siue pro illius signo sumatur, quod nos volumus, semper in S. Cœnâ tropicè accipitur: *res ipsa dicitur*: quod nobis erat probandum ac demonstrandum. Itaque ex ipsius Bellarmini sententia vicinus, & tropum in Christi S. Cœnâ exponētis verbis esse monstrauimus. Reliqua enim quæ ad nostri octauæ argumenti solutionem afferit, sunt omnino falsa, & ipsius fundamento disiecta, quod fœdus euersa, & confutata.

Nouum argumentum nostrum est: Ait Christus de S. Cœnâ, *Hoc agite in meam commemorationem*. Luc. 22. v. 19. Memoria est rerum absentium. Ergo symbola illa S. Cœnæ non sunt veri corpus Christi præsens, sed absentis symbola.

Responder Bellarminus, verba hæc, *in Meam memoriam*, non intelligi de corpore Christi, sed de morte tantum & passione, quæ futura erat.

Re-

Respondeo Bellarmino: Imò quā dicat Christus in S. Cœna de Pane, *Hoc est corpus meum*: de Vino, *Hic est sanguis meus*, proculdubio Panis & vinum sunt signa ipsius veri corporis & sanguinis Christi propriè, primùm, & per se. Secundariò autem mortis & passionis Christi: nempe quia neque caro illa Christi, neque ille sanguis esset nobis Panis animæ nostræ cœlestis & potus, nisi pro nobis illa passa & mortua fuisset nempe caro: & hic sanguis pro nobis quoque fuisset effusus. Sed quod primarium est in ista signorum S. Cœnæ significatione, delet Bellarminus: & quod est secundarium, facit primarium: tam est huius argumèti ignarus, vel in eo cæcus.

Decimùm argumentum nostrum est, Christus Matth. 26. v. 28. ait de vino, post consecrationem, *Non bibam ex hoc fructu vitis &c.* Ergo testatur Vinum illud mansisse vinum, & fructum vitis. Sic Paulus 1. Corinth. 11. 28. Panem S. Cœnæ vocat post consecrationem Panem: ergo neque Panis amisit in S. Cœna veram naturam Panis: neque vinum, vini.

Respondet solum ad Primam huius argumèti partem Bellarminus: nihil ad secundam. Respondet autem falsissimè: Verba illa Christi pertinent ad vinum commune, quod in edendo Agno Paschali bibebat Christus: non autem ad vinum S. Cœnæ, quod post consecrationem desierat esse vinum. Respondeo Bellarmino: Matthæus & Marcus solum agunt de vino S. Cœnæ, eoque iam consecrato, de quo Christum ea verba usurpasse scribunt: Et ex mente horum duorum est à nobis exponendus Lucas c. p. 22. v. 18. quem

Bellarminus pro se citat, teste Augustino lib. 3. cap. 1. de Consensu Evangelistarum. Frustra verò tam anxio quærit, utrum in illo pasto toto, & continuo fuerint duo calices, vnus Cœnæ vulgaris, alter S. Cœnæ. Hoc enim concedimus. Sed hic calix S. Cœnæ, de quo, duobus Evangelistis testibus, verba Christi sumuntur, nihil habuit commune cum calice Cœnæ vulgaris aut Iudaica, quemadmodum Bellarminus appellat. Denique quòd iste homo Augustinum in perpendendo Lucæ loco cap. 22. v. 18. accusat negligentiam, superbus est, & arrogans. Nihil est enim Augustino melius, nemo eo diligentior. Sed mos est istius hominis comitari iis, quibus respondere non potest. Verùm si fuerint pij omnes, imitari Augustini negligentiam, quàm istius obscuram diligentiam.

Ad Cap. XII.

EXcussus igitur ex iis, quæ se in verbis Christi (quæ extant de S. Cœna apud Evangelistas) habere putat, præsidii, recurrit ad alia, si potest, id est, alios S. Scripturæ locos de S. Cœna conatur euertere: quorum verissimam mentem, Deo bene fauente, nos tuebimur, & contra hunc defendemus. Nam nullum non lapideum mouet, ut vincat, si fieri potest. Sed est, ait Hesychius, inuicta Dei veritas, semperque tandè superior.

Primum igitur argumentum sumit ex 1. Corinth. 10. v. 16. *Calix Benedictionis, cui benedicimus, nonne est communicatio sanguinis Christi? &c.* Ergo, ait Bellarminus oportet illa signa in S. Cœna consecrari: ac proinde actu ipso in rem signatâ transubstantiari. Respondeo: Nego consequens. Nam

Nam benedicere in Christi nomine non est rerum naturam (qualem ipse condidit) euertere: sed eas ad usum suum & verum conuertere, siue sacrum, sicut in S. Cœna: siue naturalem, ut quibus cibis ad victum utimur, 1. Timoth. 4. v. 4. quemadmodum rectè Calvinus & Martyr explicant & eum Pauli locum 1. Corinth. 10. v. 16. interpretantur. Sed magus iste vel tenebrio nullâ benedictionem fieri putat, nisi magicam & per naturam euerfionem à Deo creatam. Itaque quod scribit, Panem & vinum non habere ex consecratione, ut sint signa alimonie spiritualis, (quam ex carne & sanguine Christi consequimur) fallitur toto cœlo: Sicut & quum ait, Aquam Baptisimam à nobis non consecrari. Hoc enim est falsissimum. Nam dedicatur ad sacrum usum, ad quem Christus eam destinavit, ut sit sanguis Christi nos abluentis sacramentum. Id quod est proprie consecrare. Falsum & huius illud quoque Manina Paschalem Agnum, Aquam ex Petra non fuisse ab iis, qui tibus illis sacramentaliter vti sunt, necque, velut sacramenta carnis Christi & alimonie spiritualis proposuerant, ea, inquâ, non fuisse consecrata, & in sacramentum eius spiritualis dedicata, proposita, & accepta. Fuerunt enim. Alioquin male Paulus 1. Corinth. 10. vocaret ea escam spiritualem, & Potum spiritualem. Sed quid sit consecrare, ne per insomnium quidem unquam vidit Bellarminus. Est autem rem *benedicere seu consecrare* (quemadmodum isti loquuntur) non rei naturam à Deo conditam, & illi inditam mutare, euertere, destruere: sed contrâ, conseruare, agnoscere, dedicare illam ipsam ei vsui, quem

Deus declarauit & præscripsit, & ad quem Deus
 rem eam destinauit Matth. 14. 16. Marc. 6. v. 41. q
 Luc. 9. v. 16. I. Timoth. 4. v. 4. *Secundum argumentum suum sumit Bellarminus ex eodem cap. 10. prioris Corinth. v. 16. in his verbis, Panis, quem frangimus, nōme est cōmunicatio corporis Christi? Sic autem iste arguit, Vox frangere significat immolare: ergo significat offerre: ergo consecrare. Quod si illic vox frangere significat consecrare: ergo ibidem vox Panis non significat Panem verum & triticeum, sed ipsum verum & essentielle corpus Christi. Nam hoc est, quod consecratur, & per consecrationem Deo offertur à sacerdote. Ergo Panis S. Cœnæ re ipsa mutatur in corpus Christi verum, & corpus illud adest in S. Cœna signo Panis. Respondeo: Quæ Sphinx, quis Oedipus huius sortitis implicatissimi consecrationem diuinet, aut videat? In quō quis non perspiciat huius Paralogismi fallacium & ineptias? Est enim fallacia duplex. Prima Plures interrogationes in vnam confundit. Altera est, A non conseqente. Itaque Bellarminus ipse fatetur hoc suum argumentum non esse verum, & necessarium, sed nostra interpretatione duntaxat aptius & probabilius, quia multas æquiuocationes in his verbis Pauli, ait iste, admittimus.*

Respondeo igitur huic Bellarmini argumento perspicue, & verè. Primum, vt concedatur illi Bellarmini conclusio esse vera, contra ipsum facit, & eum refellit. Nam tota hæc conclusio efficitur ex verbis Pauli de S. Cœna agentis sumptis tropicè. Atqui negat Bellarminus verum corpus Christi

Christi esse in S. Cœna, si verba intelligantur tropice. Ergo ex sua interpretatione non erit Panis verum Christi corpus. Nam siue *frangere* verbū accipiatur pro immolare, siue pro consecrare, est proculdubio tropice locutio, nō simplex & absque tropo. Deinde si ex *immolatione* oblatio, & ex *oblacione presentia* corporalis corporis Christi concluditur, est alius quoque tropus. Ergo dū tropum vnum fugit Bellarminus, in plures incidit.

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charibdin.

Secundū autem respondet falsum esse, verbū *frangere* illic sumi pro *immolare* & *offerre Deo*. Accipitur enim pro in varias partes rumpere vnum & idem corpus Panis. Id quod fit, quum Panis frustatur in S. Cœna distribuitur à Pastore summentibus, vt mortis Christi dolores melius representet, teste Paulo 1. Corinth. ii. v. 24. Ergo propriè & sine tropo, ac æquiuocatione accipimus vocē *frangimus*: at Bellarminus cum æquiuocatione ac proinde eius interpretatio est inepta. Præterea vox *Panis* à nobis propriè intelligitur pro vero Panis terreno, & ex granis pluribus, sicut ibidem ait Paulus, composito, qui in S. Cœna à Pastore frangitur. Bellarm. æquiuocē & falsō sumit Panem pro essentiali corpore Christi, quod tamen tunc negat esse in cælo col. 420. L. A. sed statuit in terris: quare homo iste suam transubstantiationem refutat, dum eam stabilire donatur. Tertium istius argumentū est ex verbis, *Communio est sanguinis, & corporis Christi*. Ergo communiamus in S. Cœna vero corpori & sanguini Christi: ac proinde Panis, quem edi-

nus, & Vinum, quod bibimus, transsubstantian-
tur in verum corpus & sanguinem Christi.

Respondeo: Nos, si credimus, vero & essentia-
li corpori & sanguini Christi communicare rei-
psa concedimus. Transsubstantiationem tamen
Panis inde sequi pernegamus. Ergo concedimus
Antecedens, negamus Cōsequens. Et hoc ipsum
nos fateri satis intelligit ipsemet Bellarminus.

Sed negat, quum Panis S. Cœnæ vocatur *Cor-
pus verum*, dici sic tropicè: alioquin in S. Cœnâ
non communicamus vero corpori Christi. Re-
spondeo: Quum Panis & Vinum sint signa spi-
ritualis nostræ carnis & sanguinis Christi parti-
cipationis & manducationis, nihil esse necesse,
(imò non posse) illa signa esse rem à se signatam
& corpus verum ac sanguinem Christi. Carnis
enim Christi manducatio fit sola fide & spiritu
Iohan. 6. v. 63: non in Pane, & coniunctam cum
Pane, sensu Capernaitico, quæ iste sequitur. Cō-
fundit igitur iste manducationem terreni signi,
id est Panis cum manducatione Rei & veri cor-
poris Christi. Id quod est hominis hebetis, &

At suam sententiam probat Bellarminus rei-
bus argumentis, ut ait. Cedo quæ: Primùm: Quia
verba sunt semper in proprio sensu accipienda,
nisi ratio aliud suadeat. Huic argumento millies
iam respondimus. Nam in his Pauli verbis in-
tendimus propriè vocem Panis, *Panem quem frui-
momo corporis Christi, est com-
quod nec scribimus, nec pingimus: sed tunc di-
cimus esse tropum, quum Panis ipse signum il-
lius*

lius vocatur corpus Christi: quod iste non distinguit. Cogit enim necessitas & generalis regula totius S. Scripturæ, vt Sacramentales locutiones (qualis est hæc *Panis est corpus Christi*) explicentur, & exaudiantur sacramentaliter, & tropicè.

Secundum istius argumentum est: Pater vnus, nempe Chrysostrmus. Homil. 14. in I. Corinth. sic exponit illum Pauli locum, quemadmodum Bellarminus. Respondeo: Bellarminus non intelligit Chrysostrmum. Nam in eo totus est Chrysostrmus, vt doceat nos non participare partem tantam vnã Christi, sed totum: nec distrahi eam partem à Christo propterea, sed nos illi verè cõungi, & illius carni spiritualiter, non tamè corporali essentiarum mixtione. Hęc nostra sententia est, quæ istum manifestissimè oppugnat. Sic oppugnatur iste à Cyrillo lib. 10. cap. 13. in Iohan. parimodo, quem non intelligit Bellarminus.

Tertia istius ratio sumpta est ab intèntione Pauli, quæ fuit Corinthios reuocare à mensis & sacrificijs idolorum, proposità illis corporis Christi mensa: ergo Christum in illa mensa, id est, in S. Cœnâ esse oportet, vt sit melior illa quàm mensa idolorum. Quòd si Christus est in illa mensa S. Cœnâ: ergo est reipsa in ipso S. Cœnâ Pane. Respondeo: nugatur Bellarm. in toto hoc tropico Syllogismo. Nam nulla est illius consequentia. Verum enim est Christum in S. Cœnâ adesse reipsa, sed non signis, aut in signis. verum credentibus hominibus, quas duas præsentias iste confundit. Ad est sacramentali duntaxat præsentia: ad est piis credentibus corpus Christi rea-

li quidem, sed merè spirituali præsentia, non per signa, vel per se, vel tanquam instrumenta: sed per Spiritus Sancti efficacitatem nos per fidem cum Christi carne spiritualiter viventes & coniungentis.

Ad Cap. XIII.

Argumentatur quoque Bellarminus, si potest, ex I. Corinth. cap. II. v. 27. 28. 29. Dantur a Paulo qui sine fide signum Cœnæ sumunt & in signè, quia rei sunt corporis & sanguinis veri Christi, subiicit Paulus: Ergo Panis & Vinum sunt vera essentia corporis & sanguinis Christi in S. Cœnæ. Alioqui corpus verum Christi manducari absque fide, & in signis non potest ab hominibus impiis.

Respondeo: Primum falsum est, quod hic submit Bellarminus, Paulum dicere eos, qui absque fide Signa S. Cœnæ sumunt & edunt, manducare verum corpus Christi: sed ait dicitur eos esse falsarios est manifestè Bellarminus, qui pauli verba sciens adulterat.

Deinde licet Indigni solum signum accipiant, tamen sunt verè rei corporis & sanguinis Christi, tam quod Christum irrideant, ad cuius S. Cœnam accedunt tanquam corpus ipsius sibi oblatum sumturi, & tamen illud reiiciunt, contemnitur corporis per suam indignitatem iniuria vereciantes, & ipsum illud, cuius sunt symbola, verum Christi corpus violant, & contumelia afficiunt quoque.

At irridet Bellarminus nostram hanc rationem, & in-

& inconstantiam, qui duas solutiones ad vnius argumenti depulsionem afferamus. Respondeo: Irrideat suam, qui nusquam ipse solutionem vnam, & solidam ad nostra argumēta teneat. Nostra vero solutio est verbis duplex, re vna; & vna ratio alterius necessarium consequens est. Prior solutio nostra est verissima. Posterior de iniuria in symbolum facta, & in rem reduntante in Sacramentis, sumpta est ex Hieronymi in cap. 2. Malach. Nam qui in Principis statuam iactat per contumeliam lapidem, tenetur lege Julia Mestatis. Id quod Theodosij Iunioris factum doctet, factam sibi ab Antiochenis cōtractā sua statua, iniuriam grauiter vlciscentis.

Verum excipit iste: Sic Imaginum cultus cōfirmatur à vobis quem tamen damnatis. Nam conceditis violata Imagine violari eum, cuius Imago est: Ergo & honorata imagine honoratur is, cuius imago est. Respondeo: Vera est ista sententia & conclusio in ciuili duntaxat honore & cultu qualis Imaginibus tribui potest: non etiam in diuino, & religioso, quem Imaginibus exhiberi vllis vetat ipse Deus Exod. 20.

Addit Bellarminus: Atqui Manna spernens (quod Christi carnem representabat) non dicitur sub Vetere Testamento factus reus corporis Christi: Ergo si signum S. Cœnæ est duntaxat representatio corporis Christi, non fit reus eius violari, qui signum ipsius violat. Respōdeo: Bellarminus fallitur, dum negat eos, qui Manna indigne sumserunt, fuisse à Deo damnatos. Nam & mortui sunt, & à Deo in deserto puniti, teste Christo Iohan. 6. v. 31, teste Paulo 1. Corinth. 10.

v.5. Nam indigni & immundi, qui de sacrificiis veteribus (quæ erant signa corporis Christi Coloss. 2. v. 17.) edebant, a Deo damnabantur, ac puniebantur, Leuit. 7. v. 20. x. Samuel. 21. v. 4. Id quod nostram responſionem confirmat, Bellarminum confutat. Sic igitur in S. Cœna peccant in Christum, qui sacra illius signa sumunt indignè, licet ibi realiter in signis non sit corpus verum Christi: quemadmodum peccat, qui Aquam Baptismi accipit indignè, quamuis ibi non sit Spiritus sanctus, aut sanguis Christi præsentia corporalis aut transubstantiatione. Quod ipsum verum esse tandem fatetur Bellarminus.

Quod autem fingit iste aliam esse causam & rationem S. Cœnæ eamque peculiarem, propter verba Christi, quam aliorum sacramentorum, fallitur. Nam verba S. Cœnæ signorum solum significationem spirituales explicant, vti & in Baptismo: signa verò ipsa non transformant, nec eorū naturā, sed vsum dūtaxat, mutant, & variat.

Excipit iste, Atqui Paulus ait, *Iudicium sibi manducant, qui sine fide Panem manducant, aut indignè non discernens corpus Domini.* Ergo Panis, qui in S. Cœna etiam ab indignis editur, est verum corpus Christi. Respondeo: Paulus ait, *Non discernens corpus Domini: non ait autem, Edens verum corpus Domini, iudicium sibi edit.* Ergo qui Panem S. Cœnæ edit, vt communem solum Panem & indignè, ille iudicium sibi accersit, quæ non discernit, vtpote vel non credens, vel non curans Christi promissionem in S. Cœna, in quem vsum Panis ille sacramentalis illi datur. Non enim vt Panis cōmunis illi porrigitur, sed

sed ut Panis sacramentum veri corporis Domini nostri Iesu Christi. Id quod ipsa Pauli verba manifeste declarant. Nec verò nos illa interpreta- mur de eo, qui non recipit, ut vult iste, sed de eo qui sumit indignè signa, quemadmodù verba, nostra probant. Nec impios excusat, quòd, ut putat Bellarminus, sumere voluit verum corpus Christi. Hoc enim falsum est. Nec enim illi volunt verè sumere, sed se velle duntaxat simulant, & fingunt, quia dentes & os quo sumitur solo verum corpus Christi (est autem fides) malignè reiciunt indigni.

Nec verò Patres aliud sentiunt in illius loci Pauli expositione: sed Patres non intelligit Bellarmin. Illi enim volunt Panem & Vinum esse duntaxat corporis & sanguinis veri & essentialis Christi symbola & signa, quæ tropicè corpus & sanguis Christi vocentur: quæ tamen sunt consummatione reuerètia, propter suam illam sacram significationem, tractanda, non indignè, non contemnitim, non vulgariter. Ergo Chrysostomus signa illa comparat vestimèto, quod non est corpus quod vestit. Theophylactus luci Solis, quæ non est corpus Solis: Theodoritus ubique signa vocat solum Symbola: Cyprianus Panem illum nominat etià post sanctificationem *Panem*. Augustinus, Panem ait esse solum sacramentum Dominicum ubique: sed impennis Tract. 26. in Iohannem. Impius autem est Bellarm. qui negat Patres verè manducasse carnem Christi fide, contra Paulum 1. Corinth. 10. v. 3.

Quam verò bellus est homo Bellarminus, & putidus, qui in suæ sententiæ confirmationem

contra Caluinum producit suorū Scholasticorum testimonium ! nempe vt haberent similes labra lactucas, & hæc impia Bellarmini sententia impios testes (nec enim pios habere potuit) haberet. Quis enim nescit in hoc de S. Cœna argumento Scholasticos & totam S. Scripturam corrupisse, & omniam, qui cum S. Scriptura sentiunt, Patrum doctrinam falsificasse?

At Scholastici dicunt, ait ille, Impios sumere corpus Christi solū sacramentaliter. Respondet: Nec se, nec vocem *Sacramentaliter* capiunt. Se non intelligunt, quia sibi contradicunt. Ait enim impios panem edētes in S. Cœna etiā corpus ipsum Christi verum, teste hic Bellarmino, ore suo sumere, & quidem verē. Ergo non tātū sacramentaliter impij sumunt, & signo tenus, quā rē quoque simul sumant, (ex istorū sententia) Vocē *Sacramentaliter* non capiunt. Volunt enim quæ sacramentaliter accipiuntur, etiā rem ipsam signatam complecti, & habere. Hoc falsum est. Nam sacramentaliter sumere, est signo tenus, & sine re sumere, August. tract. 26. 27. & 59. in Iohannem. Sed balbutiunt Scholastici, & more Pittacorum verba fundunt, quæ non intelligūt. Itaque vt magistros suos excuset pius iste discipulus corrumpit & circumscribit manifestē Augustini, (quem verē pro se citat D. Caluinus) & verba & mentem. Ait enim Augustinum appellare *Rem* non plenum effectum rei. Falsum est. Opponit enim ille hæc duo inter se, nempe *Rem sacramentaliter*, & *Signum*: & sumere solū sacramentaliter, & sumere quod ad rem aliquid. Impius est hîc quoque iste, qui col. 425. L. B. scribit

scribit verum, & essenziale Christi corpus à quo-
piam edi, cui nihil tamen profit, aut cui vitam æ-
ternam non afferat. Contra Christus Iohan. 6. v.
34. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum san-*
guinem, habet vitam eternam. Contra Augustinus
serm. 2. de verbis Apostoli, *Illud manducare, refici*
est: illud bibere, quid est, nisi vivere? Nemo enim ve-
rè manducat veram Christi carnem, qui non per
eam & in ea viuat semper. Nunquam est mortifi-
cerum sumentem verum corpus Christi, sed sem-
per viuificum.

D. Calvinus affert etiam locum ex libro Au-
gustini 21. cap. 25. *De Ciuitate Dei*, vbi negat vir-
tius impios verè comedere corpus Christi, sed illius
tantum signum in S. Cœna sumere. Respondet
Bellarminus, Augustinum illic agere de corpore
Christi Mystico, quod negat ab impiis verè man-
ducari. Respondeo: Bellarminum, aut Gruem
pecudem auem, aut ebrium, qui hæc scribat, esse
oportuit, & putet corpus Mysticum Christi, id
est, Ecclesiam manducari à quoquam posse. Apa-
gelis homo istas tuas ineptias: & si locos tã pios
non capis, sicut non intelligis, certè ne contami-
na tuis illis manibus, vt olim cibos salutes
Hæpviæ.

Ad Cap. XIII.

Nostre sunt ex S. Scriptura rationes penè
infinite: ex his paucas iste sumit: ex quib.
probamus non id, quod nobis iste mentiens hæc
affingit, nempe Christum reuerà non esse in S.
Cœna, (Hoc enim contra & profiteamur & doce-
mus sonorissime) sed fidelibus hominibus adesse
in S. Cœna & reuerà, & verum corpus: sed non

adesse signis, vt iste falsissimè sentit, & scribit. Ratio nostra est ex his locis. Primum, vbi Deus dicitur esse in cœlo Pl. 115. v. 66. sed Christus etiã, quã homo, ascendit in cœlum, vt sederet ad dexteram Dei Patris, Matth. 26. v. 64. Hebr. 12. ver. 13. Ephes. 4. ver. 9. Ergo Christus, etiã quã homo, iam est in cœlo, non in his terris: ac proinde nec ipsius corpus, nec sanguis quoque hic est. Respõdet Bellarminus, Deum esse vbique, ac proinde dexteram Dei, ad quam sedet homo Christus, extra cœlum quoque esse, ac proinde Christum hominem esse quoque & in cœlo, & extra cœlum. Respondeo Bellarmino: Non agimus de potestate Christi hominis. Quum enim dicimus esse in cœlo (confitemur enim illum etiã hominem habere potestatem & in cœlum, & in terrã Matr. 28. v. 19.) sed agimus de natura eius humana duntaxat, quam etie in cœlo dicimus velut in loco. Extra cœlum autem præsentia locali & corporali nusquam alibi esse affirmamus. Sed fallit Bellarminus. Hæc enim eius solutio migrat de genere ad genus, id est, de loco & situ Categoriã, ad potestatem & Categoriã qualitatis: quæ fallacia est ignoratio Elenchi.

Argumenta Martyris, præsertim tertium, valent. Quicquid est verũ Christi corpus, est in cœlo: Sacramentum Eucharistiæ seu Panis est verum Christi corpus: Ergo Panis Eucharistiæ est in cœlo. Nam aut oportet esse duo vera corpora Christi: aut idem verum Christi corpus simul esse in duobus locis, & eodem tempore (quod vtrũque dogma est nefarium) aut veram esse Martyris conclusionem. Qua percussus Bellarminus diserte

forte fatetur Panem in S. Cœna sacramentalem esse solum signum sensibile veri corporis Christi, col. 427. L. A. initio. Quæ sententia & nostra est, & verissima. Ergo iam desuit esse Transsubstantiator Bellarmin.

Secundum nostrum argumentum est: Quicquid in os, & ventrem vadit, eicitur in secessum. At per Pontificios verum Christi corpus intrat in os & ventrem nostrum: Ergo, &c. Sed non potest. Falsa igitur est Pontificiorum sententia. Respondet iste: Corruptis Panis sacramentalis accideatibus in stomacho sumentis (sub quibus verum Christi corpus latebat, & erat in stomacho hominis sumentis) illam veram substantiam veri corporis Christi evanescere, & desinere ibi esse. Respondet isti; Primum hanc solutionem secum pugnare, nempe veram Christi carnem esse, & non esse in stomacho sumente. Deinde pugnat cum verbis Christi aperte Matth. 15. v. 17. Denique quaeritur: Quò tandem se recipiat illa veri corporis substantia exiens è stomacho sumentis? Pie Lector vides in quas se ineptias iste conciliat, & in quos laqueos induat: & in quem miserum tandem locum verum illud Filij Dei Unigeniti gloriosum corpus miser iste & impius detrudat.

Excipit Bellarminus: Christus post resurrectionem verè edit Luc. 24. v. 43. Act. 10. v. 41: neque tamen quod in ipsius os & ventrem ingressum est, postea eiectum est in latrinam, sed aliquo alio modo honestissimo evanuit: ergo & eodem pacto vera veræ carnis Christi substantia suavitè ore, & deglutita perit & esse desinit in su-

mentis stomacho. Respondeo ex P. Martyre: non est par ratio corporis Christi post resurrectionem cibos sumentis, & nostrorum, qualia nunc habemus, corporum. Illud enim nō cibo in ventrem recepto nutriebatur post resurrectionem Apoc. 21. v. 23: sed nostra cibus, quos in ventrem traicimus, aluntur, & sustentantur. Nam Christus post resurrectionem solum *omnino ieiunans* edit, vt probaret se verè resurrexisse: Nos necessarios vt viuamus in his terris, comedimus. Ergo spiritalis corporis conditionem cum corporis terreni ratione hoc loco confundit Bellarminus: quas res tamen diligentissimè distinguit D. Paulus I. Cor. 15. Nō est igitur ad nostra hæc corpora terrena transferendum, quod de glorioso Christi corpore recitat S. Scriptura. Sed quid torpius quam quod iste suam istam *evanescentiam* ventris corporis Christi ex hominis illud sumentis stomacho similem facit vomitioni cibi ex indigestione supernenienti. In quas tandem sordes impius iste verum & sacrosanctum Christi corpus, obsecro, delicit, & quibus tebus comparat? Quid in Christi corporis contumeliam dici secleratius à Turca potest?

Tertia ratio nostra est ex Matth. 24. v. 26. Certo in loco est & versatur verus Christus homo, non simul pluribus est in locis: Ergo & in cælo, & in terra simul esse non potest Christus homo.

Nugas hæc agit Bellarminus, & nihil respondet. Ait enim Christum illic agere de impostoribus, non de Eucharistia: agere de se faciente miracula. Respondeo: Nihil soluit Bellarminus. Nam quum agitur de Panis transsubstantiatione in

ne in Eucharistia, differimus contra Pontificios impostores. Quare nõ enadit isto modo. Præterea quocunque modo de se agat Christus, vnus est: & eius humana natura simul pluribus in locis, locali præsentia, esse non potest, teste etiam Aquinate, siue humano more & modo, siue humano more & modo, siue miraculoso. Deinde Christus nusquam ait & vult suum corpus verum transubstantiari in Panem triticeum: nec hoc ipsum vnquã orthodoxa Ecclesia, cui Christus nos parere iubet, docuit.

Quarta ratio nostra est ex Matth. 26. v. 11. *Me (hominem) nõ semper habebitis*, ait Christus ipse: Ergo non est Christus in his terris ex eo, quo eas reliquit, tempore, & in cælum ascēdit. Respondet Bellarminus: Primùm suos nonnullos hunc Matthæi locum interpretari de Christo solùm inope & paupere, qualis perpetuò futurus non erat: sed duntaxat vsque ad suæ resurrectionis tempus. Verùm hanc expositionẽ ipsemet Bellarminus repudiat. Consentit enim illic agi de præsentia corporali carnis Christi in genere, non autem de ea peculiariter, qua tunc aderat in illo conuiuiõ Christus, obsequio, & membrorum refocillatione egens propter labores. Deinde respondet ipse, Christum in signis S. Cœnæ adesse reali præsentia, sed inuisibili, & aliter quàm aderat in illo conuiuiõ, vbi vnctus est à Maria Magdalena. Hæc Bellarminus.

Ego verò respondeo Bellarmino: Nihil cum inuare, aut à falsa illius loci interpretatione excusare suam illam distinctionem de Visibili veræ carnis Christi præsentia, & de inuisibili. Nam

vera caro humana nusquam esse verè potest invisibiliter, nisi aut miraculosè, aut magicè. At miraculosè in Eucharistia caro Christi non est, quoniam Eucharistia non est miraculum, sed sacramentum: August. lib. 3. cap. 10. *Trinitatis*. Non adest itidem magicè, quia sacramentum summæ veritatis nimirum Eucharistia, fieret sacramentum summæ falsitatis, quod Thomas detestatur. Itaque Augustinus Tract. 50. vt 31. in Iohan. scribit verba illa Christi Matth. 26. sumi oportere de veræ Christi carnis presentia visibili, non autè invisibili contra Bellarminum. Ex quo fit, vt de eodem presentia visibilis carnis Christi genere hæc intelligantur, *Pauperes semper habebitis, me autem non semper habebitis*: alioquin inutilis, imò inepta esset hæc comparatio, si Christus de diuerso presentia genere ageret illic.

Quòd si in Eucharistia Pane & signo adest reuera Christus, ergo illic vngi quoque potest, vtà Magdalena fuit tunc vinctus; poterit auro, argento decorari, quæ omnia sunt inepta, & quomodo nequaquam est à nobis cognoscendus Christus; Nempe secundum carnem 2. Corinth. 5. v. 16. Itaque ineptus est Bellarminus, qui hunc honorem exhiberi corpori Christi in cælo existenti scribit.

Quàm verò inanem se prodit, quum discos aureos S. Cœna pauperum necessitatibus praefendos esse ex Theophylacto contendit? Imò quicquid infernit Sabbatho: non autem homo propter Sabbathum. Marc. 2. vers. 27. Deinde excim-

exemplum Exsuperi Tholofani episcopi tanto-
 pere ab Hieronymo laudati planè Bellarminum
 damnat, qui suæ Ecclesiæ vasa aurea vendidit, vt
 pauperes partim redimeret, partim subleuaret.
 Denique refutatur ab Ambrosio. Idem hic in
 can. *Aurum habet*. 12. quæst. 2: à Bonifacio Mo-
 guntino Episcopo in can. *Vasa consecrat*. Dist. I.

Verba Augustini Tractatu 50. in Iohan. adul-
 terat Bellarminus. *Nullam enim veram veræ*
Christi carnis præsentiam agnoscit Augustinus
præter visibilem: quod ex eodè Augustino pro-
batur Tract. 31. in Iohan. Itaque negat eam cer-
 nere esse in his terris, & quæ de visibili & inuisi-
 bili eiusdem Christi carnis præsentia balbutit
 hic Bellarminus, hoc totum abs Vbiquitariis cõ-
 tra nos velitantibus didicit, quos ipse Hæreticos
 appellat. Itaque ab hæreticis sumi præsidium ac-
 quirat Bellarminus.

Denique prorsus Capernaita est Bellarminus,
 qui Christi carnem veram in S. Cœna cibum
 spirituale nobis esse posse negat, nisi sit re ipsa in
 ipso S. Cœnæ signo. Non autè Christum adesse fi-
 delibus seu credentibus in S. Cœna, eâ sumen-
 tibus, & quidem verè, & re ipsa non signis mil-
 lies iam diximus.

Quinta nostra ratio est ex Marc. 16. v. 19. Act.
 1. v. 11. 3. v. 21. Philipp. 3. v. 20. vbi docetur & Chri-
 stum hominem in cœlum ascendisse, & in cœlo
 vsque ad tempus instaurationis rerum omnium
 continendū esse. Ergo Christus homo, seu illius
 corpus, non est in terris. Respondet Bellar. Quod
 verū Christi corpus dicitur fore in cœlo vsq; ad
 diem vltimæ resurrectionis, nõ obstat, quò mi-

nus idē quoque sit in Eucharistia eo modo, quo vult, sed inuisibili præsentia. Respondeo Bellarmino. Hoc dicere, non est argumentum soluere, sed nugari, sed telum robustissimi nū in se contortum, & vulnus ex eo factū, & quidem lethale, (quia curare nō potest) negligere. Nec enim hæc simul consistere possunt, Verum Christi corpus esse in cælo continendū donec ipse veniat iudicare vivos & mortuos: & idē tamen mille in locis, quotidie, in his terris esse, versari, detineri, donec Missa cantetur tota. Ista sunt *arūs aē*, & contradictoria, quæ iste sicco pede percutit, & non animaduertit.

Sexta ratio nostra est ex Luc. 24. v. 39. verum Christi corpus carnem & ossa habet, etiam post resurrectionem. Atqui illud quod est in Eucharistia signis carnem & ossa non habet: ergo non est verum Christi corpus, nec vera caro. Respondet Bellarminus, sed tergiversando. Ait enim rectē colligi Affirmatiuē, *Hoc tangitur & videtur, ergo corpus est*: male autem negatiuē, *Hoc nec tangitur, nec videtur, ergo corpus non est*, quomodo, ait iste, nos male argumentamur. Respondeo Bellarmino: Imò tam negatiuē, quam affirmatiuē ex illis Christi verbis rectē colligitur, quia sunt termini isti retro commeantes & conuertibiles, vt loquuntur in scholis, *Tangi posse, & esse corpus*: item, *Tangi non posse, & non esse corpus*. Quia enim sit hæc proprietas veri corporis quarto modo, *Tangi posse*: à quocunque illa abest, illud corpus nequaquam est. Ergo vera est nostra conclusio, & collectio: & solutio Bellarmini, est effugium.

Nec obstat, Quòd Christus per mediam transiens turbam euasit. Luc. 4. v. 30, Iohan. 8. v. 59. Nam miraculosè sic euasit, non quòd videri, & tangi non posset: sed ad tempus oculos suorum hostium excæcavit, vt olim Sodomitarum Genes. 19. v. 11, & Syrorum militū 2. Reg. 8. v. 26. Ergo aut nos excæcat in S. Cœna Deus, ne Christi corpus videamus, aut miraculosè signis adest. Sed Sacramenta, inquit Augustinus lib. 3. cap. 10. *Trinitat.* non sunt miracula: ergo non adest illis signis Christi corpus miraculosè. Restat igitur, vt illis adsit magicè. Quòd vel sentire impium est. Sentit tamen iste & scribit, tam est impudens col. 4. 2. L. A. §. *Iam ad Petrum.* in S. Eucharistia & sacramento summæ veritatis falli & decipi nostros, id est, fidelium omnium oculos. Quò quid in S. Cœnam & Deum contumeliosius dici potest? Fit enim S. Cœna sacramentum falsitatis, in qua tamè, sicut scribit Thomas in 3. parte quest. 77. Artic. 1. nihil fallax, aut inordinatum debet esse. Quòd si in S. Cœna falluntur oculi piorum, ergo & frat. Gaitmundi oculi decepti sunt, quū primus dixit se post consecrationem Panis in eo vidisse brachium pueri extensum. Id quod etiam irridet ac refutat Thomas in 3. part. question. 76. Art. 8.

Sed quid magis impium, quàm quòd cotidienis verbis tradit homo iste col. 4. 2. L. B. *Christum non optime probasse. Hoc, quòd habebat corpus, falso verum corpus, ex tactu & visu, quem allegat.* Ergo & Thomam deceperit Christus, quem tamen cõfirmare voluit Iohan. 20. v. 27. & nos Iohannes fefellerit, Iohana. v. 1. qui ex visu, & tactu

corporis Christi docet illud fuisse corpus verū. Et quō Transubstantiationis error homines istos abducatur ac precipitet!

Septimā ratio nostra est ex Iohan. 6. v. 63. Christus de vera veræ carnis suæ manducatione differens ait, *V' erba quæ loquor vobis, spiritus & vita sunt. Caro non prodest quicquam.* Ergo caro Christi non editur carnaliter, quæ admodum Pontificij docentis sed, teste Christo ipso, spiritualiter. Ergo caro Christi nō est corporali præsentia in Pane, vt manducetur carnaliter.

Respondet Bellarminus inficiando consequentiam, nimirum: Veræ Christi caro spiritualiter editur: ergo non est reipsa in Pane sacramentali. Respondet Bellarmino, Imò necessaria est hęc collectio, & quæ sit consequentia. Caro Christi non editur carnaliter, ergo non est in Pane reipsa. Ratio enim, cur Caro Christi ponatur in S. Cœnæ Pane, est, vt carnaliter manducetur sub speciebus Panis, & dentibus summum atteratur, & in ventrem eorum traiciatur, vt docet Bellarminus. Fallitur autem, dum putat nos ex illis Christi verbis, Iohan. 6. v. 63, velle, carnem Unigeniti nihil nobis ad vitam æternam prodesse. Imò confitemur omnino prodesse, quatenus Deitati Filij Dei est vnita, & ex ea, quæ perenni fonte, haurit omnes gratias nobis salutare, quas in nos traicit. Sed ex eo loco colligimus, ex mēte & verbis Christi, carnalem manducationem veræ carnis Christi nihil prodesse. Quid ista sententia verius? 2. Corinth. 5. v. 16. planè confirmatur.

Intusus autem est homo iste, dum ait, *Caro non*

non prodest quicquam, esse & significare, intelligentia carnalis Scripturæ S. nihil prodest, quasi illic de tota. S. Scriptura agatur, & eius interpretatione. Respond. Frustra. Agitur enim de sola mādicatione verę carnis Christi, vt verba hæc monstrant, *Verba quę loquor vobis.* Deinde hæc sua interpretatione quoq; seipsum euertit Bellarminus. Nam si carnis Christi manducatione neququam est intelligenda carnali modo: ergo caro illa non est reipsa in Pane: quia sic & propterea Caro illa statuitur in eo, vt sit carnalis illius esus & manducatio, & fiat ore, non fide.

Quam concinne autem & verè, vt se & suos de numero eorum, qui verba Christi in S. Cœna carnaliter intelligunt, eximeret, nos Carnales in nostra interpretatione vocat, diiudicent pij lectores omnes. Nam impudenter, & mentiens in nos ea crimina transfert, quorum ipse & sui sunt coram Deo & Hominibus rei, Nempe, Quod in verbis Christi in S. Cœna explicandis carnalem interpretationem, non autem istam, sequamur. Sed vident omnes contrarium: & alibi ipse nos Spirituales & Gnosticos in superiore Tomo vocauit. Verum se post Siniticum prandium in isto padore Cœnobij sui Suita iste voluit & suos oblectare hoc impudenti in nos conuicio.

Octana ratio nostra est ex Iohan. 12. v. 26, Si fideles & sancti sunt & erunt, vbi est Christus, ac futurus est. Nunquam autem sunt, aut futuri reipsa sunt Sancti in Pane S. Cœnæ: ergo nec Christus in eodem est reipsa. Respondet Bellarminus. Primùm, vt est homo scutra, *σάρκα σαρκῶς*, & solo conuicio. Negat enim hanc rationem esse

solidam. Nam non ait Christus generaliter, *ubi-
cunque sum*, sed indefinite *Vbi sum*, id est, hoc in-
terprete, *Alicubi erunt, ubi sum*. Respondeo: Si nō
est hæc ratio solida, ergo hæc Christi promissio
fallax est, quam tamen idem repetit Iohan. 17. v.
24. Id enim certō nobis pollicetur. Deinde talia
est Bellarmini interpretatio, *Vbi sum, illic erit Mi-
nister meus, id est, alicubi erit*, ait iste, *ubi sum*. Nam
nusquam *Vbi* significat *Alicubi*. Sunt enim di-
uersæ significationes vtriusque particula, tem-
pus diuersum & locum significantes. Sed quum
sit hæc Christi promissio certissima, *Vbi ubi*, vel
vbicunque erit, & ponetur homo Christus ex i-
plius sensu, ibi erunt Sancti infallibiliter quo-
que.

Respondet secundō Bellarminus, Agi de glo-
ria Christi, cuius erunt Sancti participes. Respo-
deo cum Petro Martyre: Ergo si gloria est cor-
poris Christi, re ipsa esse, & existere in Pane Eu-
charistiæ, ibidem erunt quoque Sancti Apocal.
1. v. 6. 4. v. 4. *qui sequuntur Agnum, quocunque erit.*
Quod si Christi corpus existens in gloria, non
est in Pane S. Cœnæ: ergo non est verum ipsius
corpus, ac proinde tota Transsubstantiatio est
mendacium, falsitas & fallacia. Respondet iste
Suiæ Petro Martyri, Christum etiam existen-
tem in pane Eucharistiæ, esse in gloria, quia,
sicut Angeli extra cœlū, sic Christus vbique videt
faciem Patris, & est in isto Pane & in Angelo-
rum thoris, vt scribit Chrysostomus lib. 6. de Sa-
cerdotio, & Homil. 65. ad Popul. Antiochenum,
& alij.

Respondeo isti: Si discedit è cœlo Christus
homo,

homo, ergo falsum est dictum Petri Actor. 3. v. 21. *Oportet, inquit, Christum in cælo esse usque ad in-
 staurationem rerum nouissimarum. Falsi erunt tres
 Symboli Apostolici Articuli, Ascendit in cælum:
 Sedet ad dexteram Patris: Inde venturus est iudi-
 care viuos & mortuos. Sic dum vult videri Bellar-
 minus in signum Panis officiosus, fit in Dei do-
 ctrinam in pins. Quod autem de choris Ange-
 lorum addit iste ex Chrystostomo, & Gregorio
 Magno lib. 4. Dialogor. cap. 58, ad ipsam S. Cœ-
 nâ totam actionem referendum est, cuius Patres
 illi volunt Angelos esse spectatores: non autem
 ad ipsum S. Cœnâ Panem, quemadmodum iste
 interpretatur. Itaque illorum Patrum mentem
 corrumpit. Præterea tota ista Patrum oratio est
 mera rhetoricatio, nō assertio, sicut ex Ambrosij
 lib. 1. in Luc. cap. 1. v. 11. manifestissimè apparet.*

Nona ratio nostra est Iohan. 12. *Relinquo mun-
 dum, ait Christus, proficiscor ad Patrem. Id quod
 de vera corporis Christi absentia intelligendum
 est: non autem duntaxat, vt Pontificij volunt, vi-
 sibili. Nam mittit in suum locum Spiritum san-
 ctum Christus v. 17.*

Respondet Bellarminus nugas, & veterè coc-
 cysmū suum recitat: Christus nō est iā in his ter-
 tis, inquit, quâ corpus habet, visibiliter, sicut an-
 tea erat cum suis Apostolis: sed est tamen corpus
 Christi in Eucharistia invisibiliter. Resp. Hæc so-
 lutio est fallacia & Petitio Principij. Sumit enim
 pro confesso quod est omnino inter nos cōtro-
 uersum, & pernegamus esse verū, nempe Christi
 corpus re ipsa adhuc existere in his terris, sed in-
 visibili quadâ presentia. Hoc. n. totū est falsum, &

phantasticum, & pugnat cum verbis Christi
 Matth. 26. v. 11. *Me non semper habebitis.*

Quod ait iste, Datum Spiritum sanctum, non
 quia Christus homo à nobis absit, sed tantum ut
 Christi conciones suppleat, refutatur à Christo
 ipso Iohan. 14. v. 17. 16 v. 7. *Nisi abiero, Consolator
 non ventet.* 7. v. 39. Opponitur præsentia Christi
 & mora in his terris, & illa Spiritus datio. De-
 nique ista Christi corporis absentia, qua fingitur
 corpus Christi visibiliter à nobis tantum absens,
 sed invisibiliter inter nos præsens, est illusoria,
 magica, histrionica, & Manichæorum atque
 Vbiquitarianorum delirium impium, abiciens-
 dum, dannandum.

Quid verò & magis falsum & contradicto-
 rium, quàm quod scribit iste, *Christum, quia homo
 est, & in cælum ascendisse corpore, & ita non corpore
 nobiscum manere.* Sic iste col. 435. L. C. §. *Dente
 que.*

Decima ratio nostra est ex Iohan. 20. v. 17.
 Christus vult se in cælo duntaxat queri; ergo
 non in his terris.

Respondet Bellarminus: Christus post resur-
 rectionem in terra fuit: & post ascensionem in
 cælum, sæpe in terra apparuit. Ergo vult se que-
 ri in terra quoque. Respondet Bellarmino: Chri-
 stus post resurrectionem in his terris, apparuit
 ut eam confirmaret: Post ascensionem autem,
 nusquam apparuit, nisi de cælo, velut quum se-
 xepius ostendit Paulo Actor. 9. v. 3. 23. v. 11. E. Co-
 rinth. 12. v. 4: alioquin ei per Angelum, non per
 se, visus est Actor. 22. v. 17. Sic explicat, & respō-
 det quoque Thomas in 3. parte quest. 57. Art. 6.
 ad

Ad tertium. Ergo post ascensionem Christus in cœlis, non in terris, spiritualiter, non carnaliter, ut in Eucharistia Pontificia illi volunt, quærendus est 2^o Corinth. 5. v. 16.

Cur autem tunc à Maria Magdalena se tangi noluerit Christus Iohan. 20. v. 17, frustra quærit, & in eo se vexat iste. Rationem affert ipsemet Christus, quia Mariam properate volebat ad suâ resurrectionem statim denuntiandam suis fratribus, & Apostolis: non autem voluit eam tunc in seculando hærete, & morari, quum spatium illi futurum portea esset, ad se & videndum, & obsequio debito colendum, quia iam iam non ascendeat Christus in cœlum: sed per aliquot dies adhuc in his terris futurus & versaturus erat. Id quod à Caluini quoque interpretatione alienum non est. Et hæc est vera istius Christi prohibitiōnis factæ Mariæ Magdalene causa ex ipsemet ore Christi, quicquid Chrysostomus Homil. 85. in Iohan. Theophylactus, Augustinus Tract. 121. in Iohan. Leo term. 2, Cyrillus lib. 12. cap. 50. in Iohannem, Bernardus sermo. 28. in Cantic. scribunt.

Undecima ratio nostra est ex Act. 7. v. 48. 17. v. 24. Deus in Templis manufactis non habitat: ergo multo minus in crustulo Panis Eucharistici comprehenditur Christi corpus, quia sicut inter Templum & Deum nulla est proportio: sic neque inter corporis veri Christi staturam, & Panis Eucharistici corpusculum vlla est proportio & æqualitas.

Respondet Bellarminus diuisim: Primo membro rationis nostræ sic, ut concedat eam veram

esse: quanquam caussa illa falsa est, quam affert iste, cur Deus in templis manufactis habitare nō possit. Ait enim id Deo non competere, quia Deus nulla re egeat, habitatio autem sit signum indigentiae. Verū caussam non vidit iste, cur Deus illic non habitet. Est autem hæc, Quod Deus Infinitus Templis finitis comprehendere nō potest. Qui autem alicubi habitat, totus in eo domicilio comprehenditur Isa. cap. 66. v. 1.

Secundo membro nostræ huius rationis respondet idem Bellarminus sic: Propter diversam proportionem, staturam, & inæqualem magnitudinem non impediri corpus verum Christi, quò minus in Panis Eucharistici corpusculo, & crustulo totum contineatur propter omnipotentiam Christi, qui Deus est. Respondet Bellarmino: Quum & corpus verum non possit contineri nisi in loco, sibi saltem æquato, & magnitudinis ratione, pari: corpus verum Christi in Pane, (qui minor est magnitudine,) comprehendere non potest. Nam, ut est cuius notum, continens semper maius est contento. Sed iste totam rerum naturam pervertit, ut suo incubet errori, & eum, quanquam putorem, oleat, & foueat. Sic Cyprio boui sua merenda sapit.

Duodecima nostra ratio est ex I. Corinth. cap. 10. v. 3. 4. Patres ante Christum incarnatum, tamen eius carnem manducarunt, eamque veram: ergo non ore, non carnaliter eam ederunt, sed spiritualiter. Nos autem eandem carnem Christi, & eodem modo, quo illi, edimus: Ergo non ore corporis, non carnaliter, sed spiritualiter

Augu-

Augustini in Pl. 77. & Tract. 26. in Iohannem.

Respondet Bellarminus solum inficiando locum Pauli sic intelligi, & Augustinum. Respondet Bellarmino, Locos ipsos & Pauli, & Augustini cum perspicue refutare, ad quos Lectorem remittimus, ut breuius simus, nec quicquam repetamus. Sed & seipsum quoque refellit Bellarminus. Nam concedit Augustinum nobiscum facere: & ipse, (more suo ubi hæret) varias interpretationes sequitur, & sibi contrarias. Quod addit denique Hebræos malos & impios spirituales escam promiscue manducasse, sicut & pios seu fideles: quemadmodum Boni & Mali idem Mare rubrum transierunt, falsum est. Manna quidem, id est, signum spiritualis escæ, boni & mali Hebræi manducarunt, uti Boni & Mali Mare Rubrum transierunt: escam autem ipsam spirituales soli pii & fideles Hebræi manducarunt, Iohan. 6. v. 31. Corinth. 10. v. 5. 12. v. 13. Augustinus in Pl. 73. & 75.

Denique eò tandem compellitur Bellarminus, ut, contra quam ipse supra toto cap. xii. disputauit, iam fateatur Sacramenta veterum, & nostra idem significare col. 4. 7. L. D. S. *Dico secundo.* Quam verò insanus est, quem scribit, *figuram, & figuratum*, vnum & idem esse. Item, verum corpus Christi ab Augustino lib. 2. cap. 37. contra Petilianum in S. Cœna poni in signis? Cui sententia ubique repugnat Augustinus. Sed illic opponit Quem corpori Christi, quia signa Vetera futurum Christum significabant, nostra iam exhibitum, & corpus re ipsa habentem.

XII. ratio nostra est ex 1. Corinth. 11. v. 27. 28.

vbi Panis Eucharisticus post consecrationem vocatur dūtaxat Panis, non autem corpus Christi. Respondet Bellarminus: Quia Panis ille externè Panis esse apparet, et si Panis non est reple. Respondeo: Ergo Eucharistia, que est Sacramentum veritatis, sit falsitatis documentum, & fallacia. Id quod detestandum esse docet Thomas in 3. p. quæst. 77. Artic. 1. Itaque Bellarminus statim hanc suam sententiam repudiat, & vult Panem consecratum dici generaliter cibum, & Hebræorum more *Panem*, quoniam quocunque modo est cibus. Nam alit animas nostras. Quicquid enim alit, est illis Panis. Respondet: Nusquam in toto veteri Testamento Hebraicè scripto vox *Panis* & *Calicis* simpliciter & sine epitheto posita sumitur pro cibo celesti, vel animarum. Apparet ex pl. 23. Prouerb. 30. v. 8. Genes. 28. v. 20. Quare sunt ista Bellarmini solutiones meræ nugæ, & somnia in cap. 6. Iohannis. Quò Panis pro cibo animarum sumitur, additur epitheton, *caelestis*, & *vite*. Nam dicitur *Panis caelestis* vel *de celo* v. 31. v. 32. 33. & *Panis vite* v. 48. 50. 51.

XIIII. ratio nostra est ex Philipp. 3. v. 21. Nostra corpora sicut conformia glorioso Christi corpori. Sed nostra corpora nūquam simul pluribus in locis erunt: ergo neque Christi corpus hoc habet. Respondet iste: Verum Christi corpus est in signis S. Cœnæ v. diuinæ solum omnipotentis, non ex dotibus gloriosi corporis. Ergo solum Christi corpus hoc habet: nostra vero idem priuilegium non consequentur. Respondet ista: Non efficit omnipotentia Dei quicquam ipsius

ipsius Sapientiæ repugnans. Alioqui pugnarent inter se virtutes, quæ sunt in Deo. Atqui Dei sapientia constituit, vt Christi hominis corpus sit vere humanum, ac proinde ne sit vnquam simul pluribus in locis. Ergo Bellarmini solutio prorsus euertitur.

xv. nostra ratio est ex Coloss. 3. v. 1. Christus homo est in cælis, non in terris, sedens illic ad dexteram Dei Patris. Quare dum antiquitus S. Cœna celebrabatur, & Panis sacramentalis distribuebatur, à Ministro dici sumentibus solebat *Sursus corda*, vt in cælis, non in terris, quærenda Christi caro, illis indicaretur.

Respondet Bellarminus: Hoc esse verissimum. Sic enim Cyprianus De Orat. Dominica, Augustinus lib. De Bono Perseuer. cap. 13, Liturgiæ Basilij, & Chrysostomi dici solitum fuisse in S. Cœna ad ministranda docet. Verùm se hoc te lo non feriri ait, quia qui Corpus verum Christi in signis Eucharistiæ quærūt re ipsa, sursum corda nihilominus habent, quia tunc de rebus spiritualibus cogitāt. Est enim *cor sursum habere*, de rebus celestibus cogitare, non autem in cælo Christum quærere.

Respondeo Bellarmino, Fallere eum æquiuocatione harum vocum, *Sursum corda*, & *Superna quærere*. Nam nonnunquam solam de rebus supernis ac celestibus cogitationem innuunt, quo solo sensu sumit Bellarminus. Sic Paulus Philipp. 3. v. 19. 20. Sæpe & locum quoque, in quo res ipse celestes, de quibus nobis cogitandum est, versantur. Est autem cælum verum, huic terræ oppositum. Sic Ephes. 2. v. 7. Philipp. 3. v. 14. lo-

han. 3. v. 31. 8. v. 23, & *à* *ivo* locum quoq; ipsum ce-
lestem complectuntur. Quo posteriore signifi-
cato sumit Paulus Coloss. 3. v. 1: priore vero se-
quenti versiculo. Sed hæc tam manifesta non di-
stinguit homo hebes Bellarminus.



AD SECUNDVM LIBRVM
DE EYCHARISTIA.



Ntequam ad huius secundi libri
(in quo Bellarminus Patrum, pro
se quidem, vt putat: re ipsa autem,
pro nobis, testimonia collegit)
examen accedam, duo quædã præ-
fabor, quorum piùm Lectorem vbique in toto
hoc libro meminisse velim, vt obsecro: ex qui-
bus tum inutilis iste Bellarmini pro se labor ap-
parebit: tum perpetua, qua in toto hoc libro ma-
nifestè vtitur, fallacia A non caussa. Deprauat e-
nim apertissimè Patrum sententias, & quos ex
his citat locos.

Primū igitur nostrum præfatum est: Concede-
re nos, sempërque concessisse verum & essentia-
le Domini nostri Iesu Christi corpus, & verum
& essentialem eiusdem sanguinem adesse re ipsa
in S. Cœna seu Eucharistia: sed hominibus eam
ex fide sumentibus, non autem ipsis signis. Nam
quum sola fides nos Christi veræ carni & san-
guini coniungat. Iohan. 6. v. 29, 31. Ephes. 3. v. 6. &
17: signa verò sacramentalia, vt pote. *à* *vo*, &
terrena careant fide, certè quidem illa cum vera
Christi carne, & vero illius sanguine minimè
re ipsa

re ipsa coniunguntur, aut coniungi possunt. Itaque sacramentaliter duntaxat & relatè Panis ille in S. Cœna dicitur *corpus Christi*: vinum illud, *Sanguis*: re ipsa autem propterea vera caro, & verus sanguis in his signis neque inest, neque concluditur, neque iungitur. Quare vel inutilis est iste Bellarmini tantus labor, vel in nos calumniosus. Inutilis, si tantopere se, suâque scrinia omnia vexavit, & perscrutatus est omnes arculas suas laboriosissimè, ut probaret extorqueret & euinceret à nobis, quod ipsi vltro, non tantùm sponte illi concedimus & offerimus: Nempe verum Christi corpus verè esse in S. Domini Cœna seu Eucharistia. Calumniosus in nos, si cuiquã persuadere vult & studet Bellarm. Nos negare veritatem corporis Domini nostri Iesu Christi in S. eius Cœna. Hoc enim nobis, vel sciens vel nesciens affingit. Si sciens, mentitur: si nesciens, fallitur.

Alterum præfatũ nostrum est: In Patrum Ecclesiasticorum scriptis hæc duo diligèter & obseruanda, & distinguenda esse. Primum: Patrum rhetoricationem ab eorandem doctrina & assertionem. Nec enim quod ab his per rhetoricationem profertur, pro eorum doctrina exaudiendum est. Est autem apud eos rhetoricatio quicquid plus rei alicui, religionis ergò, tribuunt, quàm S. Scriptura. Alterum obseruandum est: In his ipsis Patribus distinguendam esse Sacramentalem locutionem à simplici. Sacramentalis enim omnis locutio est tropica: simplex non item. Est autem apud Patres locutio sacramentalis, quum de signis sacramentorum loquentes il-

lis tribuunt: id quod est proprium rei, ab illis signata. Has locutiones tam diuersas & dissimiles confundit Bellarm. in toto hoc libro: ac proinde quæ sacramentaliter dicuntur tanquam simpliciter enunciata sumit, & hæc fallacia (quæ est *non causa, & figura dictionis*) nos decipit, & Patres sui erroris de Transubstantiatione Panis in verum Christi corpus suffragatores. sed falso, facit. Quibus expositis iam ad singula huius libri capita perpendenda accedamus.

Ad Cap. 1.

TAm malæ, qualem sequitur Bellarminus, & falsæ sententiæ & causæ non alios testes primos, ac in prima acie pro se propugnatores acerrimos collocat, quàm & dubios, & inanes, Nempe ex commentitio quodam & incerto de Passione S. Andreae libro, quem ut confutret (de eo enim dubitatum os pios omnes peruidit) profert testimonium de eo Iohannis de Louanio, hominis imperiti, & planè isto iam de Transubstantiationis errore & veneno fascinati: item Aloysij Lipomani, eidem hominis superstitiosissimi, & ignorantissimi: item Breviarij quædamque Romani, quod cuius sit apud omnes vere pios autoritaris vident etiam cæci. Sunt tamen hi soli istius quam citaturus est ex eo libro, doctrinæ testes.

Fabulas igitur nobis lepidas iste narrat, ut & Abdias quidam nuper ab his confectus, & à Græco translatus edidit. Denique contra Bellarminum facit etiam hoc istius Andreae testimonium. Docet enim sola fide manducari carnem Christi Agni Dei: ergo non ore, & dentibus corporis, sic
ut

ut volunt, & contendunt Pôtificij, dum S. Cœna Panē transubstantiant. Ergo hic se suo iugulari gladio.

Ad Cap. II.

Primùm multa perturbat Bellarminus in Patrum scriptis colligendis, tum in ordine temporis, tum in omittendis plerisque, quos sibi contrarios esse sensit. In ordine temporis, quòd Ignatium præf. r. suo Dionysio Areopagite, qui si verè est Areopagita (quemadmodum isti ceu- sent) præcessit Ignatium tempore. Deinde Clementem Romanum, & Polycarpum prætermisit, veteres autores, si modò sunt eorum illa scripta, quæ Pontificij illis tribuunt.

Sed & peccat Bellarminus, Quòd nulla Concilia pro sua Panis in verū Christi corpus transubstantiatione, & falso: sed tantùm priuata iudicia: quanquam nec ea ipsa pro se, sed contra se profert, sicut suis locis, Deo optimo Maximo bene fauente, apparebit.

Denique peccat Bellarminus, Quòd statum causam mutat, & peruertit. Nec enim inter nos & Pontificios quæstio est, Vtrum verum Christi corpus & sanguis adsit si de sumentibus in S. Cœna (Nam procul dubio iis adest) sed Vtrum Panis Eucharistiæ reuerà mutetur in ipsam veri corporis Christi substantiam: quod illi affirmât, nos negamus. Nec vllum de eo pro se testimonium ex Patribus affert.

Sed & illud obseruet pius lector, A Christo nato ad annū penè M. LX. & ad tempora vsque Nicolai III. & Berengarij Patres nullos Trâsubstantiationem Panis probasse.

Ignatium profert Bellarminus ex sine epistola ad Smyrnenſes, quæ est numero 7. vbi ait Eucharistiã esse carnem saluatoris: Ergo, inquit iste, vult Panem transsubstantiatum esse in verũ Christi corpus. Respondeo: Falsa est consecutio. Nam Ignatius Eucharistiã vocat corpus Christi seu carnem sacramentaliter, in quo locutionis genere nulla fit, aut est substantiæ mutatio, sed duntaxat vsus. Ergo est fallacia, vel Ab æquiuocatione, vel à figura dictionis, vti præmonui.

Imò idem Ignatius carnem Christi verã carnem asserens, oppugnat Bellarminum. Nam quia vera est caro, ossa & carnem habet: vno tantum loco, vtpote verum corpus, esse potest, non pluribus simul. Idem epist. 8. ad Polycarpum, epistola 12. ad Romanos repetit. Quæ veræ Christi carnis conditiones transsubstantiationẽ Panis euerunt. Idem epistola 16. ad Philippenses distinguit in S. Cœna Panem à vino, & huius ab illius significatione finem: quæ omnia confundit Transsubstantiatio Pontificia, Bellarmini Helena. Quin imò in hac ipsa epistola ad Smyrnenſes ait eandem esse Baptismi, & Sacræ Cœnæ rationem. At in Baptismo nulla fit signi substantiæ mutatio. Solutio Bellarmini de Carne Christi vera alia in cruce patiente, & alia in Sacramento existente, tanquam diuersæ sint carnes, est sacrilega. Est enim caro vera Christi vnica tantum: & quæ existit in Sacramento fidelibus est eadem ipsa, quæ passa est in cruce Luc. 22. v. 19. 1. Corinth. 11. v. 24. Itaque verissimè hic blasphematur Bellarminus.

Ad

Ad Cap. III.

Dionysium (quem Areopagitam putat) tempore posteriorē facit, quam Ignatiū. Est hæc *aviso* puerilis. Citat ex eo locum Hierar. Ecclesiast. cap. 3. parte 3, vbi Sacramentum Eucharistiæ vocat Dionysius exclamando & abiurando & admirando diuinissimū. Respond. Nemo hoc negat. Nam in eo præclarissima dona nobis offert Christus. Verū Transsubstantiationis ne *ꝑ* quidem propterea meminit Dionysius. Imò Panem, & vinum S. Cœnæ vocat *Signa, Imagines, Similitudines, Sigilla*. Ergo ea à rebus ipsis signatis separat. At excipit Bellarminus: Idem dixit *Panem S. Cœnæ esse supra nos*: ergo vult eum transsubstantiari. Respondeo: Nego consecutionem. Nam supra nos dicitur ille Panis, quòd veram Christi carnem, quæ supra nos est, significat. Ergo significatione, non substãtia supra nos est iste Panis sacramentalis.

Ad Cap. IV.

Testimonium Clementis Romani sciens omisit Bellarminus, qui ait signa S. Cœnæ cū reuerentia quidem vtpote religiosa (sicut loquitur Augustinus Lib. 3. cap. 10. Trinitatis) esse sumenda: non autem adoranda. Quòd si sensisset esse transsubstantiata, dixisset eadē esse, vt Christum ipsum, à nobis adoranda.

Iustinum Martyrem citat iste non pro se, sed contra se: sed illius & mentem, & verba ex Apologia secunda peruertit, & malè vertit, & transponit. Ergo, quemadmodū ex verbis hic ab ipso met Bellarmino citatis apparet, hæc tria docet Iustinus. Primum: Panē & Vinum S. Cœnæ non

ad usum communem propter verba institutionis à nobis fidelibus sumi in S. Cœnæ sacramento. Alterum, Hunc ipsum Panē & Vinū in S. Cœnæ etiam post consecrationem dixit Iustinus *ὑχαισθησαν* (quæ fit per preces verbis Dei seu Institutionis S. Cœnæ conformes) esse nihilominus alimentum, quo & caro nostra, & noster sanguis alitur. Ergo manet & Vinū illud & Panis ille etiam post consecrationem, Verum Vinum, & Verus Panis. Tertium ait: Hæc tamen signa quodam mutationis modò (*κατὰ μεταβολήν* ait Iustinus) dici carnem & sanguinē veri Christi & incarnati, Quo quid pro nobis verius, & nostræ sententiæ accommodatius, convenientius, & aptius dici potest? Sed interpret iste verba hæc, *ὑχαισθησαν* *πρὸς ἡμᾶς*, item *δι' ὑχαισθησαν* *τῆς θεῆς*, item *κατὰ μεταβολήν* significant in eo loco, quem tamen convertere voluit, ignorat, & nescit. Verūm voluit iste Palæphatus videri suis etiam aliquid Græcè, quantumvis malè, & leuiter, scire.

Et hoc totum est ex Iustino Martyre testimonium, quod pro se, ut vult: ut res est, contra se citat Bellarminus. Nam quòd addit & vrget hoc dilemma: Aut poterat Iustinus dicere Christi veram carnem in signo à Christianis manducari: Aut non poterat. Si poterat, cur non dixit? Si non poterat, ergo signum in carnem veram Christi transubstanciatum esse innuit. Hoc dilemma dilutum est, nihil vrget, neque nos necesse, aut vincit. Nam apertè dixit Iustinus Martyr signa illa manere signa, & esse cibos corporales, qualis nō est vera caro, & verus sanguis Christi. Quare mani-

manifestè scribit pius ille Pater, quod scribendū fuit: sed Iustini sententiam Bellar. non intellexit.

Nos autem ex eodem Iustino Martyre docemus, Primū ex Dialogo Contra Tryphonem Iudæum, Christum & post resurrectionem, & in cælo esse verum hominem: & in cælo continendum vsque ad ultimam omnium hominum Resurrectionem. Idem in libro de Recta Confessione confirmat: De S. autem Cæna in eodem Dialogo, & in hac ipsa Secunda Apologia scribit, Panem & Vinum post consecrationem manere verè Vinum, & Panem: & esse signa corporis Christi & sanguinis, non autem ipsa esse veram carnem & sanguinè Christi. Idem in Questionibus ad Orthodoxos. Reliqua huius capituli sunt nanix & nugæ Bellarminæ, quibus Petri Martyris doctissima scripta corrumpit, & verissimam sententiam interpolat. Nam Iustinus & sine circuitione ait Panem consecratum alere carnes nostras in hac vita, non autem ad vitam æternam, & esse verum Panem affirmat: quicquid, ut euadat, commiscatur Bellarminus.

Ad Cap. v.

Citat nobis Bellarminus testimonium Pij primi Pontificis Romani, qui iussit radi, & lingua lambi locum, in quem Panis consecratus negligenti sacerdotis caderet: ergo Pius putauit Panem consecratum esse reipta verum Christi corpus. Respondeo: Primū hoc Pij decretum est plenum impietatis, quia terrenum elementum plus colit, quàm oportet. Deinde est priuatum illius hominis iudicium, qui in consecrandis superstitiosè Templis, Virginibus velandis errauit ineptissimè. Denique nusquam extat hoc

Pij scriptum, nisi apud Gratianum hominē mendacissimum, & qui multa falsa supponit, & attribuit Patribus. Sed & Iuo Carnutensis, & Burcardus Vormatiensis maiore fidem, quàm Gratianus, non merentur. Est in can. *Si per negligentiam* Consecrat. Dist. 2. vbi Glossa ipsamet hoc caput refutat. Negat enim esse ibi corpus verum Christi in tabula, in terra, in asserere: sed illius tantum accidentia ibi esse, vbi cecidit.

Ad Cap. VI.

Irenæum non pro se, sed cōtra se profert Bellarminus: Verum se tam acutum existimat, vt vel inuitū, & obtorto collo pertrahat Irenæum in suam sententiam. Frustra. Sic enim ap. *riè* loquitur Irenæus, vt deprauari neque mens, neque verba eius possint. Ergo duos ex eo Irenæo locos citat Bellarminus. Primum ex lib. 4. cap. 34: secundum ex eodem capite & libro. Respondeo: Vtroque in loco vocat Irenæus Panem & illud signum, super quo gratiæ actū sunt, & consecratio facta, Panem, sed non communem, Neque propter vsum & finem, ad quem ex S. Cœnæ institutione vocatur à Deo, & destinatur: vocat signum, illud idem post consecrationem rem terrenam, quàm à re cœlesti sacramenti separat. Ergo neque Panem aliter, quàm sacramentali locutione, corpus Christi appellat: neque Panis transubstantiationem agnoscit. Sed quum tunc Marcionitæ hæretici maximè Dei Ecclesiam infestarent, qui veram esse Christi carnem negabantur, & verum Deum ac bonū diffiterent esse huius mundi opificem, commodè Irenæus, vti & Tertullianus contra Marcionem, colligit ex

eisdem S. Cœnæ signis & carnem, & sanguinem Christi esse verum: & Christū esse huius mundi opificem, quo tanquam re sua & suo opificio liberè utitur.

Irenæum autem ne per insomnium quidem de Panis Eucharistici transsubstantiatione cogitasse, & ipsius verba ab hoc prolata probant: & hæc quæ sequuntur, Quòd lib. 4. cap. 32, & 34, 57, & lib. 5. ca. 2. scribit Irenæus Panem & Vinum S. Cœnæ esse etiam post benedictionem res terrenas, quibus carnis nostræ corpora substantia nutritur. Distingui tamè à reliquo Pane, & Vino communi propter usum ac finem, ad quem in hac actione sacra adhibetur. Denique vocat ea signa, & memoriam veri corporis Christi, & sanguinis.

Quòd autem Patres ex esu istius signi Panis & Vini sacramentalis colligunt immortalitatē corporum nostrorum, idcirco fit, quia sicut anima nostra rem ipsam S. Cœnæ fide sumens fit immortalis & beata: sic corpora nostra, dum illius rei signata in S. Cœna sigilla sumunt, accipiunt & ipsa signa suæ immortalitatis futuræ per communionem animæ (cui hypostaticè adherent) cum vera & immortali carne Christi: nõ quòd, ut putat hic Bellarminus, corpora hæc nostra vera Christi carne alatur. Essent enim iã ex eo tempore immortalia.

Ineptus autem est, aut malignus Bellarminus, qui scribat Irenæum velle Panem Eucharisticum constare re terrena & cœlesti. Imò hoc modo componi totum hoc sacramentum S. Cœnæ scribit Irenæus, non autem Panem Eu-

charisticum. Est autem præuicator sue causæ quum fateatur in sua Eucharistia & Pontificia nullam rem terrenam uere adesse, quia sola accidentia Panis sunt in Eucharistia sua, non autem substantia Panis. Ergo Eucharistia Pontificia ex Irenæi sententia non est Sacramentum, quia duabus rebus non constat, Nempe Re terrena, & Re cælesti.

Uritur uero fallacia Ab Æquiuocatione uocis, *Mutantur*, manifesta, quum Panis mutationem, quæ fit ratione duntaxat usus, Bellarminus accipit & transfert ad mutationem substantiæ Panis in corpus Christi uerum. Quæ est fraus robustissima.

Quod autem cum fratre Iohanne A. Luuano scribit, Corporum nostrorum substantiam in uictima resurrectione esse mutandam, impium se declarat. Contra uero Paulus 1. Corinth. 15. v. 53. *Hoc corruptibile induet*, inquit, *in corruptionem*. Tertullianus in lib. De Resurrect. Carnis. Athenagoras lib. de Resurrectione. Essentia enim corporum nostrorum in resurrectione non mutabitur, sed solum illius accidentia & qualitates. 1. Corinth. 15. v. 48 49.

Ad Cap. VII.

EX Tertullianus libris testimoniam citat non pro se, sed contra se Bell. & ninus. Primum ex libro 2. Ad Uxorem: secundum ex lib. de Resurrectione Carnis. Nam quod affert ex corona Militis nullius est momenti. Ostendit enim duntaxat, signa S. Cœnæ solere tractari a Pastoribus reuerenter. In his igitur duobus locis, quos allegat Tertullianus, primus ostendit Panem

Panem S. Cœnæ non esse communem Panem: id tamen ab Ethnicis nec capi, nec credi. Secundus locus ostendit Panem & Vinum dici corpus & sanguinem Christi, sed sacramentaliter, non per transubstantiationem: quoniam seipsum explicans Tertullianus ait lib. 3. contra Marcion. esse figuram corporis & sanguinis Christi.

Tertullianus contra totus noster est. Nam & in lib. de carne Christi, & lib. de Resurrect. carnis ostendit veram Christi carnem fuisse verè humanam nostræ similem, ut ait Paulus Roman. 8. v. 3. & Hebr. 4. v. 15. per omnia, excepto peccato. At nostra simul pluribus in locis esse non potest. Ergo nec vera Christi caro: ac proinde reipsa in Pane Eucharistico non est, quia simul diversis in locis esset. De Signis autem S. Cœnæ sic sentit, ut ea & terrena vocet, & figuram corporis Christi lib. 3. & 4. contra Marcionem, & per ea carnem illis representari, & figurari scribat lib. 1. contra Marcion. & lib. 4. Item nuntiari, lib. 5. eiusdem operis, figuram iterum appellat lib. 4. contra Marcionem: item, Per verba Christi, *Hoc est corpus vitæ*, hunc Panem fieri corpus Christi, id est, figuram illius corporis, ac proinde sacramentaliter solùm sic appellari. Idem in libro contra Iudæos. Hæc sunt perspicua ex Tertulliano testimonio, non ex longinquo petita, sicut illa Bellarmini. Representandi autem verbum quum Signis accommodatur, significare rem ipsam exhibere, & præsentem præsentia corporali sistere nefando quidem adhuc auditum est. Atque hoc tamen est summum Bellarmini ad elevanda Tertulliani testimonia præsidium.

Sed quid Bellarmini cauillis & tergiversatione opus est, vt Tertulliani Hieremiæ cap. 11. v. 19. explicantis mentem teneamus: quū ipsemet Bellarminus fateatur Hieremiam figuratè & tropicè locutum fuisse, & Tertullianus ipse idem scribat, quum ait Christum appellasse Panem corpus suum lib. contra Iudæos: quia Panem dabat in S. Cœna, ait, vt esset figura sui corporis lib. s. contra Marcionem. Quid in serpo nodum iam quærit iste, & perspicua Tertulliani verba conatur obscurare? Ergo Christus vocauit Panem, qui erat figura sui corporis, corpus suum Sacramentaliter & figuratè, teste Tertulliano. Quæ sententia Panis transsubstantiationem in verum Christi corpus euertit.

Verba autem illa Tertulliani, *Panis est figura corporis Christi*, quum iste vult explicare, ea balbutit, quæ nec ipse, nec alius quisquam intelligit. Nam quod ad confirmandam carnis Christi veritatem affert contra Marcionem Tertullianus, iste ineptissimè & falsissimè ad figuras Veteris Testamenti refert: & sic mentem boni Patris deprauat, vt suum commentum fallacia non caussa, seu falsa interpretatione, prober. Et ipsemet Bellarm. hic penè millies repetit per Panem & Vinum S. Cœnæ intelligi, significari, demonstrari verum corpus Christi, & sanguinem. Ergo illa non sunt vera caro & verus sanguis Christi, vt alibi vult.

Ad Cap. viii.

ORigenem allegat & producit testem Bellarminus, cuius tria solùm pro se, vt putat, testimonia recitat: nos autem pro nobis ex eodè Ori-

Origene sex manifestissimos locos. Ergo vtrius potius faueat Origenes, apparet. Primus locus ab isto laudatus est ex eius Homil. 13. in Exodū, vbi signa S. Cœnæ magna cum reuerentia à nobis Christianis tractanda esse scribit, & corpus Domini appellat. Respondeo: Et hic, & alibi Origenes, & reliqui Patres signa S. Cœnæ appellant corpus & sanguinem Christi sacramentaliter, non transubstantialiter, vt iste putat. Itaque hæc signa & munera consecrari ait idem Origenes hoc ipso loco. At verum Christi corpus non consecratur. Et in Matth. cap. 15. affirmat idem Origenes Panem hunc abire in secessum cum reliquis corporeis, quos sumimus, cibis.

Secundus locus, quem hic ex Origene affert, est ex Homil. 5. in Diuersa Euangel. Tertius ex Homil. 7. in lib. Numeror. vbi Panem sacramentalem appellat *sanctum cibum, incorruptum epulū, Panem vitæ, cui dicendum sit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Denique vult eum Panem, non esse vt Manna, sed in specie carnem Verbi Dei: quia dixit Christus Iohan. 6. *Caro mea verè est cibus.* Respondeo: Laudes, quas & Origenes, & alij Patres tribuunt Pani sacramentali, propter ipsius sacram. significationem (quia Christi corpus verum dari nobis obsignat) illi tribuuntur & competunt, non propter ipsius vllam transubstantiationem. Itaque idem Homil. 9. in Leuitic. scribit non esse nobis hærendum in ipso signo. Eodem modo intelligendum est quod ait: dum hunc Panem accipimus, esse dicendum, *Non sum dignus &c:* quatenus per eū Panē Christum nobis obsignari, & offerri scimus ex Chri-

sti verbis. Quod autem Manna vocat ænigma corporis Christi, Panem autem S. Cœnæ speciē, nihil iuvat transsubstantiationem: sed ostendit sicut in Baptismo, sic in S. Cœna Christi carniam exhibita Mundo nobis signa dari Christianis, non autem duntaxat futura, qualem carnem significabat Manna Patribus sub lege. Speciem autem appellat Origenes exhibitionem, & illam veritatem, ut Paulus Rom. 8. v. 3. & Apostolus ad Hebræos cap. 10. v. 1. vocavit verā carnem Christi *ἡσπομα & εἰκόνα*. Veteres autem ceremonias *συνάχ.* & Umbras duntaxat. Et sic Origenes est intelligendus. Alludit etiam ad locum Pauli 1. Cor. 13. v. 12. & 2. Cor. 5. v. 7. *intueri per ænigma* aliquid, aut *per aspectum*: de Transsubstantiatione ne cogitavit quidem vel longa manu Origenes.

Nos autem eundem pro nobis testem locupletissimum habemus Homil. 7. in Leuiticum, ubi scribit verba hæc Christi, *Nisi manducaueritis carnem meam*, Iohan. 6. v. 53, nequaquam literaliter, sed spiritualiter esse intelligenda & mysticè. Nec valet distinctio Bellarmini: carnem Christi illic sumi pro verbo Dei. Imò & Origenes & Iohannes de vera Christi carne loquuntur, quam carnaliter edi negant, ut Pontificij volunt.

Secundus locus est ex Homil. 16. in lib. Numeror. Sanguinē Christi bibi dupliciter, vel sacramento tenus, vel fide. Ergo sacramētum, ac prouidē signum separat à re, qua fide sumitur, id est, vera Christi carne.

Tertius ex Homil. in cap. xv. Matthæi, ubi aperte faretur signum corporis Christi abire in seculum.

secessum, postquam à nobis comestum est. Ergo illud esse non putat verum Christi corpus, sed corpus typicum dūtaxat, & Symbolicum, vt ibidem Panem vocat idem Origenes. Denique ibidem inquit Origenes, verum Christi corpus nō posse edi à peccatoribus, sed typicum solūm. Iam vero in hoc relo declinando laborat iste, nec vlla corporis declinatione illud enitare potest. Itaque, more suo, quum elabi non potest, varias & sibi contrarias solutiones affert, quæ modò scriptum hoc non esse Origenis volunt: modò non agi illic de Pane S. Cœnæ: modò differi ab Origenē ibi de S. Cœna. Quid ista varietate in D. Théo logo turpius? Quod denique iste ait in S. Cœna corporalem Eucharistiæ manducationem nihil prodesse, nisi adsit quoque spiritualis manducatio, ipsum euertit, qui vbique contendit corporaliter ipsum Christi corpus edi etiam ab impiis, qui tamen spiritualiter illud non manducant. Deinde constituit iste S. Cœnæ vsum rem esse indifferentē, contra verba expressa Christi Matt. 26. v. 26. *Edite, Bibite.* Denique cōsiderare S. Cœnam extra sumentis fidem, aut infidelitatem, est meta chimæra, quam hic fingit Bellarim. & nobis hoc terriculamentum obiicit, vt deludat nos, & elabatur. Paulus contra I. Corinth. II. v. 27. 28. affirmat S. Cœnam semper dignè, aut indignè manducari.

Quam verò est illud falsum ab Origene appellari *Accidentia Panis materiam Panis*, quæ in secessum abit? Item, quàm absurdum est scribere: Verum Christi corpus esse sui ipsius symbolum, & dici rectè Symbolicum corpus? Ergo idem

erit sui ipsius correlatum: ac proinde Pater aliquis erit sui ipsius Pater: filius aliquis erit filius suus. Quò tandem istos homines error hic abducat? Væ isti Pontificiæ Transsubstantiationis, tam absurdo monstro. Quid quòd & Panes duos celestes nobis in Iohan. cap. 6. fingit Bellarminus, ac proinde duos Christos? Sic enim colligendum est ex ipsius verbis col. 46. L. A. necessarium. *Quartus* Origenis pro nobis locus est ex Leuit. Homil. 9: Quintus ex Matth. 26. vbi Panis S. Cœnæ *Panis* verè vocatur, & propter verbum Christi seu significationem. Aut enim Animarum cibum appellari: idem de Vino, quod sanguis Christi appellatur, scribit Homil. 9. in Leuitic. Origenes. Nec valet explicatio Bellarmini, Origenem illic non de Pane S. Cœnæ, sed de Verbo Dei prædicato differere, quod appellet Panem. Nam apertè & sine circuitione, quemadmodum locus ipse declarat, & testatur, conceditque Bellarminus, agit de Pane Mystico, qui non nisi Panis S. Cœnæ esse potest. Quod hic addit Vinum, qui sanguis Christi mysticè dicitur, ut ait Origenes, sumi pro ipsomet vero & essentiali sanguine Christi, est absurdum. Nec enim sanguis verus Christi est Vinum. Itaque ipsemet Bellarm. hanc suam sententiam statim repudiat. Ait igitur illic agi de sanguine vitulorum. Hoc tamen commentum falsum est. Subiicit enim ipsemet Origenes, se loqui de Mysteriis & Sacramentis, quæ in Ecclesia Christiana exercebantur. Quod denique scribit iste, Infideles intellexisse quid passio Christi, quæ prædicatur in Ecclesia

clesia, significaret, est ἀθεόλασος.

Sextus noster locus ex Origene est ex lib. 8. contra Celsum, circa medium, vbi Panis consecratus etiam tunc Panis appellatur. Nec valet effugium Bellarmini, Nimirum Origenem addere eū Panem fieri per preces corpus quoddā sanctū, id est, interprete isto, in verū Christi corpus transsubstantiari. Respondeo: Panis sacramentalis fit corpus quoddam sanctum per preces, quia destinatur sacro vsui, ad quem à Christo fuit institutus: atque ita idem Panis sacramentaliter sanctificat, vt adicit Origenes: non causaliter, non instrumentaliter, vt Pontificij, & iste imprimis, perperam sentiunt.

Ad Cap. ix.

EX Cypriano non pro se, sed cōtra se profert testimonium Bellarminus. ex eo enim tria tantū pro se profert: nos octo locupletissima contra eum. Primus locus ab isto citatus est ex Cypriani Serm. Quinto de Lapsis, vbi ait reum esse summi sceleris, qui Panem, qui corpus est Domini, indignis manibus tractat. Itē ex Serm. de Cœna Domini, vbi Panem S. Cœnæ vocat Panem inconsumibilem. Ergo, inquit iste, sentit Cyprianus, Panem Eucharisticum reipsā mutatum esse in substantiam corporis Christi. Respondeo: vt Panis S. Cœnæ dicitur corpus Christi: sic vocatur Panis *inconsumibilis*, Nempe ratione significationis: nō autē in mutata eius substantiā. Quare non est eiusmodi Panis indignè tractandus, ac contemnendus: sed eius vsus & finis spectandus, & à communi discernendus. i. Corinth. ii. v. 4 28. Iudæ epistola v. 12. Quod au-

Q. iij.

tem negat iste Patres fide cibum eundem, quem
 nos edisse, refellit à Paulo 1. Corinth. 10. v. 25.
 4. ex eodem Cypriani libro de S. Cœna profere
 hoc testimonium Bellarminus: *Panis iste, quem
 Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed nature
 ra mutatus est. Omnipotentia Dei factus est caro: Sa-
 cramento Visibili ineffabiliter diuina se infudit ef-
 sentia.* Respondeo: *Vox, natura,* illic significat
 sum, & finem: non essentiam rei. Imitatur Petrus
 in 2. epist. cap. 4. v. 4. & Cœcilium similiter Chal-
 cedonense, qui *quorum* appellant qualitates, inter
 quas etiam est vsus, finis, & significatio. Ergo
 Panis ille *natura* mutatur, id est, vsu, & significa-
 tione: non *effigie*, quæ sensibus cernitur huma-
 nis. Nam retinet Panis hic, etiam post consecra-
 tionem, suam effigiem, ac proinde suam essen-
 tiam. Nam hac mutata mutaretur quoque essentia
 gies externa Panis. Hoc autem oppugnat omnimodum
 no Transsubstantiationem Panis in verum corpus
 pus Christi, quum in eo tota effigies salua maneat:
 Nostra interpretatio confirmatur ex eodem
 quod ibidem vocatur hic Panis *natura* mutatus,
sacramentum, ac proinde signum veri corporis
 Christi: & hæc corpora nostra ali, & augeri hoc
 eodem Pane in eodem illo libro dicuntur, quod
 veræ Christi carni non cõpetit. Ergo verè sen-
 sit P. Martyr, quum scripsit Panem cum mutari
 ratione vsus, non substantiæ. Factus est enim ex
 communi Pane in S. Cœna sacer, & sanctus Pa-
 nis. Fallitur verò Bellarminus, quum vult *effigiem*
 Panis dici illius significationem. Imò effigies est
 ipsa rei facies, forma, & figura externa, quæ non
 mutatur in Pane consecrato, quoniam eiusdem
 sub-

substantia non mutatur. Nam ad mutationem
 essentia^{is} necessario sequitur mutatio effigiei ex-
 ternae. Signum autem rei alicuius esse vult Bel-
 larminus conuenire potius illius signi acciden-
 tibus, quam substantiae, sed est hoc falsissimum,
 & ex perpetua omnium & Veterum, & Nouorum
 Sacramentorum regula refellitur. Imò ab ipsi-
 met Scholasticis, qui Accidentia Panis conse-
 crati esse negant signum & illud, in quo consi-
 stit analogia corporis Christi ad alendum ani-
 mas nostras, & veri Panis ad alenda corpora no-
 stra. Thomas in 3. parte quaest. 77. Art. 1. & 6. De-
 niq̄ quòd Panis accidentia nos nutriant, non
 eius substantia, est falsissimum. Oppugnat enim
 & euertit hoc dogma & vniuersam Physicam,
 & Medicinam; praclarissima Dei dona En, in
 quas se homo iste, vt suae Transsubstantiationis
 mendacium tueatur, angustias coniciat miser!
 Nam quòd addit, & serpentem æneum, & lin-
 guas igneas, & visiones Prophetarum fuisse sa-
 cramenta tantum ex sola effigie, non ex substan-
 tia, quam vel nullam habebant, vel non iis re-
 bus, quas significabant, similem, & analogam,
 verum quidem est: sed id idcirco fiebat, quòd
 Deus res eas non repraesentabat, vt in nostris sa-
 cramentis; ex effectis ipsorum substantiae pro-
 priis, verum ex effectis ipsorum formae & figurae
 externae propriis, & conuenientibus.

Quòd autem omnipotentia Dei non requi-
 ratur, vt res caduca & terrena sit coelestis, & ter-
 ranae verissimum signum, & obliuio, qui
 negare audeat, nisi a Socrate & Bellarminus,
 qui mentiri mavult reluctando veritati, quam

filendo illi acquiescere? Quæ ex istius sententia, & quidem ex eius verbis manifestis additis possunt homines instituire sacramenta salutis, col. 464. L. D. §. Tertio. Id quod quauis blasphemia est sceleratius.

Patres autem vsi sunt & similitudine Incarnati, id est, hominis facti Christi, ad probandam Sacramenti veritatem: vicissimque similitudine sacramenti, ad probandam vnius personæ Christi duabus naturis diuersis constantis veritatem. His enim similitudinibus rem vnã & eandem numero, duabus tamen dissimilibus rebus componi docebant posse. Nam sacramentum quoduis & vinum, tamen constat re terrena, & re spiritali: & Christi vna persona componitur tan natura humana, & natura diuina. Sed vna res alterius duntaxat similitudo est. Ex similitudine autem nihil præter simile colligendum est: nec vllum simile est idem cum suo simili: quod falso putat Bellarminus. Ergo quicquid de illa duarum in vna Christi persona naturarum coniunctione verè dicitur non tamen verè dicitur de vnione signi & rei signatæ, vt illa sint simul actu vnita.

Tertium, quod iste ex Cypriano profert testimonium est ex eodem sermone, vbi ait Cyprianus, Nos in S. Cœna bibere verè sanguinem, quem Patres non bibebant. Ergo, inquit iste, Vinum S. Cœnæ transubstantiatur in verum sanguinem Christi. Respondeo: Bibunt Christiani in S. Cœna sanguinem verum Christi fide, sub ipso nomine sanguinis: sed Veteres, etsi Christi sanguinem fide bibebant, non tamen sub ipso nomine

nomine sanguinis Christi, sed vel Vini, vel Aqua. Nondum enim illis tam perspicuè Deus ista mysteria Christi, quàm nobis, exposuerat, ut vulgò, & à vulgò illius Ecclesiæ Veteris, sicut iam ab Ecclesia nostra vulgò intelligeretur. Hic est verissimus sensus Cypriani.

Verùm hominis istius videte, & spectate audaciam. Nam qui sua tueri non potuit, nostra tamen aggredi conatur: sed frustra. Est enim iniusta veritas, quam tuemur. Cyprianus igitur totus noster est. Id quod probamus ex eius Sermone de S. Cœna, ubi ait Cyprianus Christum in S. Cœna quotidie creare suum corpus, benedicere, sanctificare, præstare seu distribuere. Quæ certè de Pane sacramentali dicuntur omnia, non de ipso vero Christi corpore, quod neque amplius creatur, diuiditur, sanctificatur: sed semel & creatum est, & sanctificatum, & benedictum in æternum Roman. 6. v. 10. Hebr. 7. v. 24. 28. Nec valet solutio Bellarmini, Cyprianum alludere ad Canonem Missæ. Nec enim Canon Missæ tunc ullus erat: Imò totis penè quadringentis annis, postea à Gregorio Magno compilatus est. Deinde: quod ait iste, verba Cypriani sumi de Materia Panis, qua creatur corpus Christi per Transubstantiationem, falsum est. Nam Christi corpus ipsum esset farinaceum, non ex Mariæ Virginis semine natum, si fieret ex materia Panis, quæ seminatur, meritur, molitur, pinsitur. Id in quod vel sentire est blasphemum. Est autè Panis de S. Cœna verissimi corporis, non aërei, non ficti, sicut Marcion voluit, signum: & sic intellexit Cyprianus.

Secundus locus pro nobis est ex eodem sermone, vbi Panis S. Cœnæ consecratus dicitur alere corpora nostra, & nostræ fidei infirmitatem adiouare. Hæc Pani, non vero Christi corpori, quadrant. Ergo Panis consecratus est verus Panis, nō reipsa corpus Christi. Ad hoc testimonium nihil respōdet Bellar. Negat illic agi de pane S. Cœnæ. Resp. Imò verba Cypriani probat agi illic de eo Pane, qui propter suam figuratorem dicitur, & mutatur vsu in carnem Christi.

Tertius locus pro nobis est ex eodem sermone: item & Quartus, vbi verum Christi corpus nec dentibus atteri posse dicitur contra can. *Ego Berengarius. Consecrat. Dist. 2: nec vllam corporalem nobiscum vnionem, id est, cum nostris corporibus habere affirmatur. Ergo verū Christi corpus non mutatur in Panem S. Cœnæ, qui dentibus editur, & atteritur reipsa, & cum corporis nostri substantia miscetur. Itaque insultus est bellarminus, qui respondet his Cypriani verbis, in S. Cœna non dentes ad mordendum acimus: sed fide sincera sanctum Panem fragimus, damnari solum carnalem delectationem, quam in edendo cibo sumimus: non autem declarari verum Christi corpus sola fide manducari. Nam Augustinus in can. *Ve quid paras. Consecrat. Dist. 2.* hanc Cypriani sententiam pro nobis contra bellatimum exponit, nempe mente, non ventre verū Christi corpus manducari. Quum autē iste scribit nos nō sic in S. Cœna cū Christo misceri, vt personæ diuinæ inter se miscerentur, impius plane est. Nec enim personæ diuinæ inter se miscerentur. Nā nō distinguerentur. Impius est, qui scribit Impios S. Cœnā participantē vniri cum Christo:*

sto: item Hominum cum vera & viuifica Christi carne vnionem illis nocere. Denique quum ait, Nos per S. Cœnam etiam ex consequente cum Deo Patre minimè vniri. Imò, contraquã Christus ipse Iohann. 17. v. 22, & Iohannes 1. Iohan. 1. v. 3. docent nos per nostram cum Christo communionem quoque vniri Patri. Hic planè impius est iste, nec excusari potest.

Quintus pro nobis locus est ex Cypriani eodem Serm. de Sacra Domini Cœna, vbi dicitur manducatio Christi carnis nostra esse mansio cum eo: Item. *Quod est esca carnis, hoc est fides Animæ.* Ergo veri Christi corporis manducatio fit fide, non ore: ab Anima, non à dētibus, contra quàm suadet Transsubstantiatio. Bellarminus responder id intelligi de effectu manducationis carnis Christi, non de modo. Respondet Bellarmino: Imò de ipso manducationis veræ Christi carnis modo hæc scribuntur: non solum de illius fructu, & effectu.

Sextus locus pro nobis est ex lib. de *Vnctione Chrysmatis*, vbi assertitur Panem & Vinum S. Cœnæ dici carnem, & sanguinem Domini, quia significantia & significata, id est, Signum, & Res Signata iisdem vocabulis censentur. Est igitur communicatio vocis Corpus in signo verbalis duraxat propter promissionem Christi, non realis: ac proinde nulla fit Signi Panis transsubstantiatio in verum corpus Christi.

Respondet Bellarminus ambignè, & variè: fateriturq; eum locū nobis fauere. Verum effugiū reperit, vt putat. Ait enim Cyprianū non opponere verū Christi corpus in Cruce vulneratum: Pani sacro in S. Cœna Apostolis dato: sed velle

Christum aliud esse corpus suum, quod victima
 in cruce fuit, & fuit verum corpus suum: aliud
 autem corpus quoddam suum fictum, quod in
 Cœna sub accidentibus Panis latuit, neque verum
 corpus suum fuit. Respondeo: Hæc solutio Pri-
 mum fingit duo esse Christi corpora: vnum ve-
 rum: alterum falsum: quæ summa est blasphemia.
 Deinde facit sibi contrarium Cyprianum, qui
 lib. 2. epist. 3. scribit illud, quod Dominus vocat
 sanguinem suum, esse verè Vinum, & ex vis ex-
 pressum. Idem in serm. de Pœnitentia, & in libro
 de Vnctione Chriftatis addit auctor, Apostolos
 hanc vbiq; veritatem docuisse: ergo Transsub-
 stantiationem Pontificiam euertisse manifestè
 docet. Nam Paulus docet hunc Panem conse-
 cratum manere verum Panem 1. Cor. II. v. 27. Et
 respondet tunc solum Panis signum causæ suæ,
 & vero, vt loquitur Cyprianus, corpori Christi,
 si retinet veri Panis corpus nostrum alentis sub-
 stantiam, non solum accidentia. Nam substantia
 Panis, non accidentia nos alunt. Ergo Transsub-
 stantiatio istam Panis & carnis Christi veræ ana-
 logiam tollit, & extinguit. Quod si in S. Cœna
 signa tollantur, quod Pontificij faciunt, non po-
 test in S. Cœna res significans (quæ nulla est) &
 res significata iisdem vocabulis cœteri, quod vult
 Cyprianus in loco citato. Denique quum B. Ilar-
 minus negat Sacramentum vnum & idem con-
 stare signo, & re signata, & ita sacramentaliter in
 vnam essentiam coalescere, Irenæum Patrem ve-
 rum dixisse negat, qui hoc scripsit, quem tamen
 supra laudauit: & omnes Patres respicit, qui vo-
 lunt, vt in persona Christi, sic in Sacramento, res
 diuer-

diuerfas coalescere in vnum. Id quod tamen iste supra comprobauit.

Septimus pro nobis locus est ex lib. 1. epist. 6. ad Magnum: vbi dicitur, Vinum, quod Domini dicitur, sanguis factum esse, & constare multis vuis, & esse fructum & geninem vitis, vt de vero vino loquitur Moses Deuter. 32. v. 14, Christus Matth. 26. v. 28. Ergo vinum non est transsubstantiatum in S. Cæna in verum Christi sanguinem. Nam Christi sanguis non contat vuis. Idem de Pane scribit Cyprianus, eum à Christo vocatum Panem. Respondet iste, Ipsa vocatione Panē hūc fuisse transsubstantiatum in verum corpus Christi: vti priuatus miles vocatus ad imperium, ipsa vocatione fit Imperator, desinit autem esse priuatus miles. Respondeo isti: Quum ista Panis vocatione à Christo facta sit sacramentalis, non adimit Pani substantiam, sed duntaxat eius vsum mutat, Sicut & vocatione priuati Militis ad imperium non perimit eius substantiam, sed addit illi duntaxat dignitatem. Sic vocatione Christi addit solum dignitatem Pani.

Octauus pro nobis locus est ex lib. 2. epist. 3. ad Cæcilium, vbi Cyprianus ait in Vino S. Cæne sanguinem Christi ostendi: & Panis farina vocatur, quod vero Christi corpori competere non potest. Ibidem dicitur post consecrationē Vinum, non sanguis Christi, esse in Calice. Item, sic Sanguis esse in vino dicitur, quemadmodum Populus est in Aqua eiusdem S. Cæne, nempe significatiuè.

Quid ad hæc Bellarminus? Primum agit Sophistam. Nam postquam concessit quum res di-

sparatae sunt, & vna de altera enuntiatur, hanc
 enuntiationem esse figuratam: Negat quod in-
 de quoque necessario sequitur, nempe Panem
 S. Cœnæ dici figuratè corpus Christi, quum Pa-
 nis ille, & verum corpus Christi sint res dispa-
 ratæ, & vna de altera dicatur. Ineptus est autè qui
 id quod in S. Cœnâ refert verum sanguinè Chri-
 sti: Item, Vinum esse sanguinem Christi signifi-
 catiuè, & tamen reipsa Vinum in sanguinem il-
 lum esse mutatum. Item, Accidentia Vini posse
 separari ab eius substantia (cuius sunt tamè pro-
 pria quarto modo, & Individui istius constitu-
 ta) Accidentia autem propria Christi non posse
 ab eius substantia separari. Nam vtrorumque
 accidentium (quum sint suorum subiectorum
 propria quarto modo, & Individuorum illo-
 rum constitutiva) est prorsus eadem ratio, & ius
 idem. Sed est amens iste, qui hæc tam fatua sen-
 ziat, & scripris consignet suis.

Deinde fingit rectè dici, & tamen figuratè,
 Vinum esse sanguinem Domini: sed non rectè
 dici & figuratè, Sanguinem Domini esse illud
 Vinum. Quæ, obsecro, sunt istæ ineptiæ: quæ ho-
 minis istius intemperæ? Imò, Bellarmine, tam
 rectè, & figuratè dicitur, *Sanguis Domini est vi-
 num illud*, quàm rectè & figuratè enuntiatur, *Hoc
 Vinum est sanguis Domini*. Vtriusque enim enun-
 tiationis idem est fundamentum, Verba Christi
 scilicet. Sed nihil non negare audet, ac didicit
 iste, vt elabatur, si potest.

Ad

Ad Cap. x.

Nicenum Concilium primùm profert iste pro se, frustra: pro nobis, commodissimè. Nam diserte verat illud Concilium, Ne in signis S. Cœnæ etiam consecratis (quæ videntur in his terris) heretamus: sed fide, & mente in cœlum, ubi est verum Christi corpus, assurgamus. Itaque vocat signa illa etiam consecrata, duntaxat *Symbola* nostræ resurrectionis, & corporis & sanguinis Christi. Ex quo fit, ut Transubstantiatio Panis negetur, & tollatur ex illo concilij Niceni primi decreto, quæ nos in terram deprimit, dum signis adherere docet. Verùm sententiam concilij torquet ac depravat Bellarminus. Ait enim iuberi nos non attendere solum ad Panis illic præsentis accidentia, sed spectare quod sub his latet. Est autem verum corpus Christi, quia dicitur *Agnus Dei* in sacra mensa, ubi sunt apposita & sita signa, situs Respondeo: Quia Dei promissio semper, ex Dei parte, vera est, verè quoque propter promissionem Dei dici Agnum Dei in sacra mensa situm. Nam hanc Dei promissionem signa sita supra mensam hanc obsignant. Ergo ratione significationis & oblationis Dei dicitur Agnus Dei illic situs. Quod autem dicit concilium, *Agnus immolari in S. Cœna*, tropicè dictum est, quia S. Cœna est cõmemoratio mortis Christi, ac proinde eius immolationis. Denique impius est iste, qui ait nostra corpora cum Christi corpore cõjungi. Id quod & Cypriano repugnat, & veritati. Fieret enim confusio essentia corporis Christi cum essentia corporis nostri & mixtio, qui error est Anabaptisticus & Sckuenfeldianus.

Ad Cap. xl.

A Athanasij Episcopi Alexandri testimonium non tam pro se, quam pro nobis citat Bellarminus ex Theodoriti Dialogo secundo. Illic inquit Athanasius Christum verum corpus habuisse, quum variis aliis argumentis prolatis, tum hoc magni momenti (quo Irenæus, Tertullianus, & alij quoque Patres vtuntur aduersus Docetas & Marcionitas) quòd Christus, qui mētiri non potest, in S. Cœna veri, non fictiti, sui corporis signa instituerit, & illud, (cuius sunt signa,) corpus suum, & quidem frangendum, appellauerit. Ex hoc loco colligit Bellarminus: Ergo Panis S. Cœnæ transsubstantiatur in verum corpus Christi. Respondeo: Primùm vocat Mysterium & Sacramentum Athanasius, quod in S. Cœna tradidit Christus, nempe Panem. Ergo Panis dictus est sacramentaliter, ex Athanasij mente, non autem transsubstantialiter, corpus Christi: alioqui nihil erat necesse Panem portectum à Christo dici Mysterium. Vnde pro nobis est iste locus Athanasij, non contra nos.

Idem Athanasius Dialogo v. contra Apollinaristas contendit Christi carnem omnino similem esse nostræ, excepto peccato, Hebr. 4. v. 15. ac proinde suis dimensionibus, non autem Panis & crustuli quantitate, comprehensam, vno solùm in loco esse vno tempore. In libro de Imagine Christi ait, sicut & Irenæus, Panem S. Cœnæ consecratum fieri ex eo corpus Christi, quòd ad vsum sacrum Christi corporis destinatus. Ergo ex destinatione, & vfu, non ex conuersione substantiæ, fit & dicitur Panis ille corpus Christi.

Christi. Idem in Tract. in illa verba Math. 12. v. 32, *Quicumque locutus fuerit in filium Hominis*, ubi scribit veram Christi carnem solum spiritualiter edi, non ore, & carnaliter, quia spiritualis est, quam ab hoc Mundo per ascensionem suam in cœlum traduxit Christus. Nam si carne Christi carnaliter pij vescerentur, non sufficeret tā multis, quibus datur in S. Cœna. Quare ab Athanasio oppugnatur Transsubstantiatio. Nec valet Bellarmini subterfugium & latebra, loqui Athanasium duntaxat aduersus Capernaitas. Nam dānat in vniuersum omnes, qui Christi veram carnem carnaliter quocunque modo manducari sentiunt (sic & Bernard. Serm. de Sancto Martino) siue diuisum in frustra, siue non: siue in Pane, siue cum Pane. Nec potest caro vera Christi dari in cibum spiritus, si, quemadmodum vult Bellarminus, descendit in ventrem & dentibus estur corporis, sicut iste apertè vult col. 472. L. D. Sed neque potest vera caro Christi ascendisse in cœlum, & ibi esse, si adhuc cum vel in Pane S. Cœnæ in his terris præsentia corporali versatur. Ergo nugas agit, quum hæc tam *avûsata* scribit Bellarminus.

Ad Cap. XII.

Hilarij Pictaviensis Episcopi etiam pro nobis, non pro se testimonium profert Bellarminus, tam est vel væcors, vel cæcus, & in sua causa præuaricator. Sed ista sunt hominum veritatem Dei oppugnantium præmia, vt suo se iugulæt gladio. Difficile enim illis est, vt ait Christus, aduersus stimulos Dei calcitrare.

Citat igitur Bellarminus vnicū pro se ex Hi-

larij lib. 8. de Trinitate locum, vbi scribit Hilarius carnem Christi in nobis naturaliter manere, si fide sumitur, & si in eum credimus. Deinde carnem Christi esse veram carnem. Hæc promittit ex Hilario iste. Respondeo: Posterius dictum Hilarij refellit Apollinaristas Marcionitas, sed & Transsubstantiatores quoque Papistas, vt postea demonstrabimus.

Prius autem eiusdē Hilarij dictum nos iuuat, non lædit. Docet enim pius Pater veram Christi carnem verè in nobis credentibus in S. Cœna manere: quod ipsum dixit *manere naturaliter*. Naturam enim opponit Hilarius fictioni, & vanæ animi imaginationi. Nonnulli enim existimant nos per fidem non verè: sed phantasticè & imaginariè duntaxat coniungi Christo, & ipsius carni veræ. Respondet Hilarius, Imò nos illi per fidem naturaliter, id est, verè coniungi, nō phantasticè. Nam alibi idem Hilarius *naturam & naturaliter* sumit pro *Veritatem*, & verè: quemadmodum quum ait, *Nos per naturam eiusdem Baptismi, per naturam eiusdem fidei, Naturaliter Christo coniungi*, id est verè. Sic alibi scribit *nos verè verbum carnem sumere in Dominico cibo*. Sed & Christi vera caro nostra per omnia, excepto peccato, similis est Roman. 8. v. 3. Hebr. 4. v. 15: Ergo naturaliter quoque propter eiusdē speciei carnem (quam nos & Christus habemus) cum Christo coniungimur. Itaque ait idem omnes fideles vnum esse naturaliter. Ergo facilimum est quid *naturaliter* vox apud Hilarium significet, cognoscere.

Verùm Bellarminus, quum totum sui erroris
præsi-

præsidium ex huius vocis *Naturaliter* depravatione habeat apud Hilarium, eam intorquet, detorquet, retorquet, & in mille species fert, defert, refert. Hoc enim ex isto loco euincere vult quocumque modo, Nos veram & essentialem Christi carnem in S. Cœna non solum fide, sed & ore quoque corporis manducare, quod est falsissimum, & à mente Hilarij alienissimum.

Primum igitur vocabulum hoc *Naturaliter* apud Hilarium explicat *naturali modo*, quasi vera Christi caro à nobis naturali modo manducetur, contraquam dixit Christus, *Caro non prodest quicquam* Ioh. 6. v. 63. Deinde interpretatur *Naturaliter unionis naturalis*, quasi omnes homines cum Christi vera carne in unam massam uniantur, ut frustra pasta in unum corpus & unam massam coalescant. Hic error inducit confusionem essentialium, & est Skuenfeldianorum. Tertio vult, *Naturaliter* declarare *Unionem inter nos & Christum* hominem parem, quæ est inter ipsas diuinas personas B. Trinitatis, quasi una sit ad numerum nostra & Christi natura humana, quæ admodum est una numero diuina essentia, quæ est in tribus illis diuinis personis. Id quod est falsissimum. Christum autem in S. Eucharistia nobis credentibus unire suam naturam humanam spiritali unione, non essentialium commixtione, quis nostrum unquam negauit, aut negat? Sed inde non sequitur, quod effectum vult Bellarminus. Ergo Panem Eucharistia re ipsa mutari in ipsam essentiam veræ carnis Christi. Hoc enim unum erat illi probandum, non autem, ut facit, extra casum fugiendum, ut varios loco Hilarij à

se citato sensus affingeret, qui nihil eum iouant.
 Quod deniq; ait Hilarius Christū in nobis carnalibus *carnaliter* manere, idē significat, quod sepe Cyrillus Alexādrinus scripsit, Nos verò Christi corpori verè cōmunicare in S. Cœna, sed fide tantū, non ore corporis. Est enim Christi caro, non ficta. Viuimus autem in Filio, vt vult Hilarius, propter carnem, non quōd eam instrumento corporis edamus, vt homo iste hebes putat, contra expressa Christi verba Iohan. 6. v. 63: sed quia Filius Dei carnem humanam assumpsit, per quam habemus cum eo communionem, Hebr. 2. v. 14. 16. 1. Iohan. 1. v. 3.

Tria, quæ obseruat hoc loco in Hilario Belarminus, sunt absurdissima, & ad hunc locū de Transsubstantiatione Panis in verum Christi corpus alienissima. Itaque prætermitto. Sunt enim iam refutata.

Probo verò Hilarium totum nostrum esse. Primū agnoscit Hilarius eodem lib. 8. Trinitatis carnem, quam assumpsit Christus Dei filius, esse veram, & nostræ similem, ac proinde nec cum Christo naturaliter cōiungi. Quōd si Christi caro vera est, evertitur prorsus Transsubstantiatio. Nam caro Christi suis, non Panis frustulorum dimensionibus continebitur. Vno tantū in loco erit vno tempore, farinacea essentia non erit: quæ omnia absurda inducit Transsubstantiatio. Deinde Hilarius idem ait Nos in Signis S. Cœnæ mysticè & sacramentaliter participare veram carnem Christi: ergo non transsubstantialiter. Tertio in cau. *ubi pars*. Consecrat. Dist. 2. docet quicquid in S. Cœna fit, id totum esse sacramenta-

mentaliter intelligendum, quoniam Eucharistia est sacramentum, ait ipse. Itaque Hilarius Papa posterior ætate, sed huic Pictaviensi Hilario prorsus assentiens, scripsit in can. *Corpus Christi Confect. Dist. 2. Corpus Christi, quod in Eucharistia sumitur, esse figuram veri corporis Christi.* Itaque noster est Hilarius uterque, Papa & Episcopus.

Ad Cap. XIII.

EX Cyrillo Hierosolymitano etiam quædam sumere pro se Bellarminus voluit, sed frustra. Fallacia enim vitur ab Æquiuocatione. Nam quod Cyrillus dixit de præsentia veræ carnis Christi fidelibus, & eorum animis, iste vel malitiose, vel imperitè, illud transfert ad signa Eucharistiæ, quasi eodem modo vera Christi caro in S. Cœna adsit Signis, quo modo adest fide in Christum vera credentibus. Ista quoque fallacia est Ignoratio Elenchi. Sed sic iste arguitur.

Cyrillus in Catech. 4. Mystagogica scribit, Nos esse debere ex verbis Christi certissimos verum Christi corpus adesse in S. Cœna: ergo sentit sic adesse, per transubstantiationem Panis. Ait idem, sub specie Panis verum Christi corpus nobis dari: ergo Panis Eucharisticus transubstantiatur. Inquit Idem, membra nostra ferre & recipere corpus Christi. Denique ait non credendum esse sensibus nostris in S. Cœna, quasi nihil aliud sumamus, quàm quod videmus: Ergo signa S. Cœnæ in res signatas ex mente Cyrilli transubstantiantur. Itaque hic triumphat, & seipsum coronat, quasi vicerit, Bellarminus.

Respondeo: Multiplex est fallacia. Primum

R. R. iiij.

quod transfert ad signa iste de præsentia veræ
 carnis Christi in S. Cœna ea quæ de fidelibus ho-
 minibus scribit Cyrillus: in quibus tamen est
 magna differentia. Signa fide carent, fideles fidē
 habent per quam solam corpus verum Christi
 nobis adest. Deinde est fallacia A non consequē-
 te. Nec enim efficitur, vt, si vera Christi caro sit
 in S. Cœna, propterea signa transsubstantentur,
 & desinant Panis Eucharisticus esse verus Panis:
 & Vinum verè Vinum. Tertio est hæc Bellarmini
 collectio immanis blasphemia. Nam mutat
 Sacramentum summæ veritatis videlicet Eucha-
 ristiam, in actionem summæ falsitatis, utpote in
 qua sensus omnes nostri, nimirum Oculi, Ma-
 nus, Lingua, Odoratus falluntur. Aliud enim sen-
 tiunt, & esse illic pronuntiant, aliud reipsa ratio
 adest.

Audiat verò Bellarminus, quomodo Cyrillus
 ille totus sit noster, Primùm in ea ipsa Catecheli
 4. Mystagogica ait, Panē S. Cœnæ etiā consecratū
 esse Panē: sed addit nō esse vulgare, & nudū, quī
 nihil aliud nobis obfiguet & representet, quàm
 solam corporis nostri alimoniam. Ergo ex vñ,
 non ex mutatione substantiæ Panem Eucharisti-
 cum æstimandum docet Cyrillus. Deinde Cath.
 3. Mystagogica confert & Aquam, & oleum Ba-
 ptismi cum Pane S. Cœnæ. Scribit enim ea signa
 non esse quoque nuda, sed sacra: nec propterea
 tamen vel ipsi Pontificij illa in Spiritum sanctū,
 aut Christi sanguinem reipsa mutari dicunt, aut
 censent. Ergo nec Panis S. Cœnæ. Tertio ait Cy-
 rillus Catech. 4. fide, non carnaliter: corde, non
 ore corporis sumi veram carnem Christi. Deni-
 que

que Catech. 5. Mystagogica apertè appellat Panē illum figuram corporis Christi. Ergo Cyrillus tollit Transubstantiationem.

Ad Cap. XIII.

EX Ambrosio detorquet quædam testimonia Bellarmini, ut sua esse illa fingat: sed frustra. Nam perinde Ambrosius scribit, atque si verè Caluini sententiam, (quam isti vocant) didicisset. Ergo ex libris Ambrosij iste quinque solum locos pro se, sed falsò profert: Nos ex eodem plures, & verè. Sic igitur Bellarminus citat ex Ambrosio locum ex cap. 9. lib. *De ijs, qui inuariantur* *Mysterijs* & lib. 4. cap. 3. 4. 5. de Sacramentis, ubi dicitur & Panis mutari in corpus Christi: & non in figura, ut Patribus, sed in veritate nobis dari corpus Christi. Ergo vult Ambros. Panē Eucharisticum transubstantiari.

Respondeo: Primum, si voluerit illa scripta non esse veri Ambrosij, id quod styli & orationis diuersitas ostendit, quicquid inepti homines Lanfrancus, & Guitmundus sentiant, ut suæ Transubstantiationi patronos etiam falsos quaerent. Verùm dico quod res est: Propter Panis & Vini sacramentalis vsum à communi Panē & Vino diuersum, dici Panem illum, & vinum illud mutari, non propter substantiæ mutationem. Nam idem Ambrosius iisdē locis ait, & Panem, & Vinum etiam post consecrationem significare corpus Christi, esse similitudines sacramenta, signa, ut est etiam in can. *Panis*, & can. *Reuera*. consecr. Dist. 2, & manere id, quod ante consecrationem erant. Quæ Ambrosij verba quum soluere non posset Lanfrancus sibi obiecta, negauit impu-

denter, & contra fidem omnium Codicum, esse Ambrosij: quod est Gordianum nodum scindere, non soluere: plagam pati, non sanare.

Excipit Bellarminus verba Christi in S. Cœna dici operatoria ab Ambrosio: item multa miracula allegari, in quibus rerum natura, sic Deo iubente, mutata est. Respódeo: Si probarét Pontificij Deum voluisse Panem in S. Cœna mutari actu in verum Christi corpus, facillè concederemus illis & mutari reipsa: & illa Christi verba posse aliquo pacto dici operatoria, quoniam indicarent opus Dei. Verùm Pontificij sumunt, non probant, esse Christi verba in S. Cœna operatoria: & eum velle Panem reipsa mutari in suum corpus verum. Quæ omnia & menti Christi, & verbis (qui vinum post benedictionem vocat *fructum vitis*) & naturæ Sacramenti (qualis est S. Cœna) repugnant. Nam in Sacramentis locutio instituens sacramentum, & ordinans signum, est merè sacramentalis, ac proinde tropica, non simplex.

Testimonium tertium ex Ambrosio ab isto citatum ex lib. 4. de Sacram. cap. 5. eodem modo refutatur. Ait enim veram Christi carnem esse in S. Cœna Ambrosius, quod verum est: sed hominibus fidelibus, non autem signis, & mutis & inanimatis rebus.

Quartum testimonium ex lib. 1. in Lucam est nihil. Angelus adest in S. Cœna: ergo Panis S. Cœnæ transsubstantiatur.

Quintum ex lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 12. vbi ait carnem vnigeniti veram in mysticis adorarari cultu latriæ: Ergo Panis Eucharistiæ in eam carnem

carnem transsubstantiatur. Atque hanc suam conclusionem appellat Bellarm. indubitatam. Respondeo: Imò hæc conclusio vanissima est, & fallacia A non consequente, atque etiam ab Elenchi Ignoratione. Nam trãsfert ad signa quod de rebus signatis dicitur. De sola & ipsa vera Christi carne ait Ambrosius eam adorari, non ipsam tamen per se. Nec enim in eam fertur propriè adoratio (est enim creatura quanquam vnigeniti caro, ac proinde eam propriè adorãtes essent idololatræ) sed adoratur caro Christi in supposito Vnigeniti, cui hypostaticè adhæret, sicut Diadema, quod gestat Rex in capite, salutatur salutato Rege, sicut ait Augustinus: ex quibus apparet Ambrosium nihil fauere Bellarm. Nã scribit Christi carnem adorari, non autem signa S. Cœnæ: id quod vult iste.

At nobis fauet Ambrosius, & perspicuè. Primum in commentariis in 1. Corinth. cap. II. Vbi ait Panem S. Cœnæ carnem Christi esse sacramentaliter scribit, & calicem mysticum vocat typum sanguinis Christi. Respondet iste, Hos commentarios non esse Ambrosij. Respondeo isti: eum sapius eos citasse, velut Ambrosij scriptum. Deinde ait Eucharistiam esse & agnosci typum carnis Christi. Respondeo: Quum à Pontificiis signa S. Cœnæ in res signatas verè mutantur, signa tolluntur: quum signa S. Cœnæ tolluntur, nihil restat quod in ea typus carnis Christi sit. Ergo mentitur, vel nugatur Bellarminus.

Secundus Ambrosij locus est ex lib. 4. de Sacramentis cap. 4, vbi Panis iam consecratus dicitur tamen Panis, & licet appelletur per conse-

crationem corpus Christi, manet tamē, ait Ambrosius, quod erat: ergo non transsubstantiatur. Respondet Bellarminus: Per cōsecrationem Panis S. Cœnæ fit corpus Christi transmutatione substantiæ. Respondeo: falsum est istud. Vfus enim ratione, non autem substantiæ mutatione fit corpus Christi. Nam manet Panis, quod ad substantiam etiam post cōsecrationem, id, quod erat ante consecrationem. Addit ibidem Ambrosius, & est in can. *Reuera mirabile* & can. *Panis* Consecrat. Dist. 2. Sed quia per benedictionem Panis ille in alium vsum destinatur, non iam est quod natura formauit: sed est id, quod benedictio consecrauit, vt scribit idem Ambrosius lib. De iis, qui initiantur cap. 9. & lib. 4. Sacrament. cap. 4. can. *Nos autem*. consecrat. Dist. 2. Destinatio autem est vsum ostensio, non substantiæ prioris abolitio, & in aliam transsubstantiatio.

Ad verba hæc Ambrosij, *signa consecrata manēt quod antea erant*, nihil respondet iste. Tantum ex Lanfranco negat hæc esse Ambrosij. Respondeo: Refellitur ex perpetuo consensu omnium codicum: atque etiam ex can. *Panis*. consecrat. Dist. 2, vbi formaliter inueniuntur hæc eadem verba. Deinde hanc solutionem agnoscens Lanfrancus ineptam ait Panem consecratum in S. Cœna manere, quod erat, sed specie tenus, & accidentium duat taxat externorum ratione: non autem re ipsa, & substantia suâ. Respondeo: Ergo sacramētum Eucharistiæ, quod est summæ veritatis, fiet actio summæ falsitatis, mera illusio, & impostura, ex sententia Lanfranci. Hanc itaque blasphemam respon-

responsionem reijcit Bellarminus ipse & scribit
 verbum *Manet* apud Ambrosium significare,
Manere Potest, si Deus velit: sed nō vult. Respon-
 deo: Ostendat Bellarminus Deum nolle, vt in Sa-
 cramento à se instituto signa maneant signa, & à
 re signata res disparata, & vicerit. Sed id Deus
 velle non potest, quia Sacramenta essent meræ
 illusiones, & minime Sacramenta. Nam Sacra-
 mentum quoduis verum habet hæc duo distin-
 cta, signum nimirum, & rem signatam. Itaque
 hic nugatur cum suo Lanfranco Bellarm.

Tertius Ambrosij pro nobis locus est ex lib. 4.
 cap. 5. de Sacram. cap. 8. de iis qui iniuriantur, cap.
 9. De Benedictionib. Patriarch. vbi negat Am-
 brosius impios corpus Christi verū edere, quia
 qui manducant illud, remissionem peccatorum
 accipiunt. Respondet iste: Etiam impiis afferre
 remissionem peccatorum, licet eam non acci-
 piant propter suam indispositionem. Respondeo
 isti: Primum imperitè omnino loquitur. Dicere
 enim debuit corpus Christi *offerre*, non autem
afferre. Nam si *affert*, confert: si autem solum
affert, non statim confert. Deinde falsum hoc
 est, Christum afferre omnibus remissionem pec-
 catorum. *Multis enim*, ait Christus ipse, eam af-
 fert, non autem *omnibus* Matth. 26. vers. 28 Marc.
 10. vers. 45.

Quartus pro nobis locus est ex cap. 9. lib. De
 iis, qui iniuriantur, Vbi dicitur Panis etiam post
 consecrationem *significare*, non *esse* corpus verū
 Christi. lib. 4. cap. 4. & cap. 5. esse *figuram*, & *simi-
 litudinem* pretiosi sanguinis Christi, lib. 1. cap. 48.
Imaginem. Quæ omnia Panis transsubstantiatio-

nem prorsus evertunt. Respondet Bellarminus, vox *Significatur* significat *non significatur*, sed est re ipsa. Respondeo, Hoc est & mentem & verba Ambrosij prorsus oppugnare, Vocabula, *figuram similitudinem, Imaginem*, quæ extant discrete apud Ambrosium, ait Bellarminus sumi tantum & dici propter externam speciem, quæ manet in signis, non propter eorum substantiam, quia perit in iis per consecrationem. Imò vult Panem vocari figuram veri corporis Christi ante consecrationem quoque, licet nondum habeat sacramentalem significationem. Denique scribit col. 481. in fi. Nos in his terris habere verè humanam carnem Christi, sed sub signis velatam ac latentem: quæ omnia sunt metæ præstigiæ, & blasphemia in Deum. Respondeo igitur Bellarmino: Primum, eum contradicere verbis ipsis Ambrosij, quum ait *Significat non declarat significat*: item, Panem, antequam sit sacramentum, esse figuram corporis Christi. Deinde, efficit Eucharistiam falsum sacramentum, si Panis, qui non est, nisi propter externa accidentia, Panis, appelleretur & verus Panis, & figura corporis Christi. Itaque quam absurda hic dicat, non cogitat Bellarminus, neque videt.

Quintus pro nobis locus est ex lib. 5. cap. 4. de *Sacramentis*, ubi negat Ambrosius com Panem, qui in S. Cœna vadit in ventrem, alere animam nostram. Respondet & hic quoque Bellarminus nugas & blasphemias, Corpus nempe verum Christi ingredi in nostrum ventrem, sed (quod est contradictorium) nõ converti in corporis substantiam nostram. Respondeo Bellarmino

no: Imò antea ipse iam millies contendit verum Christi corpus alere quoque corpora nostra. Ergo in nostris corporis substantiam conuertitur. Quod denique addit nostra corpora corpori Christi sociari non posse, nisi Panis S. Cœnæ transubstantietur, est ἀθεόλογον. Fide enim, non substantiæ mixtione, vt iste vult, Christo Homini sociamur. Id quod epist. 22. docet idem Ambrosius.

Ad Cap. xv.

EX Basilij Magni scriptis testimonia pro suo errore eruscare & emendicare conatur, sed non potest Bellar. Ac primū ex eius lib. 2. cap. 2. de Baptismo, sic commēdat Basilius S. Cœnæ Mysterium: ergo Panis in S. Cœna transubstantiatur in veram Christi carnem. Nam si qui arietes in Dei Templo indignè sumebant & tractabāt, puniebantur: multo magis ille castigabitur, qui verum Christi corpus indignè tractat.

Respōdeo: loquitur Basilius de signis S. Cœnæ, Pane & Vino, quæ Sacramentaliter corpus & sanguis Christi dicuntur. Nostra verò dignius, quàm Vetera, vult esse tractanda Basilius, quanto sunt maioris Dei beneficij testimonia, Nempe exhibitij iam Christi: illa vero Vetera, futuri. Sic in epistola ad Hebr. cap. 7. & 9, Nostra & Vetera conferuntur. Deinde verum est, corpus verum Christi fidelibus adesse in S. Cœna: vt quoque Patribus fidelibus aderat in suis sacramentis 1. Cor. 10. ver. 2. 3: sed nobis locupletiore modo, quoniam & iam nobis est exhi-

bitus Christus, & maiores sunt erga nos Spiritus sancti gratiæ propter Christum Match. 11. vers. 11.

Alterum testimonium Basilij profert iste ex lib. De Spiritu sancto cap. 27. vbi in Eucharistia, dum Panis ostendetur, inuocationem fieri scribit Basilius: ergo vult Panem ipsum S. Cœnæ inuocari, ac proinde in veram Christi carnem esse transsubstantiatum. Respondeo: Primum, Non ipse Panis, sed Christus verus Deus inuocatur in S. Cœnâ, dum Panis ostenditur. Nam memoriam Christi suggerit nobis ille Panis. Deinde etiamsi concederetur Panis hîc verti in veram Christi carnem, propterea tamen non inuocaretur. Nec enim caro Christi, quæ Deus non est, inuocatur à piis, sed vera eius Deitas Galat. 4. vers. 8. Ergo Panem hunc in veram Christi Deitatem conuerti oporteret, quod vel cogitare est sceleratissimum.

Excipit bellarminus: At Basilius ait nefas esse non initiatis hominibus S. Cœnæ actionem inueneri: ergo Panis S. Cœnæ transsubstantiatur. Respondeo: Eodem modo nefas erat nondum initiatis interesse sacramento Baptismi: Ergo Aqua Baptismi transsubstantiatur in sanguinem Christi: id quod esse verum ipsimet negant. Ergo falsa est conclusio & argutatio hæc tota Bellarmini, non solum inepta.

Iam verò Basilium pro nobis producamus. En verò Basilius in Asceteriis defunct. 21. scribit totam S. Cœnæ actionem esse nobis *Memoriam* passionis Christi: eam typicè, & spiritualiter, non carnaliter intelligendam, non literaliter. In
prima

prima Homil. de Baptismo applicat ad carnis
 veræ Christi manducationem, quæ fit in S. Cœ-
 na, hæc Christi verba. *Verba, quæ loquor vobis,*
spiritus & vita sunt, Iohan. 6, vt fide, non ore cor-
 poris eam edi ostendat. Idem repetit Homil. 2.
 de Baptismo. Eodem libro de Spiritu sancto,
 quem citat iste, cap. 27. docet Basilius Panem S.
 Cœnæ esse etiam post consecrationem Panem
 & Vinum quoque, Vinum: quæ omnia manife-
 stè signorum in S. Cœna transsubstantiationem
 omnino tollit. Denique in sua liturgia Basilius
 vocat signa S. Cœnæ *Ἀντίτυπα & σημεῖα, signa &*
figuræ veri corporis Christi. Quod Pontificios
 proflus evertit.

Hic postremo duntaxat dicto Basilij respon-
 det hic Bellarminus: sed variè, & perplexè, suo
 more, quum elabi non potest. Primum ait *Ἀντί-*
τυπον malè & improprie sumi à Petro I. Petr. 3. v.
 21, quum Baptismum vocat Diluuij *Ἀντίτυπον*,
 quia veram huius vocis Græcæ significationem
 ignorat iste, & corrumpit, ne Signa S. Cœnæ ve-
 ri etiam post consecrationem signa esse cogno-
 scat Bellarminus. Imò verè sumitur & proprie à
 Petro, & in epistola ad Hebr. 9. v. 24. pro rei ali-
 cuius exemplari vero, & illi correspondenti ana-
 logicâ. Deinde in secunda sua solutione Dama-
 scenum accusat ignorantia lib. 4. cap. 14. de fide
 Orthod. in explicanda voce hæc Græca *Ἀντίτυ-*
πον. Id quod est superbum. Fuit enim Græcæ lin-
 guæ peritissimus Damascenus, & in ea scripsit.

Tercia solutio istius est, Corpus verum Chri-
 sti, quod est in Pane S. Cœnæ, esse *Ἀντίτυπον* & si-
 gnum sui ipsius. Quam nos solutionem supra re-

futauimus. Idem enim esset sui ipsius correlatiu: quod est ἀδύνατον. Ergo hanc suam solutionem ipsemet Bellarminus euertit. Ait enim eam totum esse ex coniectura. Denique damnat Balianum, quia improprie Panem illum, ait, S. Cœnæ vocarit Ἀντίτυπον. Sic iste, ut vnum suum hunc errorem stabiliat, multos parit, & confingit, Sed est insulsus iste, qui in actione bellica ab eodem, à quo in prælio peracta est, in teatro representata ait eum ipsum, militem, qui eam representat esse sui ipsius ἀντίτυπον. Respondeo: toto cœlo fallitur hebes iste. Nec enim persona, qua in prælio reipsâ dimicauit, & postea in teatro eandem pugnam pugnat, est sui ipsius exemplar & ἀντίτυπον: sed est res ipsa & eadem. Verùm actio ipsa & pugna theatra, est οὐσία, & representatio veræ pugnae istius militis bellicæ solam: non autem est illius ἀντίτυπον, ut iste & indoctus, & imperitè appellat. Itaque apud Suetonium in Vitæ Cæsarum, & apud Dionem eiusmodi pugnae & prælia populo Romano ab Imperatoribus representata dicuntur σκιομαχία, nusquam autem ἀντίτυπα. Sed & hîc, & alibi sese lingua pulcherrimæ, nempe Græcæ, imperitum prodit Alfenus iste Bellarminus.

Ad Cap. xvi.

EX Gregorio Nysseno testimonium corradere conatur Bellarminus. Frustra. Nobiscum enim nõ cum illo consentit Nyssenus. Sumit iste locum ex lib. de *Vita Moysis*, vbi dicitur Panis in S. Cœna nobis dari, qui cœlitus descendit, & est absque semine, & vllò humano opere, est tamen verū corpus, sed significatur, ait Nyssenus

ſenus in S. Cœna, ſitque corpori noſtro cibus im-
mortalis, vt ait idem in orat. Catechetica cap. 36:
Ergo ex his verbis colligit Bellarminus Nyſſenũ
velle, vt Panis S. Cœnæ in verum Chriſti corpus
tranſſubſtantietur. Nam Panis editur corporali-
ter, Deinde ait Nyſſenus diuina virtute hunc Pa-
nem fieri corpus verum Chriſti, quæ diuina vir-
tus non requiritur, ſi Pani S. Cœnæ typice tan-
tũ Chriſti corpus eſt, & vocatur. Sic Bellarm.

Sic ego Bellarmino, multa eſſe in hac argu-
mentatione vitio, Primum Ignoratio Elenchi.
Nam confundit ea quæ de vera carne Chriſti
ſcribit Nyſſenus, cum iis, quæ de Pane Euchari-
ſtico docet, velut quum dicit *Panem hunc eſſe ſine
ſemie, ſine à ratione, ſine opere humano* de vero
Chriſti corpore loquitur Nyſſenus. Quum *Hũc
Panem mutari in veram naturam corporis*, os in-
gredi, loquitur de Pane ipſo S. Cœnæ. Sed & fal-
ſum eſt, quod ait iſte, diuina virtute non eſſe o-
pus vt Panis typicè dicatur corpus Chriſti. Imò
ex ſola Dei virtute id fit.

Secundũ vitium eſt, Quodd noſtri corporis im-
mortalitatẽ putat iſte promanare ex noſtri cor-
poris cũ Chriſti ſubſtantia cõmixtione, ac parti-
cipatione. Falſum hoc eſt: Nam Chriſti corpus
alit per ſe, & propriè Animas noſtras: At hæc vi-
ra & virtus ex animabus noſtris redundat in cor-
pora noſtra Animæ noſtræ vita, idque ex con-
ſequenti, vt toti ſiamus immortales, corpore, &
Animo.

Tertium vitium eſt, Quodd Panis benediſtio-
nem in S. Cœnâ non videt fieri, ex Nyſſeni ſen-
tentia, vt vſus ſolũ huius Panis, non autẽ ſub-

stantia mutetur. Ait enim hūc Panem significare corpus Christi: non autem ait esse corpus Christi. Quæ verba Transsubstantiationem refutant apertissimè. Verum Gregorius Nyssenus est notissimus. Primùm scribit Panem Eucharisticū significare verum corpus Christi. Deinde ait Panem hunc, quantumuis consecratum, nunquam tamen in eam dignitatem euchi, vt fiat verū corpus Christi in Catechis. cap. 37. Tertio consentit cum fratre suo Basilio, quod signa S. Cœnæ sunt *virtutes* veri corporis & sanguinis Christi: non res ipsa. Denique fatetur Christi corpus esse verum corpus, ac proinde esse tangibile, vno solū in loco, & suis dimensionibus, non alienis, comprehensum: quæ omnia Bellarminum refellunt.

Ad Cap. xvii.

EX Optati Mileuitani lib. 6. contra Parmenianum citat ista Bellarminus. Quod calices sacri dicantur portatores sanguinis Christi, supra Altaria dicitur corpus Christi sedere: innocetur Deus omnipotens & Spiritus sanctus in S. Cœna, vt descendat ad Altare: ergo vt transsubstantiet Panem S. Cœnæ in verum corpus Christi. Respondeo Bellarmino: Quod Optatus vocat Altare sedem corporis, calices gestatores sanguinis Christi, id dici typicè, quia Panis, supra Altare positus per momenta, nēpe quādo celebratur S. Cœna solū (Nec enim Panis, vt nunc inter Pontificios, seruabatur tunc extra & post actionem sacram) & Vinum typicè sic dicitur. Quod autem Deus & Spiritus sanctus tunc in-

uocatur, non inuocatur vt descendat in ipsum Panem, sed in homines S. Cœnæ communicantes, vt illi hoc intelligant, & illa signa dignè sumant: non autem vt signa substantiam suam amittant: sed tantùm vt diuersum vsum, finem, & scopum habeant.

Est autem Optatus noster. Nam & signa appellat *signa*: & illa ait esse *tutelam*, vt sacramenta Nimirum, salutis nostræ, non illius causam, vt volunt transsubstantiatores. Denique dum ait in S. Cœna frangi corpus Christi: id quod de solo Pane dici potest.

Ad Cap. xviii.

EX Gregorio Nazianzeno vult, si potest, Bellarminus aliquot, nêpe duo testimonia corradere: sed illa sunt manca, & ipsum euertunt. Citat locum vnum ex 2. oratione Nazianzeni de Paschate: Alterum ex oratione de obitu Gorgoniae sororis suæ, vbi de S. Cœna agens Nazianzenus dicit in ea verè corpus verum Christi edi, & sanguinem bibi, si fidem habuerimus doctrinæ Euangelij, quantumuis Ethnici eam irrideant. Ergo ex Nazianzeni sententia Panis S. Cœnæ in veram Christi carnem transsubstantiatur, inquit ille.

Respondeo Bellarmino: fallaciam esse totum hoc argumentum A non consequente. Nam verè adest verum Christi corpus & sanguis in S. Cœna, sed fidelibus hominibus, qui fidem habent: non signis, quæ nullâ fidem possident. Sunt enim res *ad hoc*. Quare nihil de signis concludere potest ex verbis Nazianzeni Bellarminus. Quod idem scribit suam sororem Gorgoniam

etiam adorasse illud, quod supra Altare colitur Primùm & propriè, & verè sumitur de ipso Christo toto, non de solo corpore Christi (quod est Creatura, ac propterea propriè adoratio in illud corpus non fertur Roman. l. v. 25.) Deinde intelligi potest idem locus etiam de signis, in quibus, sicut in cæteris creaturis, verus Deus adoratur Ps. 147. 148. sed imprimis in signis utpote quæ ad ipsius cultum sunt ab eodem Deo instituta. Itaque vera est P. Martyris ad utrumque Grègorij locum responsio: falsa Bellarmini argutatio & in eum cauillatio.

Verùm Nazianzenus totus noiter est. Nam in ea ipsa oratione de obitu Gorgoniæ, appellat Signa S. Cœnæ etiam post consecrationem *Exemplaria*, & ut Basilus, *ἀντίτυπα* corporis Christi, teste hoc ipso cap. 15. col. 485. L. A: & alibi passim, *Signa, figuræ, sigilla, Vinas & expressas Imagines*: Ergo non vocat aut sentit Signa S. Cœnæ esse rei à se signata verè, sed solùm typicè! Quæ sententia tollit Transsubstantiationem.

Ad Cap. XIX.

Ephremis testimonium vnum profert iste, ex libro de Natura Dei cap. 5, ubi ait Ephrem corpus Christi mirabili mysterio quidem, sed à fidelibus solis manducari, & esse nobis Ignem, & Spiritum eum cibum, propter sua in Animas nostras, quas accendit & purgat, effecta: Ergo Panis S. Cœnæ transsubstantiatur. Respondeo bellarmino: Nihil nos hoc lædit. Idem enim fatemur, quod Ephrem. Nec enim dicimus, quod hîc nobis affingit Bellarminus malitiosè & calumniosè, Nos fide corpus Christi solùm in signo

gno edere. Imo fide re ipsa illud manducamus, non in signo: sed signum istius spiritualis manducationis est nobis & externum, & verum testimonium. Pro nobis autem est Ephrem, qui hæc signa vocat Mysteria & sacramenta: & à solis fidelibus ait verum Christi corpus edi: ergo non etiam ab impiis, sicut Transubstantiator bellarminus vult, & docet. Denique quum fuerit Basilio familiaris, & illi in doctrina fidei contentiens Ephrem, agnoscit Signa S. Cœnæ esse ex sententia Basilij solùm *veræ* veræ carnis Christi.

Ad Cap. xx.

EX Epiphanio Cypriani Episcopo etiam emendicat testimonium bellarminus, sed vnum duntaxat locum tandem ex eo, licet stolidissimè colligit, Nimirum ex Epiphaniij Ancorato circa medium, Vbi dicitur verum Christi corpus esse in S. Cœna, & id esse omnino credendum: sicut Dei Imago est in homine, licet non videatur. Respondeo: Hunc ipsum locum refutare Transubstantiationem. Docet enim modum, per quem Christi verum corpus est in signis, esse figuratiuum, vti Dei Imago est in Homine. Id autem est difficile creditu, quoniam neque Deo videtur Homo similis externa specie: neque Panis S. Cœnæ veræ carni Christi. Ergo hæc tota similitudo innititur fidei, non oculorum aspectui, & sensibus. Denique ex sententia Epiphaniij facit bellarminus totam Sacram Cœnam actionem illusoriam, vbi Panis apparet, qui tamen non est.

Imò verò Epiphanius totus noster est. Nam negat in Ancorato signa S. Cœnæ euchi in rei signatæ natura. Ait Panem consecratum manere Panem, & manere dissimilem à corpore vero Christi. Est enim rotundæ figuræ, & sensibiles res, nec vult Panem hunc habere potestatem in Animas vestras. Quod volunt Transsubstantiatores. In Anacephalæosi scribit hunc Panem non habere virtutem nos viuificandi: sed eam esse in Christo, & à Christo. Quid magis Bellarmini sententiam potest euertere, & tollere?

Ad Cap. XXI.

Gaudentium in suas partes trahere vult Bellarminus, sed obtorto collo, & iniuriam. Ait igitur Gaudentius Tract. 2. in Exodum, Agnum signum Christi fuisse pro numero familiarum inter Iudæos multiplicem: Sed Christum, cuius corpus in S. Cœna manducamus, esse vnum: ergo Panis S. Cœnæ transsubstantiatur. Respondeo: vana est ista collectio. Confert enim signum Iudæorum Gaudentius cum re nostra: non cum signis nostris. Nam & ipsi habemus pro numero communicantium, multiplicia signa, id est, multos Panes in S. Cœna: non vnum duntaxat numero.

Quod ait idem Gaudentius Panem à Deo esse effectum corpus verum Christi propter hæc verba, *Hoc est corpus meum*, verissimum est: sed figuratè & typicè solùm. Nam hoc fieri ait fides, & quia creditur: ergo non re ipsa Panis fit vera caro Christi, sed credenti duntaxat.

Ad

Ad Cap. XXII.

EX Chrysoſtomo corraſit multa teſtimonia Bellarminus. Nam proſus noſter eſt Chryſoſtomus, & oppugnat Tranſſubſtantiationem, nedum vt eam foueat. Primum teſtimonium citat ex Homil. 60. ad Populum Antiochen. & Homil. 83. in Mattheum, vbi iubet nos credere verbis his Chriſti dicentis, *Hoc eſt corpus meum*: cum enim verè nobis dare ſuam carnem: ergo, inquit iſte vult Chryſoſtomus, Panem Trãſſubſtantiari in S. Cœna. Reſpondeo: Fallacia eſt A non conſequente. Credimus enim verba Chriſti, & verbis: ſed illa docent Panem hunc eſſe typicè, & dũtaxat Sacramentaliter corpus Chriſti.

Secundus locus eſt ex eodem vtroque opusculo: Nos in S. Cœna tangere ſpeciem, formam, veſtimenta Chriſti: ergo Panis S. Cœnæ hæc omnia habet, ac proinde in ea tranſſubſtantiatur. Reſpondeo: vel inuitus Bellarminus hanc Chryſoſtomi locutionem typicam agnoſcat oportet. Alioquin in Pane S. Cœnæ inerũt veſtimenta & calceamenta Chriſti, & in ea Panis tranſſubſtantiabitur. Id quod eſt quoniam abſurdo abſurdius. Ergo fide tangi Chriſtum, & quæ ſunt Chriſti veri hominis per eandẽ fidem nobis proponi vult Chryſoſtomus: non autem vult ſigna ſubſtantię ſuæ ratione mutari. Id quod verè & ſenſerũt & reſponderunt P. Martyr, Boquinus, & alij noſtri viti pij: Idque ex Chryſoſtomi verbis apparet, qui ibidem ait mentis oculis Chriſtum videri.

Impius autem eſt Bellarmin. qui S. Cœnam facit actionem falſitatis, in qua decipimur,

quum Panem videamur cernere, qui non est verè Panis. Item quum scribit col. 492. L.D. *Operabilius est habere, aut videre vera Christi indumenta, quàm ipsius veri corporis Imaginem, & typum sacramentalem, & ab eo institutum en, quantum blasphemet iste.*

Ergo quod ait Chrysostronus Homil. 24. in 1. Corinth. Nos plus in S. Cœna habere, quàm Magi in præsepi habuerunt, etsi, & nos & illi idem Christi corpus habeamus, verum est, quia nos hoc corpus fide intelligimus esse vnigeniti Filij Dei corpus, & viuificum. Illi Magi infideles Christi velut solùm hominis infirmi corpus agnouerunt.

Falsum autem est quod iste nobis, affingit, velle nos vt verum corpus Christi fidelibus solùm in Symbolo detur. Verè iis datur, & re ipsa, & quale est in ipso cœlo, vt scribit idem Chrysostronus Homil. 3. in epist. ad Ephes. sed non præsens reali præsentia in signis, sicut iste somniat.


Quod autem Chrysostronus varias S. Cœnæ sacramento laudes tribuit, vt Homil. 51. in Matthæum, & eius participationem commendat, vt Homil. 3. de Natura Dei, spectat non ipsam signi Panis naturam, qui, etiam consecratus, eo tette, Panis verus manet: sed huius Panis certissimam significationem, & Dei in ea angustissimam de salute æterna participanda per Christum promissionem.

Tertius ex Chrysostrono locus est ex Homil. 60. quoque ad Pop. Antioch. & Homil. 83. in Matth. Vbi scribit Chrysostronus, Nos in S. Cœna


na vnici Christi vero corpori, nostram carnem illius carni quodammodo commisceri: certè verè nos eam participare: Ergo Panis Eucharisticus in verum Christi corpus transubstantiatur, ait Bellarminus. Respondeo Bellarmino: Per fidem verè illius carni inserimur, vnimur, & illi concorporales simus Iohan. 15. v. 1.2. Ephes. 3. v. 6: non autem per substantiæ nostræ cum Panis Eucharistici, vel corporis ipsius Christi substantia commixtionem. Hoc enim delirium est Skuenfeldianum. Ista verò nostra cum carne Christi per fidem vnio, non solùm est nostra voluntatis ad illam Christi conformatio: sed vera verè Christi carnis participatio, quæ à Spiritu fit in nobis, non à Pane. Ergo ignarus est iste, & ἀθεόλογος qui scribat nostram cum Christo coniunctionem per fidem nō magis esse realem, quàm quum duorum amicorum voluntates inter se consentiunt. Id quod est falsissimum.

Hic cum de fidelium cū Christo vnione concorporationeque differeret Clariss. & doctissimus Theologus D. Lambertus Danæus, à Deo in cœleste consortium euocatus est: vt eorum quæ in terris meditabatur continuò particeps fieret in cœlis cum Christo & electis omnibus panem æternum esurus. Illius memoria sit in benedictione, Amen.

FINIS.



OCN 66767359



DE NOTIS

SACRAMENTIS
CUM DOMINO IESU
CHRISTO CONIUN-

GIUM

TRACTATVS

Adhuc scripturae veteris & nouae
testamentum per se non habent
sacramenta: sed sunt in
illis figurae & signa, quae
sacramenta sunt, cum
sacramentum est, cum
sacramentum est, cum
sacramentum est.

Auctori Gualtero de S. Antonio



Excudit Ioannes de S. Antonio

1615. in Roma